

53
1622

SUMMA THEOLOGICA
S. THOMAE
AQUINATIS
QUINTI ET ANGELICI ECCLESIAE DOCTORIS
ORDINIS PRAEDICATORUM
EDITIO RECENS PARTHENOPÆJA
CETERIS CUNCTIS ACCURATIUS A MENDIS EXPURGATA,
Appendicibus pro Ecclesia Sancta Dei Venerabilis P. SERAPHINI
CAPPONI A PORRECTA,

Notis historicis, ac dogmaticis P. JOANNIS NICOLAJI,
Dissertationibus critico-apologeticis P. BERNARDI MARIE DE RUBEIS
*Ejusdemque Annotationibus variantem alicubi Textus lectionem
signantibus, nec non Indicibus copiosissimis, & appositissimis
aucta, ornata, illustrata.*
SECUNDÆ SECUNDÆ PARTIS TOMUS SECUNDUS.



N E A P O L I M D C C C L X I V.
Expensis GREGORII, & MICHAELIS STASI
Typis JOSEPHI RAYMUNDI
SUPERIORUM FACULTATE, AC PRIVILEGIO.

332233 : 2

111

FR. JO: FRANCISCI BERNARDI MARIÆ D E R U B E I S ORDINIS PRÆDICATORUM DISSERTATIO PRÆVIA

De quatuor Censuris , Casimiri Oudini , Auctoris Historiæ Criticæ Philosophicæ , Jacobi Bruckeri , ac demum Auctoris examinis vitiorum Theologiæ : deque vindiciis Sancti Thomæ , quoad plurima quæ scripsit genuina Opera ; dictionem ejus ac stylum , græcam eruditionem , lectionis copiam & crisim , solidam Scripturarum interpretationem , Theologicam gravitatem , in usu Philosophiæ Peripateticæ consilium , servatamque methodum in utraque Theologia , Revelata , ac Naturali , tradenda .

C A P U T I.

Casimiri Oudini censura in Opera , & doctrinam Sancti Thomæ , cum animadversionibus . Altera Auctoris , qui historiam scripsit criticam Philosophiæ . Tertia Jacobi Bruckeri . Quarta Auctoris , qui vitiorum Theologiæ examen instituit .

I.  Arias haec tenus , nimium severas , & iniquas , in Dissertationibus nostris censuras protulimus , expendimus , profligavimus , quibus peculiares nonnullæ , sive Theologiæ , sive ex Philosophia depromtæ , feriebantur theses , a Divo Thoma Aquinate Præceptore Angelico propugnatæ . Recentes liberiores critici Viri succedunt modo , qui sinistra quæque a quibus vis aduersus Aquinatem lata judicia simul colligentes , integrum doctrinæ ejus veluti corpus invadunt : ejusque Operum , quæ communi solent Doctorum præconio celebrari , aut pretium omne adimere , aut certe imminuere plurimum conantur .

Primus prodit Casimirus Oudinus , Sanctissimi cœtus Præmonstratensium olim alumnus , ejusdem Ordinis simulque Religionis catholicæ postea desertor , atque Sectæ Calvinistarum addictus in Hollandia . Pro ea quam sibi adrogat , de Scriptorum lucubrationibus judicandi licentia , pudore deposito , fractisque totius modestiæ cancellis , hanc operibus Thomæ ejusque doctrinæ censuram inurit Tomo III. in Dissertatione de hac re confecta , Capite 1. , Quamvis autem , inquiens , Pontificii infumperi S. Thomam „ Aquinatem ob doctrinam laudarint : tamen apud viros narium emunctorum vel nullam , vel modicam eruditionem ex lectione operum ejus hauriri creditur . Nam „ Scholasticam trutinam , & garrulitatem unicam sciebat , hac ætate omnibus Scholasticis communem & facilem . Unde nullum ipsius hac in parte meritum agnoscitur , cum tunc temporis tonsoribus etiam cognita esset . Nesciebat historiam , linguis quas appellant exoticas , neque artem criticam , quibus eruditio hodie maxime celebres sunt : intantum illorum ignarus , ut græca nec tantisper intelligeret . Tan-

„ to jam hodie illius volumina crassa contemptui habentur , ut negligant illa legere „ ii etiam , qui compararunt . Immerito itaque a Romanis Pontificibus Doctor Eccle- „ sia Quintus , ad instantiam Ordinis Fratrum Prædicatorum renunciatus fuit . „ Hæc sunt , non eruditii Criticesque periti Viri , qui de librorum pretio æquam ferat senten- „ tiæ , sed hominis apostatax impotentiore bile commotæ , inurbana & insana dictoria . Pontificiæ , quæs vocat laudatores Thomæ , sunt Romani Pontifices , quos novemdecim numerat Antonius Tourron in novissima ejusdem Vita gallice typis edita . Bullas eo- „ rum , ac Epistolas consulere cinqœ præsto est in Bullario Ordinis Prædicatorum ab An- „ tonino Bremond in lucem emissio . Sunt etiam , qui Thomæ Aquinatis doctrinam præ- „ conio laudum exornarunt , & ornant , celebriores in Europa coetus Academicæ , Reli- „ giosi Ordines quamplures , innumeræ probi doctique Viri ex omni gente , & lingua , & familia . Itos vero omnes insuper habet , & contemnendos juber Ouidius , novus Calvinista inauguratus .

II. Typis Amstælodamensibns prodiit Opus anno 1737. quod gallice inscribitur . *Histoire Critique de la Philosophie* . Ad Aquinatem nostrum quod attinet , censorium le- „ gitur Anonymi judicium Tomo III. Libro IX. Capite KLIII. num. vii. his verbis : „ (1) Sanctus Thomas , cum artem Topicam Aristotelis didicisset , ac differendi soler- „ tia polleret , lectiones edere coepit in Magistrum Sententiarum , qui nondum satis „ illustratus fuerat . Studia , quæ publicis in Gymnasiiis colebantur , pro virili promo- „ turus , integrum Theologiaz corpus concinnavit , in quo inæs & supervacaneæ „ quæstiones locum eripiunt utilibus ac necessariis . Tres in partes distributum Opus „ est : appellaturque , *Sancti Thome Summa* . Suspicio est apud peritiores Criticos , in- „ ter opera , quæ Thomæ Aquinatis nomine inscribuntur , neque decimam illorum „ partem adjudicandam eidem esse , ceu vero parenti : majoremque partem auctores „ habere Sodales Dominicanos , qui proprios foetus tanto nomini supposuerunt , ut au- „ toritatis famam ipsi conciliarent . Audax non ero , si addiderim quod eruditii Viri „ ab illustri Mabillonio exceperunt : itinerum scilicet , quæ studiorum causa capessive- „ rat Doctissimus Asceta Sammurensis , occasione data , argumenta plus quam suffi- „ cientia collecta ab eo fuisse , quibus demonstrari facile posset , foetus Aquinatis non „ esse integrum saltem *Theologia Summam* . Atqui vero si partem illam , quæ *Secun- „ da Secunda* appellatur , Thomas elucubraverit ; nihil obstat videtur , quominus par- „ tes aliae pro germano ejusdem foetu haberi debeant . “ Hæc ille .

Criticas ejusmodi censuras ex aurito grege (absit verbo invidia , quod ipsa veritas extorquet ,) quilibet ferre potest . Quinam vero eruditii Censores illi fuerint , qui vix decimam partem Operum , quæ Thomæ nomine inscribuntur , germanos ejusdem foetus censuerint ? Cur tot accuratissimas , quæ jam prodierant , de Scriptis Aquinatis non evol-

(1) S. Thomas tant plein des Topiques d' Aristotle , & des principes contentieux qu'il avoit puisés , commença par faire des leçons sur le Maître des Sentences , dont le texte sou- vent éclairci avoit encore besoin de l'être . Il racha ensuite de donner plus de jour aux étu- des publiques , & il composa pour cet effet un Corps entier de Theologie , ou le superflu l'emporta presque toujours sur le nécessaire . Et c'est ce Corps divisé en trois parties , & dont la Seconde plus étendue en comprend deux au- tres , qu'on appelle la Somme de Saint Thomas . D'habiles Critiques supposent pourtant , que des ouvrages accumulés qui s'offrent sous

son nom , il n'y a pas la dixième partie qui lui appartienne : & ils ajoutent que les autres lui ont été supposés par les Religieux de son Ordre , afin de les faire mieux recevoir du pu- blic . . . Oserois-je ajouter ici une chose , que plusieurs Savants se resouviennent encore d'avoir ouï dire à l'illustre Pere Mabillon ? C'est , que dans ses différents voyages littéraires , il avoit ramassé des preuves plus que suffisan- tes , pour démontrer que la Somme de Saint Thomas n'est point entièrement de lui . Supposé cependant que la Seconde Seconde doive passer pour une production de son esprit , je le trouve assez dédommagé de perdre tous le reste .

DISSESTITO PRÆVIA.

evolverit dissertationes, ut melius instructus Anonymus censor æquum proferret judicium de Operum numero, quæ Thomas composuit? Quid est illud, quod ait: *lectio-*
nes edere Aquinatem capiſe in Magistrum Sententiarum? Evidem Sanctissimus Do-
ctor consuevit Sacras Scripturas, & Aristotelis libros, aīosque veteres Auctores com-
*mentario interpretari, in Capita, & in *Lectiones* tributo: at hujusmodi *lectiones* appa-*
rent nullæ in ea, quam confecit, Sententiarum Magistri commentatione. Textus pri-
*mo loco exponitur, tum *Quæſtiones* excitantur: quæ in *Articulos*, apt *Membra* di-
viduntur. Quid est illud, quod ipse Thomas cōperit? Imo vigentem tunc temporis mo-*
rem sequutus est: quo eruditæ vii, qui tradendæ doctrinæ Theologicæ operam darent,
& gradus percurrerent in Parisiensi Universitate consequendos, adstringebantur textum
Magistri Sententiarum motis opportunis quæſtionibus illustrare. Parum ergo instru-
ētum, ac idoneum se p̄ab̄et Anonymus, qui prudens ac solidum de Operibus Tho-
mæ ferre judicium valet.

III. Novissima *Historia Critica Philosophie*, quam improbo collegit Jacobus
 Bruckerus, Reg. Soc. Berolinensis Membrum, lucem vidit anno 1743. typis Lipsiensi-
 bus edita apud Bernardum Christophorū Breitkopf. Longe lateque ad examen vo-
 cantur Aquinatis opera, Operumque pretium, doctrina, methodus, dictio Tomo III.
 Periodo II. Parte II. Lib. II. Cap. 111. Sect. 11. §. xix. Censorium judicium ejus
 accipe, in quo bona sunt mixta malis a pag. 803. „Nobis si in tanto Senteſiarum
 „discrimine judicium quoque, quod institutum postulat, afferendum est; fatemur om-
 „nino, fuisse in Thoma judicandi aciem haud mediocrem, ingenium excellens, le-
 „ctionis copiam, & inexhaustam prorsus industriam, qua quinquagenarius denatus tot,
 „& tanta scribere potuit. Habemus in eo consentientes Duumviroſ eruditissimos, &
 „Scholasticæ Philosophiaæ minime patronos, Ludovicum Vivem, & Erasmus Rote-
 „rodamum. Quorum ille (De causis corruptar. art. Art. L. V.) licet culpet in A-
 „quinate, (1) quod secutus sit alienum judicium, suum non adhibuerit in Secunda Secun-
 „da: eum tamen vocat Scriptorem de Schola omnium sanissimum, ac minime ineptum.
 „Hic autem (in Caput. I. epist. ad Rom.) virum prædicat non suo tantum Seculo
 „magnum: cui nullus recentiorum Theologorum par sit diligētia, cui sanius ingenium,
 „cui solidior eruditio: dignus plane, cui linguarum quoque peritia, reliquaque bona
 „rūm litterarum ſupellex contingere, qui iis que per eam tempeſtatem dabantur, tam
 „dextre sit uſus . . . Unde nimis durum, & iniquum putamus judicium Oudini,
 „(quod superius albatum est,) Thomæ eruditio plane derogant. . . Quæ (nam-
 „que scribit ille,) partim falsa sunt, partim aliena: cum nemo id forte, niſi im-
 „prudens & impudens Thomæ laudator, affirmet ejus eruditioñem cum nostri Seculi
 „litteratura esse comparandam. Nec tamen defuit ei elegātia ingenii, unde scriberet
 „di ratio, atque dictio minus lutulenta, quam sui ſeculi homines plerique, ipſeque
 „præceptor Albertus Magnus, ſequi ſolebant. Ex qua dictionis ejus facilitate recte
 „criterium defumit, ſuppositos Thomæ libros a genuinis discernendi. Quamvis ne-
 „gandum non effe putamus, effe in ejus dictione multa, quæ aures delicatas radant:
 „in quibus tamen longe cæteris est tolerabilior . . . Multa ei defuerunt, quæ illam,
 „quæ Philoſopho cætera docto & acuto tribuitur, laudem imminuunt. Inter ea pri-
 „mum locum occupare videntur, quod græcæ linguae ignarus fuerit, & ab artis cri-
 „ticæ & humanitatis ſtudiis, historia quoque philoſophica imparatum habuerit ani-
 „mum. Hoc enim ſtudio ejus philoſophico dupli pacto maxime fraudi fuit: ita
 „enim cum Aristotelem ſibi ducem in Philoſophia delegiſſet, intelligere obſcurum &

diffi-

(1) Indicat Vives, partem illam Summæ Theologicæ, quæ *Secunda Secunda* appellatur, ex alieno Vincentii Bellovacensis fonte hauſiſſe Thomam. Qua in re toto ipsum

DISSESTITO PRAEVIA.

„ difficultem Philosophum non potuit, quem non nisi græcæ lingue, & Philosophia veteris apprime peritus assequi potest. Recurrentum itaque ad versiones erat, quæ cum tunc temporis a Saracenis peterentur; factum inde, ut via Philosophiæ Scholasticae Saracenorum simul disceret . . . Theologiam autem, Philosophiæ isti Scholastico-Saracenæ accommodando, mire turbavit . . . Laudanda quidem Thomæ industria, quod cum græca ipse intelligere non posset, meliorem (1) quam quæ tunc existabat, versionem Aristotelis confici curaverit. Quo in negotio usum eum esse Thomæ Cantimpratani opera, post Trithemium (*de Scriptor. Eccl. num. 469.*) contendunt Viri docti paucum. Incertus Auctor autem Cronicorum Slavicorum apud Lindenbrogium, ad Wilhelmum de Brabantia (2) eum laborem refert. (ad Annum 1279. . . . Hac vero versione instructus Aquinas, dum illi fudit tamquam græco exemplari, & ex ea Peripateticæ Philosophiæ præcepta haurit, non potuit non sepius errare fallique, quamvis mentis ἀροτρία multa quoque assequeretur Verum dum Aristotelem unice sequi constituit, mancipii instar servire Stagiritz coactus est, & veritatem quoque illi tyranno servire coegit. Et ne malum hoc solum esset, immodicus Peripateticæ Philosophiæ amor virum hunc superstitione obsequio Philosopho addictum seduxit, ut Theologiæ vulneribus quæ præpostera Philosophiæ commixtio inflixerat, nova adderet vulnera: sicque sacram doctrinam vere faceret philosophicam, imo gentilem . . . Rechte illi imputari censemus, quod eam methodum Saracenico-Peripateticam promoverit; & imprimitis in Academia Parisiensi, ubi semper hactenus fuerant, qui Peripateticismum odio prosequabantur, vulgaverit & induxerit Et verum quidem est, quod opponi potest: Thomam Averroismo passim invalescenti se opposuisse, ut ex libro *De unitate intellectus adversus Averroistas* patet . . . Verum parum hæc dicitis officiunt. Quamvis enim hanc Averrois opinionem recte improbaverit Thomas, qui pro ea qua pollebat acie, perspexit quantis absurdis prematur ea opinio: non tamen inde sequitur, Philosophiæ Arabicæ methodum eum evitasse . . . Et cum ea in Philosophia ad Theologiam applicanda, methodo uteretur, ut consensu Patrum & Scripturæ quidem quæsito, eo vero ex rationibus Metaphysicis & testimoniis Philosophorum Gentilium confirmato, magnum doctrinæ sacræ præsidium in Philosophia Aristotelica poneret, moreque Arabum subtilissimas questiones, & ambiguas de Divinis disputationes annexeret; perspicuum inde est, Scholasticæ Philosophiæ vitia eum non sustulisse, sed auxisse . . . Inter Theologicos libros *Summa Theologie* eminet, summis laudibus celebrata: quæ heic ideo notanda est, quod in *Secunda Secunda partis Sectione Theologiam Moralē*, ipsa que virtutis morumque præcepta, imo doctrinam quoque de Officiis naturalibus & Christianis explicuit. Qua in parte acumen judicii, & soliditatem eruditonis magis probasse Aquinatem, quam in reliquis Operibus, Viris quibusdam eruditis vix est, Renato Rapino *Reflexions sur la Morale* §. 9. Tom. II. Opp. & H. Jul. Schvrllo in *Bibliographia Morali*:) id quod facile quidem concedimus, si respiciatur ad reliquias Systematis Theologici partes. vel ad alios Scholasticos, qui in argumento Morali aridas plerunque, & exsangues ediderunt tractationes: in se vero consideratus iste labor, vix tantas laudes mereri videtur; nam in eo quoque, ut alibi, regnat Aristoteles, cuius principia ethica cum genuina doctrinæ moralis fun-

(1) Latina Aristotelis versio hæc est, quæ LXVII. Vide Jo. Albertum Fabricium Bi-jussu Friderici II. Imperatoris, partim e blio. Gr. Lib. III. Cap. VI. græco, partim ex Arabicо sermone, circa (2) Wilhelmus, seu Guillelmus de Mor-Annū 1220. confecta fuit per viros lectoris, beka, quod oppidum est in confinio Braban-tiæ situm, ex Ordine Prædicator. ad Archiepiscopum Corinthi adsumptus.

„ fundamenta non exhibeant , palam est iis solidum Thomam ædincium superstruere
„ non potuisse . “

Censuram hanc Bruckeri exhibere longe lateque deductam licuit : in qua plura a Vito Heterodoxo & liberrimo dicta occurunt , quæ nimiam & impotentem Casimiri Oudini licentiam castigant , maximeque cedunt in commendationem Thomæ , ejusque operum , & doctrinæ : alia sunt vero , quæ ad augendam invidiam plus justo exagerantur . Vicia præsertim duo Aquinati nostro affinguntur ; quod Aristotelicæ , & Saracenicæ Philosophiae instar mancipii servierit : quod Philosophicis documentis , & Averroïsticis tricis , magnum in hisce præsidium collocans , sacram Theologiaz doctrinam foedaverit . Scilicet neque Thomæ consilium adsequutus est Bruckerus : neque duplicitis Theologiaz , Naturalis , & Revelata , discrimen animadvertisit : neque animum paullo attentiorem admovit in circumstantias temporum , ac in eorum quibuscum instituenda pugna fuerat , conditiones . Quæ omnia accuratiore examine inferius discutienda sunt .

IV. Critici Viri , qui paucis abhinc annis Amstælodami anno 1744. typis edidit Opus gallice inscriptum , Examen des défauts Theologiques , prætermittendum non est judicium , quod Tomo II. Sect xi. Cap. 111. Artic. 12. de Thoma Aquinate ; ejusque lucubrationibus , maximeque Theologica Summa his verbis profertur num. V. (1) ,

„ Sum-

(1) La Somme de Saint Thomas est la moins defectueuse de tous celles , qui ont paru avant lui . Melchior Canus a raison de la preferer aux autres : mais on ne peut dissimuler que cet Ouvrage ne soit un peu trop long , & que sa lecture & son étude ne demande un temps dont le superflua pourroit être employé plus utilement à l'Écriture , aux Conciles , & aux Pères ; néanmoins il faut dire qu'il est bon , quand on le compare à d'autres plus imparfaits . Grotius dans une Lettre écrite à un Ambassadeur de France qui lui avoit demandé une méthode d'étudier , lui conseille la lecture de la Seconde Seconde de S. Thomas , pour la Morale . Le Docteur Angelique y traite des vertus Théologales , & Morales , & de tout ce qui pent y avoir quelque rapport : il reduit les questions à un certain nombre , laissant à part celles qui ne sont pas nécessaires : il fait en sorte qu'elles aient de la liaison entre elles , enfin il ne passe point à l'explication d'une nouvelle difficulté , sans être assuré que la précédente & son explication ont été bien comprises . Un Censeur difficile y trouvera peut être quelques inutilités sur les habitudes , sur le volontaire , & l'involontaire , sur les definitions de chaque vertu en particulier &c. Mais on répond que S. Thomas n'a traité ces questions , que pour une plus grande exactitude : elles rebucent aujourd'hui un Critique , parce qu'il ne les voit que dans l'éloignement , & détachées du rapport qu'elles ont au temps , ou le Docteur Angelique écrivoit . En combattant certaines opinions soutenues par quelques Scholastiques , il entre dans des détails qui nous paroissent bizarres , quoiqu'ils fussent alors nécessaires . Num.

vi. Du reste S. Thomas a toujours passé pour le meilleur Theologien de son siècle : il étoit instruit des opinions de son temps , il avoit lu le Maître des Sentences , les Decretales des Papes , & le Decret de Gratien . Il savoit la Philosophie d'Aristote , & plus encore les Commentaires des Arabes sur ce Philosophie , ouvrages alors à la mode , & qu'on ne pouvoit ignorer sans risque de passer pour ignorant : ainsi étant devenu un des savans hommes de son siècle , son imagination lui fournit l'art d'assembler ses diverses connaissances , & de les accommoder aux matières Théologiques . C'est aussi un effet de son jugement d'avoir conçu qu'il attacheroit d'avantage ses lecteurs par cette dépendance commune , que les choses les plus indifférentes auroient à la Théologie . Il avoit l'esprit vaste & secund , plus élevé que delicat , plus naturel que ingénieux , & plus amoureux de l'abondance que du choix . Il a reduit la Théologie en Système , & par sa méthode il a ouvert aux écrivains qui l'ont suivi , des routes qu'on a perfectionnées dans les derniers siècles . Il y a apparence qu'en quelque temps que S. Thomas eût vécu , il avoit toujours été un grand Theologien , & a ne le prendre que dans ce sens , on peut dire qu'il est le Maître de ceux mêmes qui l'ont surpassé . Num. VII. Je doute fort que les autres Theologiens du XIII. siècle pussent atteindre à l'estime que Saint Thomas c'est acquis . On ne trouve pas dans leur Morale la même exactitude , dans leurs systèmes le même ordre , & la même attention à écarter les raisonnemens superflus &c.

„ Summa Sancti Thomae cæteris id genus operibus, quæ ante ipsum prodierant, minus est imperfecta: eamque Melchior Canus jure cæteris quibusque præferendam censet. Difformare non licet, prolixiorum videri quam par est, hanc elucubratio nem eamque legi, ac diligentiore studio evolvi non posse absque temporis dispendio quod utilius in Scripturis, & Conciliis, & Patribus impenderetur. At rursum animadvero, dignissimum laude opus esse, si maxime cum aliis comparetur. Grotius in Epistola (LIV.) ad Quemdam Regis Galliarum Legatum, (*Benjaminum Maurerum*,) qui ab ipso methodum studendi postulaverat, lectionem *Thoma Aquinatis ex Scholasticis* proposuit in Secunda parte Secunda partis, ubi de moribus agitur. Differit ille de Virtutibus Theologicis, deque Moralibus, iisque argumentis omnibus, quæ sunt affinia & connexa. Quæstionum numerus definitus est, inutilibus prætermis: quæve agitantur, nexus invicem habent: neque ad alteram fit gradus, nisi priore dilucide exposita, ac solide direpta. Inutilles fortasse moroso Censori videbuntur quæstiones illæ, in quibus agitur de Habitibus, deque Voluntario & involuntario, singularumque virtutum definitiones ad examen vocantur, idque genus subtilitates expenduntur. At præsto est responsio: ad accuratiorem rerum pertractionem pertinere hujusmodi quæstiones: easque supervacaneas iis dumtaxat videri posse, qui eas per se sumptas inspiciunt; ac procul dissitas ab eo tempore, quo Thomas munere suo pro virili defungi non poterat, quia pugnam institueret adversum multiplices opiniones, quas garruli & subtiliores ejus ævi Scholastici vulgaverant. Hinc fuitiles, & supervacaneæ modo videntur disceptationes, quæ non absque emolumento ætate illa agitandæ fuerant. “ Num. VI., Cæterum præstantioris inter Seculi sui Theologos nomen obtinuit S. Thomas. Opinionum, quæ tunc temporis cerebantur, absolutissima notitia pollebat: Magistrum Sententiarum legerat, & epistolas Pontificum Decretales, ac integrum Gratiani Decretum: Aristotelis Philosophiam callebat apprime, diligenterque versatus est in evolvendis Arabum Philosophorum commentariis, quos ea ætate negligere nemo poterat, qui doctus videri vellet. Notitias plurimas, quas comparaverat, vivaci imaginatione dispositas tenebat, aptavitque Theologico studio: quod ab ipso eo factum consilio, ut philosophicis disciplinis addictos facilius perduceret ad sacram doctrinam, & hanc illis gratiorem redderet. Mente præditus erat vasta & fecunda, profundior quam amœnus, vi naturali potius quam arte ad scientias comparatus: rerumque in copia magis admirandus, quam dele&tū. Theologiam ad systema reduxit: eamque adhibuit methodum, qua utentes ætate sequiore viri docti, maxima attulerunt incrementa, & perfectionem Theologiaz. Quocumque floruisse tempore Thomas, magnum libi nomen Theologi comparasset quo plane respectu consideratus, vel eorum si qui sunt, Magister appellandus est, qui illum superaverunt“. Num. vii., Vix demum adfirmare dubitaverim, Theologorum neminem Seculo tertiodecimo floruisse, qui ad illam nominis & doctrinæ famam potuisset pertingere, quam sibi Thomas comparavit: neque enim eadem eluet diligentia in Morali Theologiaz parte, quam ipsi adornarunt: neque in eorum sistemate idem ordo, neque demum idem studium comparet, ut quæ inutilia sunt ac supervacanea, tollerentur.“ Haec tenus Scriptor Anonymus; qui prudentem ac peritum in eo, quod pronunciat de Thoma Aquinato ejusque operibus judicium, se præbet: tametsi quædam ipsi exciderint minus vere, & caute dicta.

C A P U T II.

Censor refellitur, qui numerum lucubrationum Aquinatis, que genuine sint, plurimum imminuit. Congruam latinam dictionem, qua suis in Operibus usus est Thomas, vindicant ipsi Censores, Oudinus, & Bruckerus. Melchioris Canis judicium de ornata orationis neglecto, aut pratermissso.

I. **V**ARIA sunt ejusmodi censuraram, quæ allatae sunt, præcipua capita ad examen vocanda, partium studio eliminato. Ita vero vindiciarum modus temperandus, ut laudum præconiis pratermissis, nativam suam ipsamet Aquinatis opera venustatem exhibeant, ipseque sui ipsius vindex sit Thomas. Pars illa censuræ, quam tulit Anonymus Auctor *Historia critica Philosophie*, primum prodeat, his concepta verbis: *Suspicio est apud peritiores Criticos, inter Opera, que Thome Aquinatis nomine inscribuntur, neque decimam eorum partem adjudicandam eidem esse, ceu vero parenti.* Animadverte, opera Thomæ simul omnia collecta prodidisse Romæ anno 1570. iussu Pii V. Romani Pontificis, decem & septem Voluminibus in folio comprehensa. Peritorum ergo, quos Anonymus vocat, suspicionibus Criticorum si fides, volumina vix duo genuinis Thomæ operibus impleri possent: quod utique imperitissime dictum.

Ab hac editione Romana absunt *Commentarii in Genesim, Danielem, Maccabeos, Epistolas Canonicas, & Apocalypsim*, quos peritorum nemo non adjudicat ab Aquinate: rejice vero, peritis omnibus ultro consentientibus, *Secundum* (quod vocant) *scriptum in Sententiarum libros, & Opuscula pauca* quæ in eadem editione impressa prostant minutiore charactere, itemque *expositionem* (si lubeat) in *Canticum Cantorum*, quæ incipit *Salomon inspiratus*, atque demum levia quædam supplementa: cætera sunt omnia Sanctissimi Thomæ germana opera.

At, inquis, *apud peritiores Criticos dubium id esse, ac suspicionem ipsis infedisse.* Quinam vero fuerint peritiores isti Critici, quos appellas? Adversantes tu habes peritos utique, ac liberrimos Viros Criticos, Robertum Bellarminum, Philippum Labbeum, Ludovicum Dupinium, Guillelmum Cave, ipsumque dicacissimum Casimirum Oudinum, atque Jacobum Bruckerum, qui maximam Operum, quæ Thomæ tribuuntur, partem agnoscunt genuinam, ac vindicant: *ingeniumque Thomæ excellens admiratur Bruckerus, & lectionis copiam, & inexhaustam prorsus industriam, qua quinguagenarius denatus tot & tanta scribere potuit.*

Haud me latet, *Opera quædam in Editione Romana nomine Aquinatis inscripta, ab hisce Criticis Viris pro dubiis, suppositisque tanto nomini haberi: cujusmodi sunt Commentarii in Isajam, in Jeremiam, in Matthaeum, & Joannem, & Opuscula nonnulla inter ea, quæ sincera & germana existimarent Romani Editores. Criticæ nimium severæ tantisper indulgamus, eademque Opera inter dubia & supposititia collectentur.* Quid inde? An operum Thomæ numerus fuerit adeo imminutus, ut cum Censore Anonymo dicere liceat, *vix decimam partem Operum, que Thome inscribuntur nomine, eidem tribui posse ceu germano parenti?* Ampullæ sunt imperitissime projectæ. Cur vero idem Censor, ut sui munieris partes expleret, suspicionum hujusmodi momenta paullo attentius non expendit, & Jacobum Echardum consulere pratermisit validissimas agentem vindicias Tomo I. Scriptorum Ordinis Prædicatorum, Parisis anno 1719. typis edito, quem legere poterat, ac sane debuerat? Hanc eamdem nos etiam superioribus in Dissertationibus spartam exornavimus: neque facile negotium fuerit, tot elidi posse argumenta, quibus eadem, in suspicionem adducta Opera, tanquam vero parenti adjudicantur Santo Thomæ.

Fuere, qui præclarissimas lucubrationes *Catene in quatuor Evangelistas, & Summa Theologica*, aut integras, aut magnam partem, detrahendas Aquinati censuerunt.

Summ. S.Th. Tom. VII.

b

Fue-

Fuerint-ne *peritiores*, illi *Critici*, quorum dubia, & suspicione affert *Anonymus Historiarum criticarum Philosophiae auctori?* Casimiri Oudini, qui erga S. Thomam propenso bonoque studio non ferebatur, judicium accipe, quod in ejus Dissertatione legitur Capite *xiiii.* „*Certum est; inquietis, novissimis temporibus nostris insurrexisse nonnullos, notae recentis Scriptores . . . qui ex partium studio multa in S. Thomam Aquinam, tem parum æqua, atque in ejus indubia scripta loquuntur sunt, quorum ego invidiam defectumque judicii haudquaquam æmulabor . . . Nec audiendi sunt Scriptores recentes, qui S. Thomæ Aquinati scripta ab antiquis collata aferunt ex proprio capite, absque rationibus idoneis, ut nostro isto seculo a nonnullis factum est.* „*In dubium vocare Continuum quod inscribitur, Opus in quatuor Evangelia, primus & solus ausus est Petrus de Alva. Veteres contra ipsum opponit, synchronos & suppare, probatissimos testes laudatus Oudinus: tum vero sane, inquit, qui post tantas, tamque insignes ob antiquitatem auctoritates iterum reluctantur, vel ambigunt . . . si non homines sunt, sed in privatis suis opinionibus infaniunt.*

Theologicam quoque Summati Aquinati auferre idem Petrus de Alva conatus est. Sed irrum couatum ejus fuisse, judicat Oudinus Capite *xxv.* Probat „*inquietis, thesim suam modicissimis conjecturis, litterato homine indignis . . . Utitur negativis argumentis nihil omnino concludentibus, itemque Ms. codicibus anonymis, quos omnes Originalia novitus appellat semper. Vidisse me hominem recolo olim, dum junior essem, varias perlustrantem Bibliothecas, sed festinanter . . . Unde nihil mirum, quod modicam ex tot locis inspectis eruditio nem hauserit. Hunc virum egregie dedolavit Franciscus Janiensis &c.* „*In eamdem iverat opinionem Joannes Launojus, Petri Rogerii seu Clementis VI. silentio, ut putabat, innixus. At colligentes Joannis Launoii oculi (Oudini verba sunt loco citato) occasionem dederunt doctissimo seni dubitandi, dum male legit hunc MS. codicem Clementis VI. Haec tenus ille in editione Lipsiensi anno 1722. accurata, quam Censor anonymous consulere debuisset, ut prudens cordatumque judicium de Operum Thomæ numero ferre posset. Typis etiam prostat amplissimæ, quas præterire non licebat, vindiciae ab Jacobo Echardo adornatae anno 1708. in Opere, quod inscriptis, Sancti Thome Summa suo Auctori vindicata, & anno 1719. Tomo I. Scriptorum Ordinis Prædicatorum. Hæc vero cum præterierit omnia Censor, æqui Censoris officio minime satisfecit.*

Dubia tandem, & suspicione, quibus *illustris Mabilontus* tenebatur, ex aliorum referit auditu. Imo fabella est, in ejusmodi suspicione, ac dubia incidere Doctissimum Ascetam Benedictinum potuisse, qui cum plurimas Bibliothecas lustraverit, innumerosque evolverit Codices, nosse potuit debuitque synchronos plures, ac suppare idoneos testes, integrum *Theologia Summam* Aquinati tribuentes: Ptolomæum de Luca, Bartholomæum Logothetam, Nicolaum Trivetum, Guillelmum de Tocco, Nicolaum de Freavilla a confessionibus Philippi Francorum Regis, Joannem de Friburgo, Bernardum Guidonis, Galienum de Orto, Guillelmum Lammazum, Sanctum Ludovicum Episcopum Tolosanum, aliosque plures, consimiles Dominicanos aliquos, exterros alios, Thomæ Aquinati addictos plures, pluresque infensos: ipsumque denique Petrum Rogarium, seu Clementem Sextum; quorum utique auctoritati reluctari quid aliud fuerit, nisi infanire? Nos etiam hocce de arguento uberrime egimus Dissertationibus I., III., & IV. Tomo hujus Edit. præfixis.

Laudati Nicolai Triveti testimonium, ac Lucæ Dacherii animadversio, qui Chronicon ejus protulit in lucem, peculiari digna sunt animadversione. Operum Thomæ elenchem Trivetus texit ad Annum 1274. Opera distinguit proprio stylo Aquinatis elucubrata, quæ plurima sunt: & alia recenser paucæ, quæ inveniuntur, ut ait, *ipse attributa, quæ tamen ipse non scripsit, sed post eum legentem vel predicanem ab aliis sunt collecta.* Dacherii postilla e regione legitur in margine: *S. Thome Opera falso attributa.* Ait etiam Doctissimus editor in Monito: *emunctæ naris fuisse Trivetum, ac studio*

studio partium minime addictum germanos a spuriis Thome fætus distinctos recensuisse. Num hæc Dacherii verba, ac similia aliorum Scriptorum dicta adludebat Criticus Censor, qui operum Thomæ numerum ad partem vix decimam imminuebat? Atqui paucissima primum sunt Opera id genus a Triveto notata: scilicet, *Lectura super Epistolam ad Corinthios ab undecimo capite usque ad finem*, *& Expositio super primum de Anima*, *& Lectura super Joannem*, *& super tertium Nocturnum Psalterii*: itemque *Collationes de Oratione Dominica*, *& Symbolo*, *Collationes Dominicale*s *& festiva*, *Collationes de Decem preceptis*, *& Lectura super Matthæum*. Longe plura supersunt, ac præstantiora, quæ Aquinatem habent verissimum parentem. Neque tamen indubitum est Triveti testimonium; cum alii ejusdem ævi accuratissimi Nomenclatores, quorum verba alibi descripta sunt, inter Opera a Triveto notata testantur, non pauca ex proprio Thomæ calamo & stylo prodierint. Neque demum eadem, tametsi omnia ab aliis collecta dicerentur, ab ipso Aquinate omnino abjudicanda sunt: sunt enim *post ipsum legentem vel prædicantem ab aliis collecta*, ab ipso etiam Thoma *revisa & approbata*, ut suis in locis adnotavimus. Id genus Opera dici consueverunt *Reportata*: quæ tametsi aliorum stylo descripta, germanam tamen a Sanctissimo Doctore traditam e suggestu doctrinam complectuntur. Hinc perperam Dacherius in *Monito*, & in *Postillis marginalibus* eadem notavit, veluti *spurios partus*, *falso tributos Aquinati*.

II. Ad intimos Operum Thomæ characteres progreditur oratio. Apud Gravinam in suo *Cherubino*, & Vielmium Episcopum Argolicensem in Peloponneso, postea Emoniensem in Istria, in Opere de *Doctrina & Scriptis Aquinatis*, fuere Censores, qui Doctoris nostri stylum, ac dictionem reprehendebant, ac si *barbare & sordide admodum locutus ipse fuerit*, & scriperit. Majorem etiam ornatum, & florem orationis, & differendi copiam optasse delicatuli plures apud Melchiorem Canum.

Severos Censores advocate præstat, qui judicium ferant. Primus prodeat Jacobus Bruckerus, cuius hæc verba sunt: „Non defuit Thomæ elegantia ingenii, unde scribendi ratio, atque dictio minus lutulenta, quam sui Seculi homines plerique sequi solebant. Ex qua dictionis ejus facilitate recte criterium desumitur, suppositos Thomæ libros a genuinis discernendi; quamvis negandum non esse putemus, esse in ejus dictione multa, quæ aures delicatas radant, in quibus tamen longe cæteris est tolerabilius. “ Satis id fuerit, ut *barbaro ac sordido admodum scribendi modo opera Thomæ liberemus*.

Impudentius nemo Casimiro Oudino opera Sancti Thomæ contempnit: a quo tamen lux ipsa veritatis haud contemendum de stylo, deque dictione ejus judicium extorsit. Hæc enim habet verba Capite *xxxx*. Canone *V.*, Nullum opus, vel *Opusculum*, cuius latinitas barbara atque rustica sit, spectare debet ad *Sarcutum Thomam Aquinatem*. Legi enim attente, quantum mihi licuit, Opera atque *Opuscula* pleraque, imo Sancti Doctoris omnia: atque inter legendum animadversi, Sanctum Doctorem equidem in Operibus suis non affectasse latinitatem comptam, atque elegantem, non neglexisse tamen illam. Itaut nunquam, vel raro videre sit in prolixissimis ejus Operibus phrases barbaras, atque Grammatico indignas sed quædam dictionis servasse congruitatem, atque fuisse utcumque latinum. Unde ubi in Opusculis vel voces barbaræ affectatae, vel phrases hujusmodi leguntur; certum mihi est, Opera ista non spectare ad Angelicum Doctorem, qui semper in expressione congruus saltem, numquam barbarus, aut puerascens fuit. “ Nihil reliquum est, quod optemus.

III. Querelas miscent alii de arido, quod securus est, disputandi genere absque flore orationis, absque eloquentiae ornatu, absque culta dictionis. Equidem a Viro gravissimo querat nemo orationis delicias, pigmenta muliebria, fucum puerilem, (quæ in Operibus ejus apparent nulla:) sed veras gravesque sententias, argumenta solida & propria, sermonem rei de qua differit, accommodatum. Melchioris Cani Libro

XII. de Locis Theolog. Capite xi. judiciam est, quod prudens doctusque nemo non amplectatur. Hæc omnia quippe adeo egregie *Divus Thomas* praefitit, ut si vitia in eo pauca sint, que ab ipsis (curiosis, & delicatulis hominibus) invidiose commemorantur: plurimisque virtutibus illa compenset. Quamquam, ut erat & modestus, & prudens, legem disputationis aquabilem tum ruderibus, tum suo illo seculo dedit.

Ad vitia dictioris referri solet obscuritas: & obscura quedam in *Divi Thome* lucubrationibus esse, cavillantur nonnulli apud eundem Canum loco citato. Sane quidem reponit *Vit sapientissimus*, ad judicandum maxime idoneus. Non tamen ab illo ita dicuntur de industria; nec ingenio inest, sed rebus ipsis obscuritas. Et propria, (nempe argumenta, ex rei visceribus ducta, ut egregie præstat Aquinas,) quam communia, obscuriora sunt. Vinum quoque aqua mixtum clarius est quidem, sed dilutius est tamen: merum ad bibendum difficilius, plus omnino habet virium.

C A P U T III.

Num græce lingue peritia polliceret Aquinas, dissident Scriptores. Græcam certe coluit, promovitque eruditionem, ueste qui Scriptores grecos in latinum transferri curaverit. Imperfetas, vitiatasque novit latinas, que serebantur versiones: Interpretumque inscitiam castigat: correctasque profert interpretationes. Variantibus passim utitur divinorum eloquitorum lectionibus, que ex *Hebreo*, & Græco textu proficiuntur.

I. **G**raviora, quæ opponuntur, expendamus. In Elogio, quo Thomam exornat Erasmus Roterodamus, virum appellans non suo tantum seculo magnum, sañiore ceteris ingenio, & solidiore eruditione preditum: plane dignum fuisse ait, cui linguarum quoque peritia contingere. Hanc linguarum nescientiam objicit Oudinus omnino inurbane: Nesciebat inquietus, lingua quas appellant exoticas: græca nec tantisper intelligebat. Eadem est Bruckeri censura: Multa ei defuerunt, inquietis, quæ illam que Philosopho cetera docto & acuto tribuitur, laudem imminuunt. Inter ea potissimum locum occupare videtur, quod græca lingua ignarus fuerit. Paria scriplerat olim Launojus in Epist. i. ad Antonium Faurum: Nemo affirmasset, inquietus, Thomam vertisse ex græco quedam S. Cyrilli textum, quia græce non intelligebat.

In hac Censuræ parte celebrare virtutes tamen duas, quæ linguarum defectum compensare valeant, dignissimas in Angelico Doctore commendatione, non prætermittit Bruckerus Heterodoxus, minus in Aquinatem iniquus, quam apostata Casimirus Oudinus. Ac primum laudanda, inquit, *Thoma industria*, quod cum græca ipse intelligere non posset, meliorem quam tunc exstabat, versionem Aristotelis, (aliorumque Scriptorum, ut infra dicendum,) confici curaverit. Ac illud præterea præconio laudum cælebrandum, quod versionibus licet minus accuratis uteretur, mentis ἀσοχία, multa quoque asequuntur est. Noverat istud ingenii acumen, quo pollebat Aquinas ejusque in adsequenda veritate facilitatem Gabriel Naudæus, abs Bruckero laudatus, qui in Bibliographia Politica: ipse *Thomas* ajebat, ut in ceteris operibus Aristotelis, sic præserit in ipsis (ad Ethicam pertinentibus,) more suo fecit: & ex interpretatione neque bona, neque vera, bonam tamen & veram sententiam elicuit. Par est judicium Eusebii Renaudotii in sua de Barbaricis Aristotelis librorum versionibus Disquisitione apud Jo. Albertum Fabricium in Biblioth. Græca Libro VI. Capite v. Tomo XII. Verba ejus sunt num. 20. Neque mirari satis possumus *Divi Thome Aquinatis*, qui Aristotelem talium interpretationum subsidio unico legerat, acumen & industriam: cum sepe Aristotelem verius, saltem verisimilius, non modo quam illi, quos sequebatur, Averroes & Arabes reliqui; sed quam Græci nonnulli, interpretatus aq[ui]-

Aquinatem græcæ linguæ peritum vindicare sibi visus est contra Launojum posse Bernardus Guyard Gallus, Conventus nostri Redonensis alumnus; edita Parisiis Dissertatione anno 1667. utrum *Sanctus Thomas calluerit linguam græcam?* Anno in sequente 1668. ibidem prodiit in lucem Honorati a S. Gregorio in Catenam Auream *Sancti Thome*, ac *Patris Nicolai editionem novam Apologetica Praefatio*: cum Appendice, quæ inscripta legitur, in *Dissertationem de fictio Sancti Thome græcismo Summaria epistolaris Dissertation*. Sub eo Honorati a S. Gregorio clementito nomine latet ipse Gallus alter sodalis, Joannes Nicolajus. Dissertationem suam tueri Guyardus anno 1670. conatus est, alio edito Libello, cui titulus: *Adversus Metamorphoses Honorati a Sancto Gregorio*. Nolim ego invidiosam mouere quæstionem: quam fortasse minime distimat frequens in exponendis etymologiis recursus ad græcum fontem, neque *aristicorum* potestas indicata in Caput 4. Evangelista Joannis Lect. I. neque *casuum* apud græcos, & latinos differentia, quæ innuitur Lect. III. in Caput II. ad Romanos. Attamen neque tantisper Aquinatem *græca intellectuisse*, inurbana, & absonta, & falsa Ouidini sententia est. Græcam certe eruditionem, aliorum opera adhibita, colluisse, maximeque ævo suo promovisse Doctorem sanctissimum, dubium nullum.

II. Hanc ejus industriam noverat, commendavitque Bruckerus: *quod meliorem, quam quæ tunc existabat, versionem Aristotelis confici curaverit*. Opera nonnulla Philosophi in latinum translate ab Hermanno, cognomento *Contracto*, testatur Trithemius Tomo I. Annalium Hirsaugiensium ad Annum MV. Refert etiam Rigordus in Historia de Gestis Philippi Augusti circa annum Domini 1210. legi Parisis coepisse Libellos quosdam Aristotelis, qui decebant *Metaphysicam*, de novo Constantinopoli delatos, & græco in latinum translatos. Versio illa succedit, quam jussu Friderici II. Imperatoris: adnotante Jo. Alberto Fabricio in Biblioth. Græca Libro III. Capite VI. partim e græco, partim ex arabico sermone, circa æræ vulgaris annum 1220. consecerunt Viri lecti, & in utriusque lingue prolatione periti, ut habeat Petrus de Vineis Libro III. Epistola LXVII. Scatentem vitiis hanc viderat versionem Aquinas, melioremque e græco novam fieri curayit. Rem testatur Guillelmus de Tocco in Vita Capite VI. num. 18. *Scriptis etiam, inquiens, super Philosophiam naturalem, & Moralem, & super Metaphysicam: quorum librorum procuravit, quod fieret nova translationis, que sententia Aristotelis continet clarissimam veritatem*. Accuratissimam non dixerim translationem: at certum compertumque fit, minus vere ab Clariss. Renaudotio dictum loco citato, Thomam legisse Aristotelem unico subsidio Interpretationum, quæ ex Arabica priore versione prodierant; constat quippe id ab eo curatum impetratumque, ut perfectior ex græco adornaretur translatio.

Aristotelis opera græce scripta noverat Aquinas: latinamque versionem, quæ græco textui maxime consentiret, cæteris repudiatis, affert etiam, ac præfert: *Textus Aristotelicos ex Libro III. de Anima* depromptos describit plures in Opusculo de Unitate intellectus contra Averroistas: dataque opera litteram animadvertiscandam proponit, quæ sic habetur inquiens, in græco: novam innuens, ut puto, latinam translationem, ipso urgente, de græco factam. Libros etiam memorat de Substantiis separatis ejusdem Aristotelis: *quos vidimus, inquit, nondum translatos in lingua nostra*.

Novam hanc latinam interpretationem, urgente opus Aquinate, confessam adjuvat Thomæ Brabantino de Cantimprato, aliorum fide advoca, Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis n. 469. *Sunt qui scribunt* (Thomam Cantimpratensem) *graci sermonis habuisse peritiam: & libros Aristotelis, quorum jam usus in Scholis est, translatisse*. Trithemium sequuti sunt Natalis Alexander in Hist. Eccl. Seculo XIII. & XIV. Capite IV. Art. IV. ipse Jo. Albertus Fabricius loco citato, aliisque. Brabantinum alium interpretem, nomine *Wilhelmum*, invehit Chronicon Slavicorum apud Lindenbrogium, ubi ad Annum MCLXXIX. hæc habentur *Wilhelmus de Brabantia Ordinis Predicatorum translatis omnes libros Aristotelis de græco in latinum, verbum a ver-*

a verbo, (*qua translatione Scholares adhuc hodierna die utuntur in Scholis,*) ad instantiam Sancti Thome de Aquino Doctoris. Ita verba refert Bruckerus loco superius citato. Is est Guillelmus de Morbeka, quod Oppidum est in confiniis Brabantia, ideo *Brabantinus* dictus, ac perperam cum Thoma Cantimpratenſi confusus, ex Ordine Prædicatorum ad insulas Archiepiscopales Corinthi adsumptus. Præter latinam, familiare habuit græcam, & arabicam linguas. Degebatur in Italia circa annum 1268. apud Clementem IV. sub eoque, & Gregorio X. successore, munere Capellani & Pœnitentiarii functus est. Hunc esse virum peritissimum, qui Thomæ votis annuens, novam librorum Aristotelis versionem elucubravit, nullus dubitat Jacobus Echardus. Latinas plerasque ab eodem consecutas interpretationes, ex græco alias, aliasque ex arabico, Aristotelis, Simplicii, Procli Diadochi, Galeni, Hippocratis, diligentissime recenset idem Echardus Thomo I. Scriptorum Ordinis Prædicatorum. Consule Dissertationem nostram xxii.

Ampliora sunt in sacram eruditionem græcam Aquinatis merita. *Continuum opus*, quod vocant, in Quatuor Evangelia, Sanctorum Patrum Scriptorumque Ecclesiastico-rum sententiis uno veluti contextu concinnatum, jussu Urbani IV. Summi Pontificis elucubrato, satis illi non fuerunt veteres latini Patres, neque latinæ quæ ferebantur Scriptorum græcorum versiones, qui Evangelia Commentariis illustraverant. Alias etiam *expositiones Doctorum Græcorum* (ipse Thomas ait in Epistola nuncupatoria ad Annibaldum Presbyterum Cardinalem, Evangelio secundum Marcum præfixa, (in latinum feci transferri : ex quibus plura expositionibus Latinorum Doctorum inserui, Auctorum nominibus prænotatis. Patrum, Scriptorumque elenchum, quorum sententias defloravit Aquinas, accuratissimum prestat in sua ejus Operis editione Joannes Nicolajus : numeratque latinos Patres duos & viginti, præter Glossas varias anonymas : Græcosque Scriptores septem & quinquaginta. Quo utique factum est, (verba sunt Antonii Possevini S. J.) ut Ὡ Evangelicum sensum, Ὡ Patres antiquos latinos qui delitescebat, aut minime erant in usu, ac græcos ipsos Interpretes afficeremur, divina Viri caritate procurante, ut latine properea verterentur.

Quo Thomas in hilce Patrum Græcorum aut libris, aut excerptis latine vertendis usus fuerit interprete ignotum : at notum compertumque, nimium a vero ab ludere Editorem operum Launoii, qui Praefatione in Tomum V. cum ipso Launojo contendit: non potuisse ab Aquinate, nec ab alio aequali Scriptore in lingua latina transfferri textus græcos, quia græca lingue imperitia tunc temporis regnabat. Plura namque Græcorum Scriptorum excerpta, curante Thoma, latinitate donata esse, ipse Thomas testis est locupletissimus.

III. Latinæ ævo illo Scriptorum græcorum ferebantur versiones. Vitia novit earum, quibus ipsæ laborabant, Sanctus Thomas. Dignum est animadversione judicium ejus de illa, quæ vulgaris erat, *Homiliarum S. Joannis Chrysostomi in Matthæum* latina versione. Sic ait enim in Epistola nuncupatoria ad Urbanum IV. Interdum sensum posui, verba dimisi, præcipue in Homiliario Chrysostomi, propter hoc quod est translatio vitiosa .-Sive pro ea qua polleret ipse græca linguae peritia, sive a peritoribus aliis edoctus, hoc protulerit judicium, dignum illud est profecto Viro græcas litteras, si minus callenti, pro sua certe erga græcam eruditionem studio promoventi. Ignoratum mihi vero, quænam hec fuerit latina *Homiliarum Chrysostomi* translatio: num illa antiquissima, quam seculo Ecclesiæ quinto confecerat Anianus Celedensis Diaconus, ut putat Montfauconius: an illa, quæ a Burgundione, origine Pisano, Eugenit III. jussu elucubrata est anno Dominicæ Incarnationis 1151. ut ipse testatur Burgundio: an alia demum. Consule Dissertationem de Catena Aurea S. Thomæ.

Thomæ nostri subjiciendum examini laudatus Urbanus IV. libellum tradidit, in quo plurima Scriptorum Græcorum excerpta continebantur, latine redditæ. Opusculum hac de re composuit Aquinas, quod primum tenet locum in editione Romana. Summum Pon-

Pontificem admonet in Epistola ad ipsum data: *tum plurima inveniri in Libello, ad nostræ fidei assertionem utilia: tum offendì non pauca, qua possent materiam ministrare errorum, & contentionis dare occasionem, & calumniae.* Hæc scilicet præmonita ab Aquinate Theologo. Vitia præterea latinæ versionis patefacit plurima, deque optima interpretandi ratione differit sapientissime: quæ ad penitorem spectare eruditionem, nemo non videt. Mendoza latinæ interpretationis plura postremo Capite afferat exempla. „Sicut, inquiens, quod logos (λόγος) exponit Translator fere ubique sermonem mentalēm, cum secundum usum scripturæ latinæ convenientius exponeret verbum. Et hypostasim (ὑπόστασιν) exponit essentialēm personam; quam expositionem sequens, aliquando cogitur inconveniens dicere. Sicut ubi dicit, *Deus trinypostasis, τριουτόστατος* idest trinus essentialiter personalis: hoc est enim omnino erro neum, quod Deus sit essentialiter (idest quoad essentiam) trinus. Sufficeret autem pro hypostasi, transferre simpliciter personam &c.

De munere boni Interpretis sic pergit differere in Epistola citata ab Urbanum IV. „Multæ, quæ bene sonant in lingua græca, in latina fortassis non bene sonant: propterea quod eamdem fidei veritatem aliis verbis latini confitentur, & Græci. Dicitur enim apud Græcos recte & catholice, quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres hypostases: apud latinos autem non recte sonat, si quis dicat, quod sunt tres substantia; licet hypostasis sit idem apud Græcos, quod substantia apud latinos secundum proprietatem vocabuli. Nam apud latinos substantia usitatus pro essentia accipi solet, quam tam nos, quam Græci unam in divinis confitemur. Propter quod sicut Græci dicunt tres hypostases, nos dicimus tres personas, ut etiam Augustinus docet in vii. de Trinitate. Nec est dubium, quin etiam simile sit in aliis multis. Unde ad officium boni translatoris pertinet, ut ea quæ sunt catholicæ fidei transferens, servet sententiam, mutet autem modum loquendi secundum proprietatem linguæ, in qua transfert. Apparet enim, quod si ea quæ in latino literaliter dicuntur, vulgariter exponantur: indecens erit expositio, si semper verbum ex verbo sumatur. Multo igitur magis, quando ea quæ in una lingua dicuntur, transferuntur in aliam, ita quod verbum sumatur ex verbo; non est mirum, si aliqua dubietas relinquatur. “Omnes utinam, qui Scriptorum operibus in aliam linguam vertendis operam conferunt, hæc Thomæ præcepta servarent.

Areopagitorum Auctoris, quem Dionysium Areopagitam ævo Aquinatis necno unus non existimabat, frequens est in ejus Operibus usus: ac præterea editus ab ipso Commentarius prostat in Librum De divinis Nominibus, Latinam versionem adhibet in isto, quam confecrat Joannes Sarracenus, qui Abbas S. Andreæ Vercellensis Ordinis Canonicorum Regularium dicitur. Cæteris in Operibns modo hanc, modo antiquiorema afferat a Joanne Scoto Erigena confessam: quinimo frequentissime, utroque dimisso interprete, Areopagitici textus reddit sensum nitidioribus verbis expressum. Exempla dedimus plura Dissertatione VIII. Capite 111. Nemo non videt curasse Thomam, ut aliorum saltem adhibito consilio, qui græcam linguam callebant, Auctoris mentem tutius, & verius, aut verisimilius adsequeretur; cum versionum, quæ ferebantur, pro sui acumine ingenii vitia & menda optime nosset.

Queritur, doleque Michael Lequien in Dissertatione II. Damascenica, textum quendam ejusdem Areopagitorum auctoris, qui Capite 11. de Divinis Nominibus num. 6. legitur, vitijs translatum haberi in antiquis quibusque, itemque recentibus in editionibus. Græca verba sunt: ἡ δύος, τρίτης, δοτά ἀρδητεῖς ἀντα δευπιας διν ἵκχριτα καὶ ἔκαπτα. Quæ sic vertit Erigena: Verbum divinum operari, & pati quemque humanitatis ejus divina actione sunt discreta, & summe miranda. Sarracenus: Facere, & pati quemque humane ipsius contemplationis sunt electa, & semota. Ubi deupias perperam legebat interpres pro deupias. Ambrosius Camaldulensis: Eaque gessit, & pertulit qua sunt humanae ipsius assumptionis electa, atque principia. Joachimus

mus Personius : *Fecitque, & passus est omnia, que humana ipsius actionis precipua sunt, & singularia.* Balthasar Corderius : *Eaque gesserit, tuleritque, que humana ipsius actionis precipua sunt, & singularia.* At verti oportere humano divinam operationem, seu efficacitatem, seu activitatem contendit Lequienus. Quænam fuerit illa versio, quam Thomas adhibuit? Versionem Saraceni sequutus est in Commentario in Librum de Divinis Nominibus. Versionem aliam in Summa Theologica afferat Parte III. Quæst. xix. Art. 1. illam scilicet, quam Lequienus accuratiorem censet, ac veram : *Et operari, & pati quæcumque humana ejus divinaque operationi congruunt.* Hinc frustra ac immerto dolet loco citato Vir Doctissimus, acsi Thomas germanam, quam potat, textus Areopagitici versionem ignorasset.

Etymologiarum usum præterire hoc loco non licet, qui ad græcam pertinet eruditionem. Hunc in Aquinate nostro laudat Gerardus Joan. Vossius Libro V. de Natura Artium, qui *de Philosophia inscribitur, Capite 111. §. 2. ubi in etymologiis, quales apud Aristotelem, & alios multos, recurrentur esse animadvertisit ad græcum fontem: quod, inquit, & Thomas Aquinas monet.* Paslim in Operibus ejus græcas voces explicari, non apte quidem plures, viri critici adnotarunt: *feliciter alias, fateri cogitur laudatus Operum Launoi editor Præfat. in Tomum V. quæ demum omnia, sive græcae linguae peritum Aquinatem nostrum, probant attamen fortasse non omnino sedem & hospitem, at eruditionis certe quæ comparari ex græcae linguae Scriptoribus potest, promotorem ævo suo meritissimum.*

IV. Postremum sacræ id genus eruditionis, qua Thomas pollebat, specimen affero, quod eruitur ex variantibus Novi ac Veteris Testamenti lectionibus, ex *Hebraico sextu, græcoque profectis.* Varia hujusmodi lectionum genera proferunt Ludolphus Küsterus in Præfat. ad Novum Testamentum Græcum Joanne Millio accurante editum, & Daniel Withbyus in Examine variantium lectionum ejusdem Millii: quæve inde emolumenta, quin ullum sacri textus auctoritati periculum immineat, redundare in Ecclesiam possint, pluribus declarant. Variantium ergo lectionum frequens occurrit usus in Operibus Thomæ, maximeque in Commentariis in Sacram Scripturam. Specimina nonnulla prostant in Dissertatione VI. de Commentariis in Epistolas Pauli Apostoli. V. g. hæc habet ille ad Caput 1. ad Rom. vers. 4. „Origenes dicit, quod littera non debet esse, qui *prædestinatus est*, sed qui *destinatus est* Filius Dei . . . „Sed communiter omnes libri latini habent, qui *prædestinatus est*. Et ad Caput 9. „vers. 17. „Dicit enim Scriptura Pharaoni, *quia in hoc ipsum excitavi te . . . Se-* „*eundem* aliam litteram, *servavi te . . .* Et nostra littera (Exodi Cap. 9. vers. 16.) „*posui te.* “ Et ad Caput 9. ad Hebreos vers. 22. „*Adoravit vestigium virga ejus.* „Hoc habetur Genes. 47. (vers. 31.) ubi dicitur . . . quod *adoravit ad caput le-* „*Etuli*, ut dicit littera nostra: *vel fastigium virga ejus*, ut dicunt Septuaginta: *vel super fastigium*, ut habetur in græco. “ Innumeræ sunt hujusmodi exempla, quæ Aquinatis industriam commendant, qui sibi partem hanc sacræ eruditionis, aut propria diligentia, aut aliorum ope comparavit.

Ferre utique subsidium poterat opus insigne; quod Nostrates, Hugone de Sancto Charo, vel de Sancto Theuderio præsidente, in Parisiensi Coenobio Sanjacobo perficerunt, quod inscribitur: *Sacra Biblia recognita, & emendata, id est a Scriptorum vi- siis expurgata, additis ad marginem variis lectionibus Codicum MSS. Hebreorum, Græcorum, & veterum Latinorum Codicum etate Caroli Magni Scriptorum.* Integrum, & elegans exemplar, quatuor grandioribus voluminibus constans, in eadem Sanjacobo domo etiamnum adseratur; sed volumen, quo continebatur *Psalterium*, (dolendum sane,) non appetet. In actis Capituli Generalis anno 1236. celebrati Parisiis, hæc habentur num. 34. *Volumus, & mandamus, ut secundum correctionem, quam faciunt Fratres, quibus id injungitur in Provincia Francie, alia Biblia Ordinis corri- gantur, & punctenur.* Hæc typis edita prostant Tomo IV. Thesauri novi Anecdoto- rum

rum quæ Ascetæ Sammauræ Benedictini , Martene , & Durand , collegerunt . Elogium consale Hugonis de S. Charo apud Jacobum Echardum , ubi alia adnotantur plura , scitu dignissima , quæ ad insigne superius Opus pertinent . Hoc etiam opere usum esse Aquinatem , ut varios divinorum eloquiorum sensus , quos variantes afferunt lectiones commentarius exponeret , nullus dubito .

C A P U T IV.

*Lectionis copia in Aquinate , qui Græcos , Arabes , Latinos plurimos evolvit Philosophos .
Eadem lectionis copia in Ecclesiasticis monumentis . Artis critica specimina .*

I. **Q**UÆ differuimus hactenus , haud leve specimen præbent eruditionis , neque modicæ , neque vulgaris , qua pollebat Aquinas : ut nonnisi per impudentiam ab Oudino dictum fuerit , vel nullam , vel modicam eruditionem ex lectione Operum ejus hauriri posse . Nullam-ne , vel modicam eruditionem præferat Continuum , quod vocant , opus in quatuor Evangelia , in quo elucubrando tot evolvere latinos , græcosque Scriptores debuit ille ; curavitque præterea ut græca plurima excerpta , quæ delitescebat , latina civitate donarentur ? Nulla-ne , vel modica appareat eruditio Thomæ , qui latinas , quæ ferebantur , ex græco factas versiones vitio laborantes noverat ; qui ex interpretationibus neque bonis neque veris pro suo ingenii acumine aut veram , aut verisimiliorem Auctorum sententiam adsequi potuit ; qui veterum dicta plurima , dubia , & perplexa , jubente Summo Pontifice , tam accurate discussit exposuitque , ut omni sublata calumnia & erroris occasione , ad fidem adserendam utilia redderentur ; qui demum interpretibus , qui ex una lingua in aliam opera transferunt , optimas regulas tradidit , ut consonam atque propriam confidere versionem valeant ?

Hinc patet copia lectionis , quam in Aquinate non potuit ipse Bruckerus non commendare , non admirari . Mirum ergo , jejuna illa verba excidere e calamo potuisse Critici viri , qui opus gallice inscriptum , Examen des defauts Theologiques , anno 1744. vulgavit : Magistrum Sententiarum , inquietis , legerat Thomas , & epistolas Pontificum Decretales , ac integrum Gratiani Decretum ; ac si Patrum excerpta quædam legerit , quæ in prædictis collectionibus contenta inveniuntur , ipsos vero fontes adverit numquam : aliosque veteres nec noverit , nec lustraverit Auctores . Id si contendat criticus homo , toto ipsum errare ostio , mox dicendum .

Aquinatem laudat ille , veluti diligenter versatum in legendis Arabum Philosophorum operibus ; proprieaque ea negligere aitare illa nemo poterat , qui doctus videri veller . Suam quidem in hisce discutiendis Arabum scriptis diligentiam exercuit Thomas : non eo tamen consilio , ut doctus temporis serviens videretur : sed Religionis christianæ gravissimo negotio ut inserviret , quod Saraceni illi Philosophi putidis invectis commentis labefactare conabantur . Hinc Avicenna , Avenpacis , Averrois , & Avicembronis cuiusdam lustraverat opera : quæ ab ipsis Philosophica placita inventa fuerant , apprise callebat : proque sua virili profligavit errores . Inter Judæos , qui Arabicam coluere Philosophiam , duos præsertim memorat Aquinas , Isaacum , & Moysem Maimonidem , auctorem libri More Nebochim , quem titulo Doctoris dubitantium laudare consuevit idem Thomas .

Memorati Averrois obitum ad annum Hegiræ 595. alii , aliisque ad annum 603. referunt : unde mors ejus in seculi decimi tertii initia circiter incidit . Errorem infimum invexit ille de uno in omnibus hominibus intellectu , quem scioli plures ac petulantæ Academici profitebantur , & vulgabant . Putidum commentum , ne invalesceret , data opera profligavit sanctissimus Doctor in Opusculo , quod est sextumdecimum in editione Romana sub Pio V. cum grandioribus etiam in Operibus pro data occasione . Guillelmi de Tocco referenda verba sunt , quæ in ejus Vita Capite IV. num. 19. habentur : „ Præter magna volumina , in quibus antiquas hæreses confutavit , suo etiam

Summ. S.Th. Tom.VII.

c

„ ex-

„ exortas tempore , divino spiritu revelante destruxit : quarum Hæresum prima fuit „ Averrois , qui dixit : *unum esse in omnibus intellectum* . Qui error malorum favebat „ erroribus , & Sanctorum virtutibus detrahebat : dum uno existente in omnibus in- „ tellectu , nulla esset differentia hominum , nec distantia meritorum . Qui tantum in- „ valuit etiam in simplicium mentibus , sicque se periculose infudit ; ut requisitus qui- „ dam miles Parisiis , utrum de suis criminibus se purgare vellet , responderit : *Si* „ *anima Beati Petri est salva , & ego salvabor , quia si uno intellectu cognoscimus ,* „ *uno fine exitii finiemur* . Quem errorem cam essent Scholares Galardie imitantes , „ qui Averrois erant communiter sectatores ; poterat praedictus error plures inficere , „ quibus potuissent praedictum errorem sophisticis rationibus persuadere . Unde contra „ hunc errorem praedictus Doctor fecit *Scriptum mirabile* : in quo præter rationes fi- „ dei quibus praedictus error illiditur , per dicta etiam Aristotelis , quæ Averroes ma- „ le intellexerat , a radice evellit , & nihil rationis habere demonstrat . ”

Neque solum Aristotelis testimonia profert : verum etiam eorum , qui Philosophum commentariis illustraverant , Græcorum , Arabumque auctoritatem adhibet , uberrimam præferens lectionis copiam . Loco Galardie reponendam Garlandie vocem , jubet diligenterissimus Jacobus Echardus : *Garlandia* , inquiens , *feudum est in urbe Parisiorum , in quo est vicus stramineus , gallice de Fouarre , celebris olim , quod in eo solo Philosophie professores omnes docerent* . Unde Scholares Garlandie dicti , qui Magistros eo in vico docentes Philosophiam audiebant . Erros plurimos Averrois , Avicenne , Alga- zelis , Alchindi , & Rabbi Moysis , anno circiter 1290 . simul Parisiis collectos exhibet Carolus Duplessis d' Argentrè Tomo I. Collectionis judiciorum de Novis erroribus . Arabes vero Philosophos , quos memoravimus , alioisque recentes , ut cæteros præteream , Jo: Leo Afer in Libello apud Fabricium in Biblioth. Græca Tomo XIII. Christophorus Wolfius in Bibliotheca Hebraica , Jacobus Bruckerus loco citato .

Admonere præstat , prolixas in eodem contra Averroem opusculo referri Themistii sententias , quæ in editis exemplis leguntur juxta latinam ab Hermolao Barbaro conformatam versionem . Vetustum MS. Codicem lustrare mihi licuit , in Veneta Sanctorum Joannis & Pauli Bibliotheca adservatum , in quo longe diversa ejusdem Themistii la- tina translatio occurrit : quæ nempe Thomæ ætate ferebatur . Hac de re suo loco uberiora dedimus . Interim consilium Editorum nemo laudaverit , qui recentiorem hanc Barbari versionem , prævia nulla admonitione , in opusculum Thomæ invexere : ac sane redarguenda est nimia Ambrosii Barbavarii facilitas , qui opus idem praedicto ex Capi- te in dubium vocavit .

Avenpaci librum de *Causis* , quem Commentario Thomas exposuit , nonnulli attri- buunt , alii Alfarabio . Sic ait vero Aquinas Lectione I. „ Inveniuntur igitur quædam „ *de primis principiis* conscripta , per *diversas propositiones* distincta , quasi per modum „ *sigillatim* considerantium aliquas veritates : & in græco quidem invenitur , scilicet li- „ ber traditus Proculi Platonicæ , continens ducentas & novem propositiones , qui inti- „ tulatur , *Elevatio Theologica* . In arabico vero invenitur hic liber , qui apud latinos „ *de Causis* dicitur : quem constat de arabico esse translatum , & in græco penitus non „ haberi . Unde videtur ab aliquo Philosophorum Arabum ex praedicto libro Proculi „ excerptus , præfertim quia omnia , quæ in hoc libro (*de Causis*) continentur , „ multo plenis & diffusius continentur in illo (græco scripto .) “ Librum integrum Proculi distinguendum jubet Aquinas ab ejusdem excerpto . Ait vero , istud apud latinos inscribi de *Causis* , ex arabico translatum esse , in græco penitus non extare , composi- tumque fuisse ab aliquo Philosophorum Arabum . Ait etiam , Procli librum fusorem esse , in græco inveniri . & inscribi *Elevationem* , (seu potius *elementationem*) *Theo-logicam* . Noverat ergo , ac legerat utrumque Thomas : ejusque innotescit , tum erga græcam eruditionem studium , tum lectionis Auctorum , etiam Arabum , copia .

II. Neque veteres alios , ac ævi sui recentes , sacros & profanos , evolvere scriptores præter-

prætermisit: ut nimium puerile fuerit, quod Gallicus Scriptor animadvertisit, Thomam legisse *Magistrum Sententiarum*, *epistolas Pontificum Decretales*, ac *integrum Gratiani decretum..* Intra angustos hujusmodi limites lectionem & eruditionem Aquinatis coarctari non posse, frequetissimus evincit veterum Monumentorum usus in ejus operibus. Unam scilicet liceat Summam Theologicam, quam extremis vitæ annis clucubravit. In editione Patavina anni 1698. prostat *Index Nonus Tomo V.* qui catalogum exhibit *Philosophorum*, *Rhetorum*, atque *Poetarum*, *Pontificum*, *Conciliarum*, & *Doctorum*: quorum auctoritatibus, decretis, definitionibus, testimonis utitur, ac inititur Aquinas in iis adserendis Theologicis dogmatibus, quæ illustrat. In uno hocce Opere laudantur unus & quadraginta Romanæ Ecclesie Pontifices: Concilia præsertim adhibentur, tum generalia quæ Nicææ, Constantinopoli, Ephesi, Chalcedone, & in Laterano celebrata sunt, tum alia quatuordecim, quæ peculiari in Ecclesia gaudent auctoritate: vetusti Patres, & Scholæ Doctores qui præcesserant, numerantur quinque & quadraginta, præter glossas plures, varia decreta, vitasque Sanctorum: ac demum quadraginta sex recentur Philosophi latini, græci, arabes, Oratores etiam & Poete.

Neque putes, tot Scriptorum arido quodam modo testimonia adduci. Placita eorum proferuntur in medium, ut serio examine discussa aut rejiciantur, aut adprobentur. Consensus universæ Ecclesiæ ex dictis Patrum, Conciliarumque decretis eruitur, ut fidei dogmata confirmantur. Veterum sententiae illustrantur: & si quæ sunt perplexæ, & dubiæ, exponuntur. Ad Augustinum denique quod adtinet, vix adsignaveris Opus aut Opusculum, & Tractatum ejus, quod Thomas non excusserit: nihilque videtur habuisse antiquius, quam ut celeberrimi Patris doctrina evulgetur, illustretur, ac vindicetur. Hæc est lectio, & eruditio Thomæ, quæ longius latiusque protenditur extra libros Petri Lombardi, & Romanorum Pontificum decretales Epistolas, & Gratiani decretum. Patebat illi namque inter alias, quas lustrare pro data occasione consueverat, locupletissima Ludovici IX. Regis Galliarum Bibliotheca, quæ amplissimo ejus legato, post obitum ejusdem aquis portionibus distributa fuit Fratribus Prædicatoribus, & Fratribus Minoribus Parisiensibus, Abbatia Regalis Montis, & Fratribus Prædicatoribus compendiensibus. Vide Regias Tabulas anno 1269. scriptas apud Bollandi Continuatores ad Diem xxv. Augusti pag. 500.

Ardentissimo ferebatur studio Thomas, ut Veterum scripta perquireret, inventisque uteretur in operibus, quæ animo moliebatur. Nota est egregia illa responsio ejus, quæ refertur in Processu Canonizationis Capite ix. num. 78. *Malle se uti Chrysostomi libris in Matthæum*, quam possidere Lutetiam Pariforum. Diligentiam ejus maxime probant Græca illa plurima excerpta, quæ ipso curante latinitate donata prodierunt in lucem in Catena super Evangelia. Periisse credebantur Collectiones illæ, ex quibus tot depromi sententiae Patrum potuere: quas attamen, aut similes post improbum laborem nactus demum est Joannes Nicolajus: nempe, *Catenam LXXV. græcorum Patrum*, quam edit Corderius, & *Græcam expositionem in Lucam*, inita Catena concinnatam, quam Manuscriptam vidit Combefisius in Parisensi Cardinalis Mazarini Bibliotheca.

Insigne exemplum demum addo, quod suppediat Epistola S. Leonis Magni ad Proterium Episcopum Alexandrinum. Hanc veluti deperditam Baronius dolebat ad Annum 453. num. 28. quam postea ex Codice MS. Dominici Grimani S. R. E. Cardinalis in lucem protulit Quesnelli. At eam legerat Divus Thomas, vel integrum, vel ex parte: servavitque insigne excerptum 2. 2. quæst. xi. Art. 11. ad 2. ubi sic ait: „Unde Leo Papa in quadam Epistola ad Procerum (Proterium) Episcopum Alexandrinum dicit: quod inimici crucis Christi omnibus factis, & verbis nostris insidiantur, ut si ullam vel tenuem occasionem demus, nos Nestoriano sensui etiam congruere mentionem tur. “ Paullo aliter hæc eadem afferuntur verba apud Quesnellum: *Hoc igitur, Frater carissime, pro sollicitudine fidei communis admoneo, ut quia inimici crucis Christi omnibus & verbis nostris insidiantur, & syllabis, nullam illis vel tenuem occasionem*

nem demus, qui Nestoriano nos sensui congruere mentiantur. In editione Patavina anni 1712. notula legitur textui inserta: *Quæ epistola nunc non extat; perperam sane, ac per inscitiam, cum tot ante annos eam ex laudato Grimaneo Codice ediderit Quellenius.*

III. Lectionis copiam qui negare in Aquinate non possunt, *critica destitutum arte ipsum traducunt, Ondinus, & Bruckerus*: quo factum ajunt, ut genuina veterum scripta a spuriis, suppositisque non discerneret. Nempe vitio veris Aquinati, quod seculi vi- tium erat, cæteris ejus ævi Doctoribus commune. Nævos id genus in Sanctissimo Präceptore haud diffitemur: quem tamen celebrat Erasmus *plane dignum*, cui bonarum litterarum supellex contigisset, quæ per eam tempestatem dabantur, tam dextre usus est. Atqui vero vitium adeo ne enorme fuerit, quod v. g. *Dionysium Areopagitanum* crediderit parentem operum, quæ ipsi attribuuntur; cum eadem veluti genuina vindicaverint Joannes Scythopolitanus, Maximus Martyr, Theodorus quidam apud Photium; neque unus ætate illa foret, qui id vocaret in dubium? Cur Thomæ eruditio detrahendum fuerit, quod Romanorum Pontificum *Decretales Epistolas* ante Siricum pro germanis habuerit; cum eadem sententia post exordia noni seculi obtinuerit apud Concilia, & Conciliorum collectores, Scriptoresque doctissimos, & gravissimos? Cur demum Thomæ laudes imminui debeant, quod ejus in Operibus alter pro altero Scriptore substituatur; cum indices hujusmodi absque ullo proprio vitio sumpserit ille ex Collectionibus quæ ferebantur, nondum referatis fontibus omnibus, quos adire liceret? Sed ejus attamen fulget splendidissime eruditio, qui ea veterum monumentorum supellestile abunde instructus fuerit, quæ per eam tempestatem dari poterat. Insana præsumptio foret; ævo suo Divum Thomam videre, ac scire debuisse, quæ nonnisi post plura secula, post improbos Criticorum labores, post innumera e tenebris eruta monumenta effulsere.

Dignum animadversione: madosos hujusmodi indices Divo Thomæ tribui omnes non debere, cum plures ex inscita aut oscitantia Amanuensium, Nicolajo adnotante, profecti sint. Supposita quidem, & facta nonnulla Græcorum Patrum testimonia in eo continebantur libello, quem Doctoris Angelici examini Urbanus IV. subjecerat: at hujusmodi auctoritatum minime se vadem dedit Thomas, in idque incubuit unum, ut eas quæ fidei confirmandæ conferre possent, digito monstraret, aliasque ad catholicum sensum redigeret. Cyrilli demum Alexandrini textus nonnullos, quos Libro 4. Sent. Dist. 24. & Opusculo xix. cap.3. contra impugnantes Religionem, & Opusculo I. contra errores Græcorum adhibuerat, silentio præterit, ac suppressit in Summa Theologica: quod falsitatis reprehensa, vel olsactæ indicium est, ut ipse Launojus animadvertisit in Epistola I. ad Antonium Faurum, satis eruditioni, & critico judicio Thomæ consulens.

In verbis ejus, quæ superius ex libro de *Causis* allata sunt, patet quammaxime critica diligens recensio ejusdem operis. Adnotat scilicet, a Proclo Platonico græce scriptum fuisse librum, & græce scriptum inveniri, cui titulus, *Elevatio (Elementatio, seu institutio) Theologica*: ab isto diversum esse librum, qui apud latinos inscribitur, *Liber de Causis*: hunc vero arabice scriptum fuisse, & ex arabico factam, quæ ferebatur latina translatio: ejusdemque demum arabici libri de *Causis* Auctorem dici debebere aliquem Philosophorum Arabum, qui ex Opere græco Procli ipsum decerpit. Non ita diligenter, ac vere Jacobus Echardus, tametsi criticæ artis peritissimus. In elogio Guillelmi de Morbekæ, viro huic doctissimo attribuit latinam translationem Operis, quod a Proclo Diadocho Tyrio Platonico Philosopho confectum inscribitur, *Elementatio Theologica, seu de Elementis Theologicis*. Tunc sic ait: *Cæterum cum Sanctus Thomas in suo super hunc Tractatum commentario illum testetur ex arabico versum, nec textum græcum sua ætate adhuc visum; hinc arabice peritum Morbekam supra arguebam, nam bujus versione usus est Sanctus Doctor. Minime Thomas commentarium scripsit super Tracta-*

Tractatum Procli de elementis Theologicis: at suo commentario illustravit librum, apud latinos inscriptum de *Causis*, decerptumque ex fusio Procli opere. Non ipsum præterea Procli opus in græco, adnotavit Aquinas, sed excerptum ejus: quod ait, arabice scriptum fuisse, & in græco non extare. Hinc Morbekam latinam *Institutionis Theologicae* versionem adornasse, colligitur: num etiam latine transtulerit ex arabico librum de *Causis*, non constat.

Optimæ criseos passim in Operibus ejus, majoribus, minoribusque, specimen fulgent: eaque hoc demum loco satis est recolere, quæ habentur in Opusculo XII. ad Lectorem Vesontiensem, ubi Historolas quæ cerebantur, critico examine rejiciendas jubet: easque prudentissime Concionatores admonet, ne coram palamque evulgent e suggestu, cum tanta suppetat copia prædicandi ea quæ sunt/certissimæ veritatis. nostram lege Dissertationem XVIII. Capite IIII.

C A P U T V.

Diligentia Aquinatis in exponendis Sacris Scripturis, ac interpretationum soliditas. Simonii, & Erasmi judicium.

I. **L**evia sunt hæc specimen eruditio[n]is, qua pér eam tempestate[m] pollebat Aquinas. Eruditio[n]em solidiorem, sanius ingenium, summamq[ue] diligentiam laudavit Erasmus in iis, quos in libros Novi, & Veteris Testamenti elucubravit commentarios. Genuinos fœtus ejus vindicavimus expositiones, quæ prostant, in *Librum Job*, in priores *Quinquaginta Psalmos*, in *Canticum Canticorum*, in *Isajam Prophetam*, in *Jeremiam ejusque Threnos*, in *Evangelium Matthæi & Joannis*, cum Catena, seu *Opere Continuo in quatuor Evangelia*, in *Epistolas Sancti Pauli*, aliasque Sacrae Scripturae particulas. Opera sunt, proprio S. Thomæ stylo & calamo scripta pleraque, aliqua *Reportata*, ut ajunt, post ipsum e suggestu dictantem. Hæc animo pacato, & mente lucida legisse nunquam oportet Casimirum Oudinum, qui viros narium emunctarum inducit, apud quos vel nullam, vel modicam eruditio[n]em ex lectione operam Thomæ hauriri creditur.

Hanc sibi methodum servandam præfixit Thomas, ut Scripturam Scriptura exponeat, variantibus frequentius adductis lectionibus, quæ vel ex hebraica veritate proficiuntur, vel ex græca τὸν 70. versione, vel ex ipso textu græco, vel ex antiquissimis codicibus latinis: quas diligentissime ad examen vocat, rejicit alias, adprobat alias. Si quæ videntur in divinis eloquiis antilogizæ, conciliat omnes: & obscura quæque loca clariore textu illustrat. Nullam præterit, quam vetusti Scriptores difficultatem proposuerint: neque ulla magni momenti prostat in commentariis Recentiorum, quam non præoccupaverit. Heterodoxorum commenta pro data occasione profligat, dogmata confirmat fidei christianæ, moresque hominum sapientissime informat. Nihil dictum, quod in ejus Commentariis proprio experimento non deprehendas.

Stylo utitur, & artificio ea ætate frequentissimo *Divisionum*, & *Subdivisionum*: Scripturæque sanctæ verba, & commata explanans, emergentes si quæ sunt, inserit difficultates ac solvit: ad aliaque tum procedit, quæ sequuntur, exponenda commata. At individuum, Divi Thomæ proprium, sic effulget ejuscemodi artificium, grave, solidum, didacticum, ut ex eo criterium defumi queat, ad ejus germana Commentaria discernenda abs spuriis, suppositisque.

In Dissertatione III. lato sermone egimus de ratione ab Aquinate adhibita, veterem paginam interpretandi, quam posterioris ætatis Interpretes peritiores sequuti sunt. Nihil aliud in Prophetis videre volunt recutiti Commentatores, nisi fax gentis eventus, ac historias: geminum sensum in omnibus, aut fere omnibus vaticiniis distinguunt inter Christianos nonnulli judaizantes, historicum alterum, alterumque allegoricum, vim sive dubio

dubio invictæ probationis detrahentes egregiis a tota christianitate celebratis de Christo, deque ejus divinitate, ac missione testimoniis: ac demum allegorico sensu plus justo inharent alii, omnia ad Jesum Christum immediate referentes. Felicissime Thomas distinxit *Prophetias*, & *vaticinia* proprie dicta, quibus proxime & nullo medio prænuntiantur, quæ ad Messiam Jesum Christum pertinent, ejusque ad Ecclesiam: itemque *figuras*, ac *typos*, quorum alii proxime sunt in factis, aut personis, præsentibus vel futuris ipsius veteris Testamenti; & alii Davidem quidem v. g. aut Salomonem, aut alium quemvis adumbrant oblique, improprie, obscure, & quasi per vim, cum recto & plano sensu in Christum ferantur. Egregia consule Opera, quæ hac de re elucubravit Huetius, Bossuetus, Balthus, Calmetus, ac inter Heterodoxos Marchius, Vitrinaga, aliquique plures. Hanc viam tamen regiam, & tutam suis in Commentariis Thomas aperuit.

II. De operibus id genus ab Aquinate confectis liberrime judicium fert Ricardus Simonius in Historia Critica Interpretum Novi Testamenti: cogiturque vel invitus satiri, *Catenam auream*, & *Expositionem in Epistolas Apostoli Pauli*, dignos esse Aquinate fætus, in quibus plurima eruditio fulget: Sanctissimumque Doctorem legisse multa, veterum commentationes præcipuas haud ignorasse ullas, queve sumit argumenta pertractanda exhaustire. Censuras inurit alias, ineptas nempe, & iniquas, ut alibi ostendimus. Elogio suo, quod jam attulimus, Thomam Aquinatem exornat Erasmus in Caput I. ad Romanos: simulque pro acriore, quo pollebat ingenio, Doctorem Angelicum inducit, *ceu Proteum quempiam semet in omnia versantem*, si qua possit elabi in eis verborum Apostoli interpretatione, quibus Jesus Christus dicitur *prædestinatus Filius Dei*. Thomæ enarrationem diligentiore nos opera expendimus: nullusque dubito, in id omnes consensuros, accuratissimi Scripturarum interpretis partes omnes explesse Aquinatem, qui *variantes lectiones* assert, Veterum Patrum recenset commentarios, & expedit: Interpretum sequioris ætatis ad examen vocat sententias, ac certiores denique, S. Augustini menti utique consonam, feligit, & vindicat.

Neque solum Scripturarum peritia, qua valebat Aquinas, fulget in Commentariis: aptissimis interpretationibus cætera plena sunt omnia Opera ejus Theologica. Laborem censuit utilissimum David Lensant Galius, Conventus nostri Compendiensis alumnus, qui tot in Operibus dispersas colligeret expositiones: collectaque complexus est sex Voluminibus, quorum tria in Vetus Testamentum prodierunt Parisiis in 4. apud Joannem Henault 1657. & alia servantur Manuscripta.

C A P U T VI.

Opera Sancti Thomæ Theologica perperam, ac falso scatere dicuntur locis Topicis:
Topicorum notio duplex. Perperam etiam inutiles futileisque tradu-
cuntur quæstiones plurime pertractatae. Ut ea pertractarentur,
præsto erant Veterum exempla, & rationes gravissimæ.

I. **O**pera succedunt Theologica, quorum pretium, ac præstantiam ut imminuant, nullum non movent lapidem adversi Censores. Oudini verba sunt: *Scholastici trutinam*, & *garrulitatem unicam* sciebat, ea etate omnibus scholasticis communem, & facilem: unde nullum ipsius hac in parte meritum agnoscit potest, cum tunc temporis tonsoribus etiam cognita esset. Censuram accipe Auctoris Historiæ Criticæ Philosophiæ: Cum artem Topicam Aristotelis didicisset, & differendi solertia pollereret, lectiones edere caput in Magistrum Sententiarum . . . Integrum Theologie corpus composuit, in quo inanes, & supervacaneæ quæstiones locum eripiunt utilibus, & necessariis. Bruckerum denique audiamus: *Methodum Saracenicæ peripæticam promovit . . . Cum more Arabinum subtilissimas quæstiones, & ambiguas de Divinis disputationes annexeret, perspicuum inde est, Scholastica Philosophia vicia non sustulisse, sed auxisse.*

Nz

Næ impudentissimas censuras. In eas lata videtur censura Anonymi Scriptoris, qui vitorum Theologizæ examen instituit: „*Summa Theologica*, inquiens, Sancti Thomæ, „(quam inter cætera ejus Opera adducit in exemplum,) dignum laude opus „est In Secunda parte Secundæ differit de Virtutibus Theologicis, deque „Moralibus, iisque de argumentis omnibus quæ sunt affinia & connexa. Quæstionum „numerus definitus est, inutilibus prætermisssis: quæve agitantur, nexus invicem ha- „bent: neque ad alteram fit gradus, nisi priore dilucide exposita, & solide dirempta. „Inutiles fortasse moroso Censori videbuntur quæstiones, in quibus agitur de *Habiti- bus*, deque *Voluntario* & *involuntario*, singularumque virtutum definitiones ad exa- „men vocantur, idque genus subtilitates expenduntur. At præsto est responsio, ad „accuratiorem rerum pertractionem pertinere hujusmodi quæstiones: easque superva- „caneas iis dumtaxat videri posse, qui easdem per se se sumptas inspiciunt, ac procul „ab eo tempore dissitas, quo Thomas munere suo pro virili defungi non poterat, „quoniam pugnam institueret adversum multiplices opiniones, quas garruli & subtiliores „ejus ævi Scholastici vulgaverant. Hinc fuitiles, & supervacaneæ modo videntur di- „scæptiones, quæ etate illa non absque emolumento agitandæ fuerant.“ Validæ „funt, quas pro æquitate vindicias agit Anonymus.

Censuræ partem illam severiore examine discutio, quæ Theologica Thomæ opera, veluti scatentia locis topicis præstat, ad contentionem ducendam comparatis: Dialecticæ partem innoit Censor, quam Aristoteles amplexus est octo Topicorum libris. Latius pater *Dialectica*, quam *Topica*. Regit illa mentis operationes, ac præcepta tradit definitionum, partitionum, argumentationum: loca vero quædam communia profert *Topica*, ad probabiliter syllogizandum de problematibus omnium scientiarum in utramque partem. Silvestram Maurum consule Proœmio in octo libros Topicorum. Hauc artem contentiosam Censor si velit ab Aquinate in opera sua Theologica inventam, toto errat ostio, seque deridendum propinat. Quæstiones excitat ille plurimas, quas ipsum argumentum rei de qua agitur suppeditat, quæve circumferebantur aut veterum, aut recentium Scriptorum opinione exposcebant: rationum etiam momenta versat, quæ in utramque partem afferebantur, aut afferri posse pro suo noverat ingenii acumine. In ipsa vero differendi solertia, aut contentione sicut numquam: positas dirimit quæstiones, & propria, quæ dicuntur loca Theologica, ad easdem dirimendas adhibet. Philosophicas doctrinas ad inserviendum nobiliori Theologizæ advocat: scriptoresque petulantes refellit, sive qui hæresim procuderant contra fidei dogmata, sive qui Philosophiam adhibent, ut fidem christianam labefactent.

Hæc passim ab Aquinate servatur methodus: qui cum copiosior & nervosior esset, non solum aut rationi aut auctoritati confidit, sed omni modo argumentatur, & accurate ex omni loco differit, testimoniisque si nul ac rationibus conquifitis disputat, ut verissime observatum a Melchiorre Cano legimus Libro XII. Capite xi. Quo vero auctoritas, quo etiam loco habenda esset ratio in re Theologica, optime. noverat ille: unde in *Summa* adversum *Gentes* Theologia negotiorum confecit ratione, quia *Scriptura* testimonia apud eas vel secundo, vel nullo etiam loco sunt: at in *Summa Theologiae* auctoritas fere rationi præparat hominem, ratio deinceps ad intellectum cognitionemque perducit. Qua diversa utique methodo, eadem licet de re differens, contra Manichæos, & contra Pelagianos, usus est Augustinus. Quantum vero denique cuique tribuendum sit quæstioni, pro munere absolutissimi Theologi, intelligendum præbet Aquinas in objectionibus, quæ primo loco instruuntur, & in argumentis Prolusoriis quæ sequiorem tenent locum: quod præfertim in *Operibus Disputationis* copiose, & diligentissime fecit; neque enim ipsa veritas satis elucere in disputatione potest; nisi ex utraque parte facta sit causarum comparatio.

Num vero *Topicam* late sumptam pro *Dialectica*, omnemque differendi solertiæ in Agelico Doctore reprehendat Censor Anonymus? Quod si Theologica facultas omni de

debeat artis dialecticæ præsidio destitui, perinde fuerit ac ipsam evertere Theologicam facultatem. Neque enim propriis disciplinæ suæ principiis uti, neque fidei dogmata decenter exponere, neque tueri eadem adversum Heterodoxos valet Theologus, qui sit Dialecticæ rudis: a qua scilicet dividendi, definiendi, ratiocinandi modus accipitur, atque via ostenditur quemadmodum hostium artes, & fallaciæ diluendæ sint, ac ex-sufflandæ. *Topicam* priorem, quæ communes differendi locos conlectatur, ac in solo consistit litigandi, aut propugnandi utrumlibet officio, si quispiam Aquinati attribuat, aut ejus opera salutavit nunquam, aut sano capite caret. Ad peritiam ejus pertinet *Topicam* altera: cujus est, quid ex quoque consequens sit, & consentaneum videre, ut ait Petavius: separare disjuncta, copulata jungere, dividere, definire, ratiocinari, ac viam & ordinem cum discendi, tum docendi præscribere. Quæ utique omnia, certa & necessaria sunt instrumenta doctrine: quibus destituti in varios incident errores, nec euns quem sibi proposuerunt laboris & industria cursum, atque exitum tenent. Hac de re differentem egregie Virum gravissimum consule in Prolegomenis in Opus Theologicum Capite IV. num. x. & seqq.

II. Pars altera Censuræ inanes plures, & supervacaneas questiones notat, quæ in operibus Thomæ numerum excedant utilium & proficuarum. Instaurari puto veterem cantilenam Erasmi, qui inter Enarrationes in Caput I. epistolæ I. ad Timotheum longam texit disputationum seriem, quas futilis, & absonas, ac pene impias vocat. Cur gravissimas apologias adornatas dissimulas, quæ conflatam Scholasticæ Theologiae invidiā procul arcent? „Quorsum enim, (inquietabat Erasmus) attinet decertare, quot modis accipiatur peccatum: privatio dumtaxat sit, an macula inhærens animæ? Hoc potius agat Theologus, ut omnes horreant oderintque peccatum. Totis seculis disputamus, an gratia qua Deus nos diligit ac trahit, & qua illum vicissim diligimus, eadem sit gratia: an sit aliquid creatum, an increatum? Illud potius agamus puris precibus, innocentia vitæ, piis factis, ut eo munere nos dignetur Deus. Digladiamur sine fine, quid distinguat Patrem a Filio, & utrumque a Spirito Sancto, res, an relatio: & qui constat, tres dici, quorum nullus sit qui aliis, cum sint una essentia? Quanto magis ad rem pertinet hoc modis omnibus agere, ut ternionem illum, cuius majestatem scrutari fas non est, pie sancteque colamus, & adoremus.“

Hanc ille querimoniam longissime dicit: tum plurimas alias id genus disputationes accumulat. V. g. „an possit Deus actu infinitum secundum omnem dimensionem producere. An potuerit hunc mundum, etiam ab æterno, meliorem facere, quam fecit. An possit producere hominem, qui peccare nullo modo queat. An revelare possit alicui suum futurum peccatum, aut damnationem. An possit Deus aliquo prædicamento contineri. An potestas creandi possit communicari creaturæ. An quælibet persona divina possit quamlibet naturam assumere, quo modo Verbum humanam assumpsit. An tres personæ possint simul eamdem naturam assumere. An Deus assumperit individuum humanum, an speciem. An in mente divina sint omnium rerum ideæ: & illæ practicæ ne sint, an speculativæ. An numerus personarum in divinis pertineat ad substantiam, an relationem. An per relationem distinguantur, & constituantur. An Pater producat Filium, & Spiritum Sanctum, ratione intellec-tus, an voluntatis. Item an ratione essentiaz, an attributi; naturaliter, an libere. An Spiritus Sanctus procedens a Patre & Filio, ab uno principio proficiuntur, an a duobus &c. “ Hæc Erasmus. Quæstionem aliam, haud ineptam, addiderim ego: utrum tutor transiliverit ultra crepidam?

Prostant hujusmodi disceptationes, similesque in Operibus Divi Thomæ. Futilis tibi, ac supervacaneæ, ac pene impiaæ videntur: at certe futilis ea ratio est, qua primum Erasmus utitur ad subtilium id genus disceptationum elevandum. „Nam improbat, (verba sunt Petavii in Prolegom. Capite V.) quia satius sit bene innocenterque vivere, quam acute talia tractare: Deum pie religioseque colere, quam de ejus na-

„tu-

„ tura , personis , ac proprietatibus anxie quærere . Quis hoc negat ? At ut ille præferendus sit doctrinæ studiis morum vitæque cultus ; non tamen damnanda vitioque vertenda ista sunt , sed suum quoque tempus ac locum laudabiliter occupant Ac si sana esset argumentatio hæc , liceret idem de omni artium & doctrinarum genere concludere . Etenim cui nonistarum vel perfectissimæ , minima laus virtutis antecellit ? Vides , ad quæ monstra ratiocinatio ista dimanet ; si quod intendit , in uno illi genere concessum fuerit . “

III. At illud disceptationum , quarum series texitur , genus irridens Erasmus , & Symmictæ . Irrideant oportet antiquos etiam Patres , Athanasium , Basilium , Epiphanius , ambos Gregorios , Cyrillum , Theodoretum , Maximum Martyrem : Nemesium , Hilarium , Ambrosium , Augustinum , Hieronymum , Fulgentium , cæteros omnes , qui multum accurateque quæstiones ad invidiam traductas pertractarunt . Agunt illi quippe *de Natura* , *de Hypostasi* , *de Persona* , *de Essentia* , *de Relatione* , *de agendi principio* , *de Substantia* , *de Accidentibus* , ut mysteria divinitus revelata pro modulo mentis humanae exponant , Trinitatem personarum , Verbi Dei Incarnationem , realem in Eucharistia præsentiam , ac similia .

Utilitati haud quidem modicæ , quam sobria ac prudens parit hujusmodi quæstionum pertractatio , necessitatis causam addiderunt cavillationes Heterodoxorum , qui sicuti in Ecclesiam novas quæstiones intulerunt ; ita non aliter repelli ab orthodoxis potuerunt , nisi novarum quæstionum enodatione . Quid ego commemorem , quæ seculo quinto mota sunt dissidia de *Ousia* , & *Hypostasi* ? Sabelliana , & Ariana commenta fecere , ut subtilius pertractaretur *de Essentia* , *de Persona* , *de Relatione* . Apollinarem , Nestorium , Eutychetem , Monophysitas , Monothelitas perdomare quis potuisset , nisi diligentissime versatus in disputationibus , quæ *Naturam* spectant , *Individuum* , *suppositum* , *compositionem multiplicem* , *facultates activas* , *ipsasque actiones* , & *principium quo agitur* , & illud quod agit ? Ad enucleandas , quas Iconomachi difficultates moverunt , negaverit nemo maxime conferre , si accuratius in imaginibus id secernatur *quod res est* , & *quod est representatio* , seu *absolutum* & *relativum* ; ac religiosi cultus distinguantur gradus , virtutes adsignentur unde quilibet proficiscitur , objecta in quæ tendunt , finis ultimus in quo sistent . Addo motam a Græcis item *de processione Spiritus Sancti* , quam dirimere , & explanare quis unquam valeat , qui *multiplex agendi principium* non discernat , *verbum mentis* ignoret & *impulsum voluntatis* , modosque illos loquendi apud veteres Patres , & *Filio* , & *per Filium* , subiectasque hisce vocibus notiones apprime non calleat ?

Seculo Ecclesiæ Christianæ undecimo , & in sequente , ac ipsius Thomæ ætate , singulares & absconi de rebus divinis , & ad fidem Christianam pertinentibus , opinandi modi inventi fuerant , ac vulgabantur : quos ab Aquinate præteriri debuisse , ne subtilioribus quæstionibus Theologiam oneraret , imperitissimum judicium foret . Pauca profero , quæ sequuntur exempla , ut multiplicium quæ a Theologis versantur , origo quæstionum innoscat . Roscelinus Compendiensis Clericus tres in divinis res distinguebat ab invicem separatas , sicut sunt tres Angeli : ideoque unitatem naturæ divine , ajebat Abbas Joachimus , veram & propriam non esse , sed quasi collectivam & similitudinariam . Hinc vero quæstiones enatae , de una vel multiplici re in divinis : an rejicienda tres forent , an aliquo sensu adprobanda . Error invaluerat Petri Abælardi , quod ea solummodo possit Deus facere , vel eo modo tantum , vel eo tempore , quo facit & non alio . Qua data occasione , disceptari accuratius coepit est de Omnipotentia Dei , de meliori mundo possibili , deque his affinibus argumentis .

Ætate Hugonis de S. Victore , dixere quidam apud ipsum , caritatem semel habitam amitti non posse : ac Petrus Abælardus vifus est caritatem , qua nos Deum diligimus & proximum , non distinguere a Spiritu Sancto . Hinc prodierunt quæstiones , quæ caritatis naturam investigant , habitum distinguunt & astuti , ac utriusque principium adsi-

gnant .

d

gnant. Gualterus de Mauritania dictionem hanc vulgaverat Parisiis, *Homo assumptus est Deus*: aliique asserebant, *Deum assumpisse hominem*. Qua de re accuratis ut per tractaretur, pluribus disceptatum de notione subjecta voci, *homo*: num species, num individuum, num persona, num suppositum a persona quodammodo distinctum. Gilbertus Porretanus *relationes in divinis assistentes* dixerat, & *extrinsecus affixas*: garriebatque circa distinctionis modum inter naturam divinam & personas, ipsamque naturam & ejus attributa. Invectas difficultates dirimi satis apte non posse creditum est, nisi pariter multiplici inventa distinctione, reali, virtuali, formali, penes implicitum & explicitum, & si qui sunt alii apud Scholæ Magistros distinctionum modi.

Guillelmus Præpositus, Parisiensis Ecclesiæ Cancellarius, in questionem vocaverat, *an proprietates divinarum personarum sint Deus*: quam nemo diligenter discutiat, quia nomina concreta & abstracta discernat, propriamque vim significandi definiat. Quid vero Almarici de Bena, Davidis de Dinando, & Averrois insanos errores commemorare opus est? Inquiebat primus: *omnia sunt unum, quia quidquid est, Deus est*. Alter ipsum Deum adserebat materiam primam, usquequaque fusam in omni verum natura. Tertius, *anima spirituali & immortali sublata, unus obtrudebat omnium hominum intellectum*, quem Agentem vocabat, separatum, eternum, increatum. Ex hisce fontibus innumeri prodierunt errores; quos ut profligarent Catholici & sapientes ejus quæ Magistri, novas excitare quæstiones debuere.

Pro munere suo diligentissime in id genus disceptationibus versatus est Divus Thomas. Inanes illas, ac vanas, & supervacaneas putant morosi Censores: qui nempe eas per se sumptas inspiciunt, ut ait Auctor Examinis vitiorum Theologiarum, ac procul diffitas ab eo tempore, quo Thomas Theologi partes haud explesset orationes, quin pugnam insitueret adversum multiplices opiniones, quas garruli & subtiliores ejus evide Scholastici, ac fidei Christianæ etiam hostes vulgaverant. Quamquam & illud cum laudato Scriptore addendum est, ad accuratiorem rerum pertractionem pertinere hujusmodi quæstiones; ut si qui sunt eorum ignari, non absolute & egregie docti, sed levis armaturæ Theologi habeantur.

C A P U T VII.

Aristotelis varia fortuna in Academia Parisensi. Sancti Thomæ consilium in usu Philosophia Peripatetica: ut Stagirite nempe auctoritatem ac doctrinam iis eriperet, qui eadem abutebantur adversum fidei dogmata.

I. **I**D attamen fecisse Aquinatem more Arabum, qui subtilissimis quæstionibus operam dabant, judicium est Bruckeri. Calumniam augere pergit: Recte imputari Thomæ censemus, inquiens, quod eam methodum Saracenico peripateticam promoverit: & in Academia Parisensi, ubi semper hactenus fuerant, qui Peripateticismum odio prosequentur, vulgaverit & introducerit. Methodum arguis subtilissimas agitandi quæstiones; hanc appellas Saracenico-peripateticam, e libris Aristotelis, & ex Arabum commentariis deductam, eoque nomine Thomæ laudes imminuis? Contemnas igitur oportet veteres omnes Patres, qui subtile habuere quæstiones, quarum nonnulla exempla dedimus, sive ad refellendos Heterodoxos necessarias, sive plurimum utiles ad absolutam rerum tractationem.

Quid? quod in Academia Parisensi hisce disceptationibus ante Aquinateum scatabant Theologia: quas vel a Magistris paullo curiosioribus, vel etiam a suspectis hominibus non secundum regulam fidei inventas, cur suis in Operibus intactas præterire debuerit S. Thomas? Aristotelis libri in latinum translati jam legebantur, Averrois commentatoris & Arabum scripta vulgata erant: ac utriusque, Philosophi, & Commentatoris, auctoritate obtrudebantur commenta, quæ fidei Christianæ repugnabant. Validum afferte

ferre non potuit remedium s^ep^e iterata hujusmodi librorum prohibitio, ex quibus tot errores prodire suspicio erat: unde consilium captum est, ut Philosophi doctrina penitus introspiceretur; infita vitia, ut evitarentur, nota fierent; elimanarentur illa, quæ Arabes Commentatores adjecterant: ipsiusque Aristotelis auctoritas iis omnibus eripetur, qui maxime illa abutebantur.

Quod ajo, certis monumentis confirmandum est. Hæc Launojus colligit in singulari libro de varia Aristotelis in Academia Parisiensis fortuna. Initio seculi tertii decimi jam opera Philosophi legebantur Parisiis: ejusque auctoritate insana, & impia commenta spargebantur. Ad annum 1210. hæc habet Rigordus De gestis Philippi Augusti: „, Le„, gebantur Parisiis libelli quidam, ab Aristotele ut dicebantur compositi, qui docebant „, Metaphysicam, delati de novo a Constantinopoli, & a græco in latinum translati. „, Qui quoniā non solum prædictæ hæresi, (quam Almaricus de Bena, Territorii „, Carnotensis villa, vulgaverat,) sententiis subtilibus occasionem præbebant, imo & „, aliis nondum inventis præbere poterant; jussi sunt omnes comburi, & sub poena „, excommunicationis cautum est in eodem Concilio (Parisiensi,) ne quis de cætero „, eos scribere, & legere præsumeret, vel quocumque modo haberet.“ Animadverte, subtilibus sententiis, quæ in Aristotelis Metaphysica legebantur, datam petulantibus Academicis ansam, ut errores vulgarent.

Memorati Concilii Parisiensis, quod Petrus de Corbelio Episcopus coegerat, verba refero, quæ habentur apud Martene Tomo IV. Thesauri Anecdotorum: *Corpus Magistri Amaurici extrahatur e cimiterio, & projectatur in terram non benedictam. Quaternuli Magistri David de Dinant, (cuius errorem insanum superius indicavimus,) comburantur. Nec libri Aristotelis de Naturali Philosophia (Metaphysicam memorat Rigordus) nec Commenta legantur Parisiis publice, vel secreto. Questionem agit Bruckerus Tomo III. Periodo II. Parte II. Libro II. Capite IIII. Sect. I. §. 4. & 5. num Almarici, & Davidis de Dinando, & Roscelini, & aliorum putidissimi errores, ex Aristotelis Philosophia prodierint? Ajentibus non admodum favet: quamquam posuisse illam ad eos errores incrustandos conferre non repugnat; utpote quæ præcisionibus mentalibus, inquiens, & abstractionibus Metaphysicis eo tempore valde occupata erat. Ineptam quis non videat rationem? Sumptum vero Davidis de Dinando errorem, sumptosque similes alios ex Parmenide, & Anaxagora, aliisque vetustis Philosophis, adnotat Doctor Thomas 2. Sent. Dist. xvii. Q. 1. Art. 1.*

Scholas Parisienses meliorem in ordinem rededit Robertus Curthonensis, Innocentius Papæ III. legatus: modumque docendi his verbis tradidit circa annum Domini 1215. Quod legant libros Aristotelis de Dialectica . . . Non legantur libri Aristotelis de Metaphysica, & de Naturali Philosophia, nec Summa de eisdem, aut de doctrina Magistri David de Dinant, aut Almerici Heretici, aut Mauricii Hispani. Synodi Provincialis Parisiensis decretum confirmatum habes: quod postea Gregorius IX. temperasse videtur in Litteris ad Magistros & Scholares Parisienses anno 1231. datis: *Libris illis Naturalibus, qui in Concilio Provinciali ex certa scientia prohibiti fuere Parisiis, non utantur quousque examinati fuerint, & ab omni suspicione errorum purgati. Sub idem tempus in ea florebat Academia Simon Tornacensis: qui dum nimis in suis Scriptis Aristotelem sequitur, (verba sunt Henrici de Gandavo De Script. Eccl. cap. 24.) a nonnullis modernis hæreseos arguitur. Hinc Launojus colligit, fuisse Parisiis non paucos Magistros, & Scholares, qui Synodi Provincialis, & Gregorii IX. decreta insuper habentes, Peripateticam colerent Philosophiam. Cur ergo ejus doctrinæ promotorem Aquinatem facit Bruckerus? Ejus etiam Philosophi auctoritate contra fidem abutebantur petulantes Academicci: vitio illam purgavit omni Thomas.*

II. Pergit Launojus narrare: „, Albertum Magnum & Thomam Aquinatem ejus discipulum in Aristotelis libros commentaria edidisse. Sed edidisse, (inquit) cum libri recens damnati essent Parisiis, & a Gregorio vetitum ne quis eos ante legeret;

„ quam essent emendati , permirum videri potest Ego interim hanc in partem „ interpretor , vel quod Albertus & Thomas alibi , quam Lutetiae commentaria hæc „ scriperint , seque a Parisiensis Concilii decreto , & ab imposita per Gregorium no- „ num Parisiensi Academiz lege , immunes crediderint : vel quod cum Lutetiae com- „ mentarentur , Concilii decretum , Gregoriique legem penitus ignoraverint . Non sum „ quidem nescius , Doctores illos potuisse ab Apostolica Sede legendi Aristotelem , com- „ mentandique veniam querere : sed quod quisiverint , invenire me nusquam memini- „ bi . „ Bruckerus loco cit . §. VIII. eam adprobare videtur Launojanæ excusationis partem ; quod Albertus in Germania , & Aquinas in Italia suis Aristotelis commen- „ tariis exposuerint : quibus in regionibus Aristotelicam Philosophiam non prohibuerat Pon- „ sifex , sed in sola Gallia , satis ut Parisiensium querelis faceret de innumeris erroribus , & hæreticis pravitatis , ex eadem Philosophia (ut clamabant) obortis . Conjecturam firmare videtur Epistola LXIX. apud Petrum de Vineis Libro III. qua conitat : cu- „ ravisse Fridericum II. Imperatorem , ut opera Aristotelis ex græco , & ex Arabico in latinum transurrentur , Italici absque dubio in Academicis legenda .

Partem alteram excusationis , quæ ducitur ex venia , Alberto & Thomæ facta a Sede Apostolica , adserit Thomas Campanella apud Launojum loco citato , adprobat Carolus Duplessis Dargentre Tomo I. judiciorum de Novis erroribus ad Annum 1210. ac firmat ipse Bruckerus Sect. II. fide advocata Ptolomæi Lucensis . Is vero Libro XXII. Hist. Eccel. Capite xxiv. sic ait : *Tunc Frater Thomas redit de Parisiis ex certis causis , & ad petitionem Urbani IV. (anno circiter 1261.) multa fecit , & scripsit . Unum fuit , quod exposuit Evangelia sub miro testu diversorum Doctorum . . . Isto autem tempore Thomas tenens studium Romæ , quasi totam Philosophiam , sive Moralem , sive Naturalem exposuit , & in scriptum sive commentum redegit : sed præcipue Ethicam , & Metaphysicam quodam singulari , & novo modo tradendi Officium etiam de Corpo Christi fecit ex mandato Urbani : quod est secundum , quod fecit ad petitionem Urbani . Animadverte 1. Thomam Aquinatem , mandante Summo Pontifice , elucubrasse plura . 2. Inter hæc præcipue memorari Opera duo , veluti peculiari mandato injuncta , Expositionem scilicet continuam in quatuor Evangelia , & Officium de Corpo Christi . 3. Editos etiam , suadente , aut consentiente , aut permittente Urbano , videri Com- mentarios in Aristotelis Ethicam , Metaphysicam , & Philosophiam Naturalem . 4. Hæc eadem demum Opera ab Aquinate in Italia confecta fuisse , aut saltem inchoata .*

Atqui vero , dum operam suam in libris Aristotelis commentario illustrans collo- cat S. Thomas , non aliud ipsi consilium infederat , nisi quod antea propositum a Gre- gorio nono scimus : ut ejusdem Philosophi libri diligenter examinarentur , & ab omni suspitione erroris purgarentur . Aptissimi erant Albertus Magnus , ac Thomas Aquinas , qui ad hanc capessendam provinciam deligerentur . Plurimum emolumenta sperandum erat : quod scilicet , Philosophi autoritate vanis & petulantibus Academicis erepta , tot errorum ansa , qui sub eo vulgabantur obtenu , præcideretur omnis . Hinc vero contra Averroem , cuius Commentaria plurimi aestimabantur , agendum erat : ac nova Philosophi operum accuratio latina versio curanda , ut genuina mens ejus innotesceret , ac doctrina . Utrumque ab Aquinate egregie præstitum est , certissimum perhibente te- stimonium , quod superius allatum est , Guillelmo de Tocco in Vita Capite IV. num. 19.

C A P U T VIII.

*Utraque Theologia, Revelata, ac Naturalis, in Operibus S. Thomæ consociata.
Utriusque munera egregie ab eodem exposita. Itemque diligentissime expleta.*

I. Optimi consilii metam transgressum esse Aquinatem, censura est Bruckeri. An-
gelici Doctoris acumen laudis præconio celebrat in eo, quod absurdis Aver-
roisticis commentis opposuit Opus: non tamen inde sequitur, (inquit,) Philosophia
Arabica methodum evitasse. Et cum ea, in *Philosophia ad Theologiam applicanda*, me-
thodo uteatur, ut consensu Patrum & Scriptura quidem quæsito, eo vero ex rationibus
Metaphysicis, & testimoniis *Philosophorum Gentilium* confirmato, magnum doctrinae sa-
cre præsidium in *Philosophia Aristotelica* poneres, moreque *Arabum* subtilissimas que-
stiones, & ambiguis de *Divinis disputationes* annexeret: perspicuum inde est, Scho-
loſtice *Philosophia* vitia non sustulisse, sed auxisse. Hæc alia præmisserat verba: Im-
modicus Peripatetica *Philosophia* amor Virum hunc, superstitione obsequio *Philosopho* ad-
dictum, seduxit, ut *Theologia* vulneribus, quæ preposta *Philosophia* commixtio infli-
xerat, nova adderet vulnera: sicque sacram doctrinam vere faceret *Philosophicam*, imo
gentilem.

Non legisse opera Thomæ, vel certe methodum in eisdem servatam non animadvertisse,
videtur Bruckerus. Tribui *Theologia* dèbet in eam, quæ *Revelata* dicitur, & in *Natu-
ralem*. Versatur ista circa divinas veritates, quæ nativo rationis lumine innoscere
possunt: eamque præcipuam, & præstantiorem illius *Philosophia* partem faciunt, quæ
Metaphysica appellatur. Versatur altera circa divinas illas veritates, quæ naturæ lumen
excedunt, neque unquam hominibus innotuissent, nisi libero divinæ voluntatis placito
revelata fuissent, ac supernaturali fide creduntur. Quamquam animadvertendum est,
quemadmodum divina revelatio non arcana solum fidei hominibus patefecit, sed prioris
etiam generis veritates tuto monstravit: ita *Revelatam Theologiam* ad istas quoque
illustrandas, & vindicandas operam conferre. Hanc divinam revelationem, quæ *Verbum
Dei* appellatur, veteris ac novi Testamenti libri, ac germanæ traditiones complectun-
tur. Hinc vero *Scripturis*, & traditionibus, veluti propriis principiis, divinas verita-
tes, quas Deo placuit revelare, tradit, exponit, tuetur *Theologia Revelata*: & si quæ
sunt difficultates, quæ circa germanum *scripturarum* sensum emergant, illum ample-
ctendum esse præscribit, quem definierit legitimus *scripturarum* interpres, & contro-
versiarum judex, in Ecclesia constitutus. Notis lumine naturæ principiis ntititur *Theolo-
gia Naturalis* in illis dirimendis quæstionibus, quæ circa genus alterum divinarum ve-
ritatum versantur: ipsorumque *Philosophorum* testimonia, & auctoritatem adsumit ad
eas confirmandas.

In operibus Thomæ utraque *Theologia* consociata munere fungitur: ac utriusque
generis quæstiones centur, in quibus divinæ res explanantur, ac impia sive hæ-
reticorum hominum, sive *Philosophorum* commenta refelluntur. Bruckero si credimus,
vix in Operibus Thomæ *Theologia Revelata* conspicienda se præbet: doctrina passim
traditur, tota *Philosophica*, imo *Gentilis*: in ipsis etiam quæstionibus, quæ mysteria
fidei spectant, magnum præsidium in *Philosophia Aristotelis* collocatur. Næ putidam
calumniam. Hanc ipse amolitur omnem, dum fateri cogit: Aquinatem in *Theolo-
gica* id genus disputatione *Sanctorum Patrum*, & *Scripturarum consensum* quæsivisse.

II. Sui ipsius vindicias agat validissimas Thomas. Propria ipse, ac germana *Theo-
logia* revelata principia adsignat: quantum ab hac scientia distent humanæ disciplinæ,
scitissime docet: docetque modum, quo usus earum evadere & divinæ fidei, & *Reve-
lata* *Theologia* proficuus & utilis possit. Aurea sunt verba, quæ habentur I. p. Q. i.
Art. viii. ad 2. „ Dicendum, quod argumentari ex auctoritate est maxime proprium
„ hujus

„ hujus doctrinæ: eo quod *principia* hujus doctrinæ per *Revelationem* habentur; & sic
 „ oportet, quod credamus auctoritati eorum, quibus *revelatio facta* est. Nec hoc de-
 „ roget dignitati hujus doctrinæ: nam licet locus ab auctoritate, quæ fundatur super
 „ ratione humana, sit infirmissimus; locus tamen ab auctoritate, quæ fundatur super
 „ *revelatione divina*, est efficacissimus. “ Paucis collecta verbis amplissima dissertatio
 proponitur de eo, quod est proprium *Theologiae Revelatae* munus.

At fieri tamen potest, ut eadem *Theologia* rationes humanas, et *Philosophorum*
testimonia adhibeat, modo dignati suæ congruo, ac methodo consilio suo permaxime
 proficia. Rem ille pergit edifferere: „ Utitur tamen, inquiens, *Sacra Doctrina* etiam
 „ ratione humana: non quidem ad probandam fidem, quia per hoc tolleretur meritum
 „ fidei, (neque rursum humana ratio tam alius adsurgere valet:) sed ad manifestan-
 „ dum aliqua alia, quæ traduntur in hac doctrina, (sive sint divinae veritates nativo
 „ lumini pervia, sive sint vocum notiones, et opposita argumenta ab hostibus fidei ex
 „ humanæ rationis penu deprompta.) Et inde est, quod etiam auctoritatibus *Phi-
 „ losophorum* sacra *Doctrina* utitur, ubi per rationem naturalem cognoscere veritatem
 „ potuerunt. Sicut Apostolus Paulus Act. 17. inducit verbum Arati, dicens: *Sicut O-*
 „ *quidam Poetarum vestrorum dixerunt, Genus Dei sumus. Sed tamen sacra Doctrina*
 „ *hujusmodi auctoritatibus utitur, quasi extraneis argumentis, & probabilibus.* “ Spi-
 „ cula acutissima sunt postrema hæc verba, quæ Bruckerum confundunt, calumniam intro-
 „ gantem: acsi Thomas *quesitum Scripturarum, & Patrum consensum*, (quæ sunt pro-
 „ pria *Theologiae* argumenta,) voluerit rationibus *Metaphysicis, & Philosophorum testi-
 „ moniis confirmare, magnum Sacra doctrina presidium in Philosophia Aristotelis ponens.*

Theologi partes absolutissimi declarat omnes Theologus Thomas in *Summa contra Gentes* Capite ix. *Sapientis intentio*, inquit, *circa duplarem veritatem divinorum* debet versari, & circa errores contrarios destruendos. Tria igitur sunt optimi Theologi munia: circa veritates divinas, quæ innoscere lumine naturali possunt: circa genus alterum veritatum, quæ naturæ lumen superant, ac mysteria fidei dicuntur: circa errores oppositos, sive quos Pagani excogitarunt, sive quos Heterodoxi homines commenti sunt. Ad *Naturalem Theologiam* spectat, veritates primi generis illustrare, oppositosque convellere errores: negotium est *Theologiae Revelatae*, veritates alias exponere, easque adversum Heterodoxorum impetus vindicare.

Quibus utraque *Theologia* principiis uti debeat, quænam argumenta efformate, ut satis muneri utriusque fiat, docet ibidem Aquinas: „ *Ad prima* igitur *veritatis*, (quæ naturæ lumini pervia est,) *manifestationem per rationes demonstrativas*, „ quibus ad-
 „ versarius convinci possit, procedendum est. Sed quia tales rationes ad secundam ve-
 „ ritatem manifestandam, (quæ lumen naturæ excedit,) haberi non possunt; non debet
 „ esse ad hoc intentio, ut adversarius rationibus convincatur; sed ut ejus rationes, quas
 „ contra veritatem habet, solvantur, cum veritati fidei ratio naturalis contraria esse non
 „ possit. Singularis vero modus convincendi adversarium contra hujusmodi veritatem est
 „ ex auctoritate *Scripturae*, divinitus confirmata miraculis: quæ enim supra humanam
 „ rationem sunt, non credimus, nisi Deo revelante. Sunt tamen ad hujusmodi verita-
 „ tem manifestandam rationes aliquæ verisimiles inducendæ, ad fidelium quidem exer-
 „ citium et solatium, non autem ad convincendos adversarios: quia ipsa rationum insufficiencia eos magis in suo errore confirmaret, dum estimarent nos propter tam
 „ debiles rationes virtuti fidei consentire. Modo ergo posito procedere intendentess,
 „ primum nitemur ad *manifestationem illius veritatis*, quam fides profitetur, & ratio
 „ investigat: inducendo rationes *demonstrativas* et *probabiles*, quarum quasdam ex
 „ Libris *Philosophorum*, et *Sanctorum collegiis*, per quas veritas confirmetur, et
 „ adversarius convincatur. Deinde ut a *manifestioribus* nobis ad mihi manifesta fiat
 „ processus, ad *illius veritatis* *manifestationem* procedemus, quæ rationem excedit: sol-
 „ ventes rationes *adversariorum*, & *rationibus probabilibus*, et *auctoritatibus*, (quan-
 „ tum

„ tum Dens dederit) veritatem fidei declarantes . “

III. Quæ utriusque Theologiaz munera sapientissime explanat , numeris omnibus explevit Aquinas , non alio , & alio in Operæ , sed in omnibus & singulis quæ plurima scripsit , pro data quæditionum occasione . Hinc modo fidei divinæ veritates vindicat , modo divinas veritates lumini naturali pervias exponit ; utraque scilicet Theologia , Revelata ; & Naturali , suis in Operibus consociata . Theologiam Thomæ Philosophicam si dicas , qua parte de veritatibus divinis agit , quas ratione humana adsequi possumus , non abnuimus : at eamdem , cum supremas alias contemplatur veritates , Philosophicam traducere , inscita est : eamque præterea Gentilem vocare , enormis calumnia .

Genuinam , quam locis citatis proponit ipse , tradendi Theologiam revelatam , egestie servat methodum . Dogmata scilicet vindicat auctoritate Scripturarum , Patrum consensu , decretis Ecclesiæ : ac hisce præfidiis munitus hæreses omnes , quotquot adversus fidem Christianam ab Heterodoxis hominibus excogitatæ fuerunt , validissime insequitor : injectosque convellit innumeros errores , quibus doctrinam catholicam , scoli , vani , maleferiati Academicci deturpaverant . Neque veruta solummodo impia commenta ab Aquinate profigata fuisse : verum etiam quæ post ejus ætatem exorta sunt , ferme omnia præoccupata , suis in Elucidationibus in Summam Theologicam ostendit Seraphinus Capponi a Porrecta . Hæc ne fuerit Theologia Philosophica , imo Gentilis ?

Pro ea quidem brevitate , quam sibi Sanctissimus Doctor præfixit , latiores non agit dogmaticas , & polemicas disceptationes : neque latiores Tractatus elucubravit de Sectarum auctoribus , sectarumque incrementis , & fatis , & exitio : neque Scripturarum textus , quotquot adduci poterant , accumulavit omnes : neque demum testimonia recentia singulorum Ecclesiæ Patrum , qui fidei Christianæ dogmata per succendentia secula testati sunt : Hæreses attamen , & hæresum Auctores memorat : impia commenta quæque paucis quidem , sed peremptoriis divinæ revelationis monumentis refellit : traditionemque perennem Ecclesiæ patefacit , vel Conciliorum Generalium definitionibus inducit , vel unius aut pauciorum Patrum allegata auctoritate , qui cum in Ecclesia christiana floruerint doctrinæ peritia , ac munera splendore , fatis essent ad perhibendum de totius Ecclesiæ consensu testimonium . Quod ajo , vel oculorum experimento verissimum comperiat , quisquis opera Thomæ recludat , evolvat , perlegat .

C A P U T IX.

Rationes humanas , & Philosophorum auctoritates adhibet Thomas , multiplici ratione permotus . Aristotelicam Philosophiam nititur conciliare cum Catholica Religione .

Quæ præcipua profert Philosophica documenta , facillime vario ac multiplici Philosophorum Sistematici aptari possunt .

I. **N**ondum fortasse sileant Adversarii . Ipsa , inquit , opera Thomæ , quæ nos evolvenda indicimus , diligentius perlustrentur : utique pars maxima , velimus nolimus , in humanis rationibus , in Philosophorum dictis , in doctrina Aristotelis insummitur . Opulentissimam Philosophicam suppellectilem haud ego negaverim in Operibus Thomæ : at simul ipsum partes omnes Theologie Revelata explesse , fatearis tu oportet ; cum propria & germana principia ejus , cum opus fuit , prætermiserit numquam , scripturarum scilicet auctoritatem , traditionem Patrum , & Ecclesiæ Decreta . Id sane ab Aquinate præstitum , Censor & accusator Theologiaz inficiari non potuit Bruckers , ultro consentiens : in Theologica disceptatione passim quæsitus fuisse a Thoma Scripturarum , & Patrum consensum . Cur vero humanas rationes , & Philosophorum documenta non adhibuerisset ? Id genus argumenta ut usurparet , utraque exposcebat Theologia , Revelata , & Naturalis , alio tamen , & alio modo .

Primam hujuscem consilii causam ipse edidicerit Thomas i. p. Q. i. Art. viii . Utitur , in-

inquiens, *Sacra Doctrina* etiam ratione humana: non quidem ad probandam fidem . . . sed ad manifestandum aliqua alia, quæ traduntur in hac *sacra doctrina*; & inde est; quod etiam auctoritatibus *Philosophorum Sacra doctrina* utitur. Ipsa nempe revelata dogmata, aut myst eria fidei notionibus quibusdam implicita ac vestita proponuntur credenda: quas plurim uia illustrare valet ratio naturalis. Hujusmodi sunt *Substantia*, *Essentia*, *Subsistencia*, *Persona*, *Absolutum* & *Relativum*, *Natura*, *Suppositum*, *Individuum*, *Actio*, *Passio*, *agendi Principium*, *Accidentia*, *Species*, *Habitus*, *Facultates anime*, & *energia*, *Liberum arbitrium*, *Intellectus*, *Voluntas*, *Judicia*, *Idea*, *Amores affectusque animi*, *Spontaneum*, *Voluntarium*, *Necessarium*, *contingens*, *indifferentia*, & alia id genus innumera. Inferioribus humanis disciplinis, ac *Philosophorum* documentis utitur *Theologia*, voces hujusmodi ut rite exponat; remque subjectam recte definiat: quod nisi diligentius præstaret, neque errores inventos satis convelleret, neque ab omniis præcaveret.

Causa altera ex eo *Theologiaz* munere proficiscitur, quod circa *errores contrarios destruendos* & circa *rationes*, que contra veritatem opponuntur solvendas, versatur. Religionis hostes, cujusmodi fuere Pagani, adversus christianam fidem sola naturalis, imo carnalis sapientiaz arma vertebant: quin etiam Hæreticis familiare id est, ut Scripturæ verbis more suo depravatis, aut perperam intellectis commenta misceant humanæ rationis, ut traditam a majoribus fidem a simplicioribus eradicent. Hinc sapientis *Theologi* consilium quidem esse non potest, ut circa secundam veritatem, quæ nature lumen excedit, *adversarium rationibus* convincat: sed ut ejus rationes, (verba sunt Doctoris Thomæ,) quas contra veritatem habet, solvat; cum veritati fidei ratio naturalis contraria esse non possit. Mirum ergo esse non debet, si locum amplissimum inter disceptationes *Theologicas* obtinere valeat humana ratio, *Philosophicis* disciplinis, & *Philosophorum* documentis munita, ut obices contra fidem ex ipsa ratione humana opositi felicius removeantur, ac nihil esse in rebus ad credendum propositis lucide innoscatur, quod credibile non sit, acsi rationis humanæ luminis repugnaret.

Neque præterea *Revelatam Theologiam* dedecet, ad ipsam *veritatem*, quæ rationem excedit, quodammodo *manifestandam*, *rationes aliquas verisimiles* inducere: quæ tertia rei, qua de agimus, causa est. Fidei namque severitatem quidni mitiget accommodata ad mentis nostræ captum rationum verisimilium facilitas, ut velut mellis cuiusdam suavitate inducti homines, ad salutarem fidei amaritatem perpotandam, gustandamque illificantur? Jam vides latissimum rationis humanæ usum, ipsumque laudabilem in *Sacra doctrina*. Cur ergo hanc partem suis in Operibus ab Aquinate expletam accuses, calumnieris, rejicias?

Animadverte, *rationes* hujusmodi, quæ ad veritates revelatas quodammodo manifestandas inducuntur, vocari ab Aquinate locis citatis *verisimiles*, *probabiles*, *debiles*, *insufficientes*, *extraneas*, non ad *convincendum* adhibitas, sed ad *fidelium exercitium* & *solarium*. Calumniam ergo impudentissime Bruckerus interrogavit, qui Thomæ *Theologiam* notare ausus est, veluti totam *Philosophicam*, imo *Gentilem*: in qua *Scripturarum* & *Patrum consensus rationibus Metaphysicis* & *Philosophorum testimoniosis* confirmetur, magnumque ponatur *Sacra doctrina* *præsidium* in *Aristotelis Philosophia*. Enormem calumniam alia profligant luculentissima Thomæ verba in Caput 1. Epistolæ 1. ad Corinth. Læctione 111. „Aliud est, inquietis, docere in sapientia verbi, quocumque modo intelligatur: & aliud uti sapientia verbi in docendo. Ille in sapientia verbi docet, qui sapientiam verbi accipit pro principali radice sua doctrina: ita scilicet quod ea solum approbet quæ verbi sapientiam continent, reprobat autem ea, quæ sapientiam verbi non habent. Et hoc est fidei corruptrivm. Sed uitur Sapientia verbi, qui *suppositis* vera fidei fundamendis, si qua vera in doctrinis Philosophorum inveniat, in obsequium fidei assumit.“ Innumeræ sunt id genus præcepta in Operibüs Thomæ.

Postremam causam suppeditat illa *Theologie*. *Naturalis consociatio cum Revelata*, quæ in Operibus Thomæ maxime apparet. Divinas veritates, quæ ad eamdem pertinent *Theologiam naturalem*, indicat Aquinas Libro I. contra *Gentes* Cap. iii. Quædam sunt, inquiens, *divina*, ad qua etiam ratio *naturalis* pertingere potest: sicut *O' Deum esse*, *Deum esse unum*, *O' alia hujusmodi*, qua etiam *Philosophi demonstrative de Deo probaverunt*, duchi *naturali lumine rationis*. Latissimus patet campus, in quo exspatiari debuit sublime ingenium Thomæ, usu factio rationis humanæ, & Philosophicarum disciplinarum. Huc enim spectant *Supremi Numinis existentia*, ejusque attributa, *Simplicitas*, *Perfectio*, *Bonitas*, *Infinitas*, *Immensitas*, *Immutabilitas*, *Aeternitas*, *Unitas*, *Scientia*, *Veritas*, *Voluntas*, *Liberias*, *Providentia*, *Justitia*, *Misericordia*, *Omnipotentia*, *Creatio*, *rerumque spiritualium O' corporearum gubernatio*. Hæc omnia ut illustraret, luculentiora collegit, quæ sapientiores Gentium Philosophi tradiderant documenta: additique ipse pro sui acumine ingenii egregia argumenta: oppositosque errores, quos homines impii, naturæ lumine abutentes, invexerunt, omnigena eruditione refellit. Hac ratione si Philosophica dixeris, & humanis rationibus et testimoniis Philosophorum scatentia Divi Thomæ Opera, qua scilicet parte *Theologiam naturalem* complectuntur; nihil est quod ipsi verti vitio debeat, cum potius id nisi egisset, absolutissimi Theologi partes omnes non explesset.

Ob easdem haec tenus allatas causas, Philosophicis documentis abundat pars altera *Summa Theologica*, ubi de moribus hominum, deque virtutibus ac vitiis differitur. Agit Aquinas pro suo præcipuo munere de peculiaribus moribus illis, quos christiana Religio exposcit, ac informant Fides, Spes, Caritas, ceteraque supernaturales virtutes, ac sublima dona Spiritus Sancti: simul vero *Ethica Philosophia* traditur omnis, quæ juris naturæ principiis innititur. Acumen ingenii, quod hac in parte fulget, et soliditatem eruditionis commendant vel ipsi Scriptores, qui peculiari minime ferebantur studio erga Thomam. Ipse Bruckerus ait: *Id facile concedimus, si respiciatur ad alios Scholasticos, qui in argomento Morali aridus plerumque, O' exsangues ediderunt Tractatus*. Critici Anonymi repetenda verba sunt, quæ in Examine vitiorum Theologiae habentur. Differit Thomas de virtutibus Theologalibus, deque Moralibus, ac iis de argumentis, que sunt. affinia O' connexa. Questionum numerus definitus est, inutilibus pretestimiss: queve agitantur, nexus invicem habent quæstiones, neque ad alteram sit gradus, nisi priore dilucide exposita, ac solide diremptra. Benjamino Maurerio, Regis Galliarum Legato, lectionem Thome Aquinatis suadebat Grotius in Secunda parte *Secundæ partis*, ubi hominum officia pertractantur.


II. Vitio saltem Aquinati nostro tribui debet, (postrema est Bruckeri censuræ pars:) quod dum Aristotelem unice sequi constituit, mancipii instar servire Stagirites coactus est, O' veritatem quoque illi Tyranno servire coegit: O' ne malum hoc solum esset, immodicus Philosophie Peripatetica amor virum hunc seduxit, ut Theologiae vulneribus, quæ præpostera Philosophia commixtio infixerat, nova adderet vulnera. Thomæ consilium dissimulat iniquus Censor, methodum ab eo-servatam ignorat, neque Thomæ opera salutis videtur.

Imo prudentissimum ejus consilium fuit, ut validum remedium afferret, quo vulnera, quæ christianæ Religioni præpostera doctrinæ Aristotelicæ interpretatione infligebantur, curaret. Stagyritæ autoritate ævo illo convellere dogmata fidei nitebantur vani homines, investiisque absurdis opinacionibus Theologicas disceptationes foedabant. Neque compriimi eorum audacia, ac impietas poterat latis in plurimas theses censuris, neque ipsorum Aristotelis operum proscriptione. Aquinatis ergo consilium fuit, ut Peripatetica documenta, nova operum latina versione meliore curata, penitus expenderentur, vanisque hominibus Philosophi authoritas, cui plurimum fidebant, si fieri quidem posset, eriperetur. Res cessit auspicatissime. Factum nempe, ut quæ vitia in operibus Philosophi evitanda fuerant, lucide cuique innotescerent: quæve per se in-

noxia ab ipso traduntur documenta , ab inquis interpretationibus discreta forent : ipsaque demum Philosophia , quæ Religioni ac fidei inimica credebatur , usibus & obsequiis Fidei et Religionis , quanta quanta est , addiceretur . Hæc vero maxima ratio , quæ Thomam impulit , ut suis Theologicis in Operibus Aristotelicam Philosophiam frequentius adhiberet .

III. Neque tamen sese *instar mancipii* eidem Philosophiæ addixit . Si qua sunt apud Stoicos , & Academicos , ceterosque Philosophos , de rebus divinis , deque officiis hominum , consona rectæ rationi documenta , adhibet ea , & illustrat . Ipsa Philosophiæ Peripateticæ principia ita solent ab Aquinate proponi , ut Stagyritæ præjudiciis depurari facili negotio queant , ac Philosophico systemati quod placuerit , accommodari : quod a me proprio experimento frequentissime compertum , aliisque sine dubio diligenteribus peritioribusque comperiendum .

Sed *Ontologica* demum , quibus abundant opera Thomæ , principia , documenta , ratiocinia , ex ipso rectæ rationis penu desumuntur , quæ peritis doctisqæ Sectæ cujusque Philosophis communia sunt . Rem hanc viderunt , atque passim animadvertendam proponunt God. Guillelmus Leibnizius , & Christianus Wolfius . Divi Thomæ laudes passim occurrunt in hujuscce Viri Philosophicis operibus : *Divus Thomas* inquietis , *pro eo* , quo pollebat , acumine probat : *Divus Thomas* *pro eo* , quod ipsi erat , acumine recte monuit : probavit Leibnizius acumen *Divi Thoma* : *Divus Thomas* unum ab altero distinguit acumine singulari , quo pollebat , in perlustrandis notionibus confusis . Innumeratas pene hujusmodi laudum formulas legere cuique licet . Hæc vero fatis mihi , Aquinatem Magistrum , ejusque Opera , ac doctrinam , & eruditionem sin minus pro meritis ejus , pro mea certe virili vindicanti .



INDEX

QUÆSTIONUM, ET ARTICULORUM

Quæ in hoc Secundo Volumine continentur

SEGUNDÆ SECUNDÆ PARTIS

SUMMAE THEOLOGICAE.

QUÆSTIO XLVII.

De prudentia secundum se.

- 1 *utrum prudentia sit in voluntate, vel in ratione.*
- 2 *utrum, si est in ratione, sit in practica tantum, vel etiam in speculatoria.*
- 3 *utrum sit cognoscitiva singularium.*
- 4 *utrum sit virtus.*
- 5 *utrum sit virius specialis.*
- 6 *utrum prestitus finem virtutibus moralibus.*
- 7 *utrum constituat medium in eis.*
- 8 *utrum præcipere sit proprius actus ejus.*
- 9 *utrum sollicitudo vel vigilancia pertineat ad prudentiam.*
- 10 *utrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.*
- 11 *utrum prudentia que est respectu proprii boni, sit eadem specie cum ea que se extendit ad bonum commune.*
- 12 *utrum prudentia sit in subditis, an solum in principiis.*
- 13 *utrum inveniatur in malis.*
- 14 *utrum inveniatur in omnibus bonis.*
- 15 *utrum insit nobis a natura.*
- 16 *utrum perdatur per oblivionem.*

QUÆSTIO XLVIII.

De prudentia quantum ad partes suas in generali.

Quæ sunt partes prudentie,

QUÆSTIO XLIX.

De singulis prudentiæ partibus quasi integralibus.

- 1 *de memoria, utrum sit pars prudentia.*
- 2 *de intellectu, vel intelligentia, utrum sit pars prudentie.*
- 3 *de docilitate, utrum sit pars prudentie.*
- 4 *de solerteria, utrum sit pars prudentie.*
- 5 *utrum ratio sit pars prudentie.*
- 6 *utrum providentia sit pars prudentie.*
- 7 *utrum circumspetio sit pars prudentie.*
- 8 *utrum cautio sit pars prudentie.*

QUÆSTIO L.

De speciebus prudentiæ, quæ sunt ad multitudinem.

- 1 *utrum legis positiva debeatponi species prudentie.*
- 2 *utrum politica sit pars prudentie.*
- 3 *utrum æconomica.*
- 4 *utrum militaris.*

QUÆSTIO LI.

De prudentia quantum ad virtutes ei adjunctas, quæ sunt partes quasi potentiales.

- 1 *utrum eubulia sit virtus.*
- 2 *utrum sit specialis virtus a prudentia distincta.*
- 3 *utrum synesis sit specialis virtus.*
- 4 *utrum gnome sit specialis virtus.*

QUESTIO LII.

De dono consilii, quod responderet prudentiae.

- 1 *utrum consilium debeat ponni inter separam dona Spiritus sancti.*
- 2 *utrum donum consilii respondeat virtuti prudentiae.*
- 3 *utrum donum consilii maneat in patria.*
- 4 *utrum quinta beatitudo, que est, Beati misericordes, respondeat dono consilii.*

QUESTIO LIII.

De vitiis oppositis prudentiae, & primo de imprudentia.

- 1 *utrum imprudentia sit peccatum.*
- 2 *utrum sit speciale peccatum.*
- 3 *utrum precipitatio, seu temeritas sit peccatum sub imprudentia contentum.*
- 4 *utrum inconfidervatio sit speciale peccatum sub imprudentia contentum.*
- 5 *utrum inconstans sit vitium sub imprudentia contentum.*
- 6 *utrumibusmodi vicia oriuntur ex luxuria.*

QUESTIO LIV.

De negligentia.

- 1 *utrum negligentia sit peccatum speciale.*
- 2 *utrum negligentia opponatur prudentiae.*
- 3 *utrum negligentia sit peccatum mortale.*

QUESTIO LV.

De vitiis oppositis prudentiae, quae habent similitudinem cum prudentia.

- 1 *utrum prudenter carnis sit peccatum.*
- 2 *utrum sit peccatum mortale.*
- 3 *utrum astutia sit peccatum speciale.*
- 4 *utrum dolus sit peccatum ad astutiam pertinens.*
- 5 *utrum fraus ad astutiam pertineat.*
- 6 *utrum solicitude temporalium rerum sit licita.*
- 7 *utrum sit licitum quod aliquis sit solicitus in futurum.*
- 8 *utrum prædicta vicia oriuntur ex avaritia.*

QUESTIO LVI.

De preceptis pertinentibus ad prudentiam.

- 1 *utrum de prudentia fuerit dandum aliquod preceptum inter precepta Decalogi.*
- 2 *utrum in veteri lege fuerint convenienter posita precepta prohibitoria de vitiis oppositis prudentiae.*

QUESTIO LVII.

De justitia, & primo de jure.

- 1 *utrum jus sit objectum justitiae.*
- 2 *utrum jus convenienter dividatur in jus naturale, & j. positivum.*
- 3 *utrum jus gentium sit idem quod jus naturale.*
- 4 *utrum jus dominativum, & jus paternum debeant distingui.*

QUESTIO LVIII.

De justitia.

- 1 *quid sit justitia.*
- 2 *utrum justitia semper sit ad alterum.*
- 3 *utrum justitia semper sit virtus.*
- 4 *utrum sit in voluntate sicut in subiecto.*
- 5 *utrum sit virtus generalis.*
- 6 *utrum, secundum quod est virtus generalis, sit idem in essentia cum omni virtute.*
- 7 *utrum sit aliqua justitia particularis.*
- 8 *utrum justitia particularis habeat proprium materium.*
- 9 *utrum sit circa passiones, vel circa operationes tantum.*
- 10 *utrum medium justitiae sit medium rei.*
- 11 *utrum actus justitiae sit reddere unicuique quod suum est.*
- 12 *utrum justitia sit principia inter omnes virtutes morales.*

QUESTIO LIX.

De injustitia.

- 1 *utrum injustitia sit speciale vitium.*
- 2 *utrum injusta agere sit proprium injusti.*
- 3 *utrum aliquis possit injustum pati volens.*
- 4 *utrum injustitia ex suo genere sit peccatum mortale.*

QUESTIO LX.

QUESTIO LX.

De judicio.

- 1 utrum iudicium sit actus iustitiae.
- 2 utrum sit licitum iudicare.
- 3 utrum iudicandum sit per suspiciones.
- 4 utrum dubia sint in meliorem partem interpretanda.
- 5 utrum iudicium sit semper secundum leges scriptas proferendum.
- 6 utrum iudicium per usurpationem perversatur.

QUESTIO LXI.

De partibus iustitiae, & primo de partibus subjectivis, quæ sunt species iustitiae, scilicet commutativa, & distributiva.

- 1 utrum distributiva, & commutativa sint duæ species iustitiae.
- 2 utrum eodem modo in eis medium accipiatur.
- 3 utrum sit earum uniformis vel multiplex materia.
- 4 utrum secundum aliquam earum specierum iustum sit idem quod contrappassum.

QUESTIO LXII.

De restitutione, quæ est actus commutativæ iustitiae.

- 1 utrum restitutio sit actus commutativæ iustitiae.
- 2 utrum sit necessarium ad salutem omne ablatum restituiri.
- 3 utrum oporteat illud multiplicatum restituere.
- 4 utrum oporteat restituiri quod quis non abstulit.
- 5 utrum oporteat restituiri ei a quo acceptum est.
- 6 utrum oporteat restituere eum qui accepit.
- 7 utrum aliquem alium.
- 8 utrum sit statim restituendum.

QUESTIO LXIII.

De vitiis oppositis predictis iustitiae partibus, & primo de acceptance personarum, quæ opponitur iustitiae distributivæ.

- 1 utrum personarum acceptio sit peccatum.
- 2 utrum habeat locum in dispensatione spiritualium.
- 3 utrum habeat locum in exhibitione honoris.
- 4 utrum habeat locum in iudicis.

QUESTIO LXIV.

De vitiis oppositis commutativæ iustitiae, & primo de homicidio, per quod infertur nocumentum proximo in persona.

- 1 utrum occidere animalia bruta, vel etiam plantas, sit peccatum.
- 2 utrum occidere peccatorem sit licitum.
- 3 utrum hoc licet privata persona, vel solum publica.
- 4 utrum hoc licet clerico.
- 5 utrum licet alicui occidere seipsum.
- 6 utrum licet alicui occidere hominem iustum.
- 7 utrum licet alicui occidere hominem se defendendo.
- 8 utrum homicidium casuale sit peccatum mortale.

QUESTIO LXV.

De injuriis in personam proximi commissis,

- 1 utrum mulolare aliquem in membro in aliquo casu sit licitum.
- 2 utrum licet parentibus verberare filios, & dominis servos.
- 3 utrum licet aliquem hominem incarcere.
- 4 utrum aggraveretur peccatum ex hoc quod prædictæ injurie inferuntur in personas aliis coniunctas.

QUESTIO LXVI.

De furto, per quod infertur nocumentum proximo in rebus.

- 1 utrum possessio exteriorum rerum sit homini naturalis.
- 2 utrum licitum sit quod aliquis rem aliquam possideat quasi propriam.
- 3 utrum furum sit occulta acceptio rei alienæ.
- 4 utrum rapina sit peccatum specie differens a furto.
- 5 utrum omne furum sit peccatum.
- 6 utrum furum sit peccatum mortale.
- 7 utrum licet furari in necessitate.
- 8 utrum omnis rapina sit peccatum mortale.
- 9 utrum rapina sit gravius peccatum quam furum.

QUESTIO LXVII.

De iustitia judicis in judicando.

- 1 utrum aliquis possit iuste iudicare eum qui

XXXVIII INDEX QUEST. & ARTIC.

- 1 non est sibi subditus.
- 2 utrum licet iudici sententiam ferre contra veritatem, quam novit, propter ea quae sibi proponuntur.
- 3 utrum iudex possit aliquem condemnare non accusatum.
- 4 utrum possit licite paenam relaxare.

QUESTIO LXVIII.

De his quæ pertinent ad justam accusationem.

- 1 utrum homo accusare teneatur.
- 2 utrum accusatio facienda sit in scriptis.
- 3 quomodo accusatio sit vicia.
- 4 qualiter male accusantes sine puniendo.

QUESTIO LXIX.

De iniustitia ex parte rei, sive accusati in sua defensione.

- 1 utrum peccet quis mortaliter negando veritatem, per quam condemnaretur.
- 2 utrum licet alicui calumniose se defendere.
- 3 utrum licet alicui iudicium subterfugere appellando.
- 4 utrum licet alicui damnato per violentiam se defendere, si ad sit facultas.

QUESTIO LXX.

De iniustitia ex parte testis in testificando.

- 1 utrum homo teneatur ad testimonium ferdum.
- 2 utrum duorum, vel trium testimonium sufficiat.
- 3 utrum alicujus testimonium repellatur absque ejus culpa.
- 4 utrum perhibere falsum testimonium sit peccatum mortale.

QUESTIO LXXI.

De iniustitia, quæ sit in iudicio ex parte advocatorum.

- 1 utrum advocatus teneatur præstare patrocinium cause pauperum.
- 2 utrum aliqui debeant arceri ab officio advocationi.
- 3 utrum advocatus peccet iniustam causam defendendo.

- 4 utrum peccet pecuniam accipiendo pro suo patrocinio.

QUESTIO LXXII.

De iniuriis verborum, quæ sunt extra iudicium. Et primo de contumelia.

- 1 quid sit contumelia.
- 2 utrum omnis contumelia sit peccatum mortale.
- 3 utrum oporteat contumeliosos reprimere.
- 4 de origine contumelie.

QUESTIO LXXIII.

De detractione.

- 1 quid sit detractione.
- 2 utrum detractione sit peccatum mortale.
- 3 de comparatione ejus ad alia peccata.
- 4 utrum peccet aliquis audiendo detractionem.

QUESTIO LXXIV.

De susurratione.

- 1 utrum susurratio sit peccatum distinctum e detractione.
- 2 quod horum sit gravius.

QUESTIO LXXV.

De derisione.

- 1 utrum deriso sit speciale peccatum distinctum ab aliis peccatis, quibus per verba nomenclatum proximo infertur.
- 2 utrum deriso sit peccatum mortale.

QUESTIO LXXVI.

De maledictione.

- 1 utrum licite possit aliquis maledicere homini.
- 2 utrum licite possit aliquis maledicere irrationali creature.
- 3 utrum maledictio sit peccatum mortale.
- 4 de comparatione ejus ad alia peccata.

QUESTIO LXXVII.

De fraude, quæ committitur in emptiōnibus; & venditionibus.

- 1 utrum licet aliquid vendere plus quam valeat.
- 2 utrum

- 2 utrum venditio reddatur injusta, & illicita propter defectum rei venditae.
- 3 utrum venditor teneatur dicere vitium rei venditae.
- 4 utrum licet negotiando vendere aliquid plus quam sit emptum.

QUESTIO LXXVIII.

De usura.

- 1 utrum sit peccatum accipere usuram pro pecunia mutuata.
- 2 utrum licet pro eodem quamcumque commoditatem accipere.
- 3 utrum aliquis teneatur restituere id quod de pecunia usuraria justo lucro lucratus est.
- 4 utrum licet mutuo accipere pecuniam sub usura.

QUESTIO LXXIX.

De duabus partibus quasi integralibus justitiae, quæ sunt facere bonum, & declinare a malo.

- 1 utrum duo predicta sint partes justitiae.
- 2 utrum transgressio sit speciale peccatum.
- 3 utrum omissione sit speciale peccatum.
- 4 de comparatione omissionis ad transgressionem.

QUESTIO LXXX.

De partibus potentialibus justitiae, scilicet de virtutibus annexis.

Quæ virtutes justitiae annexantur.

QUESTIO LXXXI.

De singulis virtutibus justitiae annexis, & primo de religione secundum se.

- 1 utrum religio consistat tantum in ordine ad Deum.
- 2 utrum religio sit virtus.
- 3 utrum religio sit una virtus.
- 4 utrum religio sit specialis virtus.
- 5 utrum religio sit virtus theologica.
- 6 utrum religio sit preferenda aliis virtutibus moralibus.
- 7 utrum religio habeat exteriores actus.
- 8 utrum religio sit eadem cum sanctitate.

QUESTIO LXXXII.

De actibus interioribus religionis, & primo de devotione.

- 1 utrum devotio sit specialis actus.
- 2 utrum devotio sit actus religionis.
- 3 utrum contemplatio, seu meditatio sit causa devotionis.
- 4 utrum letitia sit devotionis effectus.

QUESTIO LXXXIII.

De oratione.

- 1 utrum oratio sit actus appetitivæ virtutis, vel cognitivæ.
- 2 utrum conviens sit orare.
- 3 utrum oratio sit actus religionis.
- 4 utrum solus Deus sit orandus.
- 5 utrum oratione sit aliquid determinate petendum.
- 6 utrum orando debeamus temporalia petere.
- 7 utrum pro aliis orare debeamus.
- 8 utrum debeamus orare pro inimicis.
- 9 de septem petitionibus orationis dominice.
- 10 utrum orare sit proprium rationalis creaturæ.
- 11 utrum sancti in patria orent pro nobis.
- 12 utrum oratio debeat esse vocalis.
- 13 utrum attentio requiratur ad orationem.
- 14 utrum oratio debeat esse diurna.
- 15 utrum oratio sit efficax ad impetrandum quod petitur.
- 16 utrum oratio sit meritaria.
- 17 de speciebus orationis.

QUESTIO LXXXIV.

De actibus exterioribus latræ, & primo de adoratione, per quam aliquis corpus suum ad Deum venerandum exhibet.

- 1 utrum adoratio sit actus latræ.
- 2 utrum adoratio importet actum interiorem, vel exteriorem.
- 3 utrum adoratio requirat determinationem loci.

QUESTIO LXXXV.

De actibus latræ, quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur, & primo de sacrificiis.

- 1 utrum offerre sacrificium Deo sit de lege naturæ.
- 2 utrum

- 2 utrum soli Deo sit sacrificium offerendum.
- 3 utrum Deo offerre sacrificium sit specialis actus virtutis.
- 4 utrum omnes teneantur ad sacrificium offerendum.

QUESTIO LXXXVI.

De oblationibus, & primitiis.

- 1 utrum aliquae oblationes sive de necessitate precepti.
- 2 quibus oblationes debeantur.
- 3 de quibus rebus oblationes fieri debeant.
- 4 utrum homines de necessitate teneantur ad oblationes primitiarum.

QUESTIO LXXXVII.

De decimis.

- 1 utrum homines teneantur ad solvendas decimas de necessitate precepti.
- 2 utrum homines teneantur de omnibus rebus decimas dare.
- 3 utrum decimae debeantur solum clericis.
- 4 utrum clericii teneantur decimas dare.

QUESTIO LXXXVIII.

De voto, per quod ex cultu latræ aliquid Deo promittitur.

- 1 quid sit voto.
- 2 quid cadat sub voto.
- 3 utrum omne votum obliget ad sui observationem.
- 4 utrum expediat aliquid vovere, & ad quid sit utile.
- 5 utrum vovere sit actus latræ, vel religionis.
- 6 utrum sit magis meritorium facere aliquid ex voto, quam sine voto.
- 7 de solemnitate voti, per quid scilicet solemnizetur.
- 8 utrum illi qui sunt subjecti postulati alter-

- 9 vius, possint vovere.
- 9 utrum pueri possint voto obligari ad religiosus ingressum.
- 10 utrum votum sit dispensabile, vel commutabile.
- 11 utrum in solemini voto continentiae possit dispensari.
- 12 utrum requiratur in dispensatione voti Superioris auctoritas.

QUESTIO LXXXIX.

De juramento, per quod assumitur nomen divinum ad verba confirmanda.

- 1 quid sit juramentum.
- 2 utrum juramentum sit licitum.
- 3 utrum justitia, judicium, & veritas sint comites juramenti.
- 4 utrum juramentum sit actus latræ.
- 5 utrum juramentum sit appetendum, & frequentandum tamquam utile, & bonum.
- 6 utrum licet jurare per creaturam.
- 7 utrum juramentum sit obligatorium.
- 8 quæ sit major obligatio, utrum juramenti, vel voti.
- 9 utrum in juramento possit dispensari.
- 10 quibus, & quando licet jurare.

QUESTIO XC.

De adjuratione, per quam assumitur nomen divinum.

- 1 utram licet adjurare homines.
- 2 utrum licet adjurare dæmones.
- 3 utrum licet adjurare irrationalis creaturas.

QUESTIO XCI.

De laude Dei.

- 1 utrum Deus sit ore laudandus.
- 2 utrum in laudibus Dei sint cantus adhibendi.

D. THO-

DOMINI THOMAS AQUINATIS DOCTORIS ANGELICI SUMMAE THEOLOGICAE

SECONDÆ SECONDÆ TOMUS SECUNDUS.

QUESTIO XLVII.

De Prudensia secundum se,

In sexdecim articulos divisa.



Onsequeenter post virtutes theologicas considerandum est circa virtutes cardinales: & primo de Prudentia secundum se; secundo de partibus ejus; tertio de dono ei correspondentे; quarto de virtutis oppositis; quinto de praeceptis ad hoc pertinentibus.

Circa primum queruntur sexdecim.

Primo, utrum prudentia sit in voluntate, vel in ratione.

Secundo, si est in ratione utrum in practica tantum, vel etiam in speculativa.

Tertio, utrum sit cognoscitiva singularium.

Quarto, utrum sit virtus.

Quinto, utrum sit virtus specialis.

Sexto, utrum praesertim finem virtutibus moralibus.

Septimo, utrum constituat medium in eis.

Octavo, utrum præcipere sit proprius actus ejus.

Nono, utrum sollicitudo, vel vigilancia pertineat ad prudentiam.

Decimo, utrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

Undecimo, utrum prudentia quæ est res pecunia boni proprii, sit eadem specie cum ea quæ se extendat ad bonum commune.

Summ. S.Th. Tom.VII.

Duodecimo, utrum prudentia sit in subdivinis, an solum in principiis.

Tertiodecimo, utrum inveniatur in malis.

Quartodecimo, utrum inveniatur in omnibus bonis.

Quintodecimo, utrum insit nobis a natura.

Sextodecimo, utrum perdatur per oblivionem.

ARTICULUS I. 258

Utrum prudentia sit in vi cognoscitiva, an in appetitiva.

I. P. quest. xxii. art. 1. ad 3. & 1. 2. quest. lxii. art. 2. cor. & quest. lxxxv. art. 3. cor. & mal. quest. iv. art. 5. ad 4. & vir. quest. v. art. 1. cor. fin.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod prudentia non sit in vi cognoscitiva, sed in vi appetitiva. Dicit enim Augustinus in Lib. de morib. Ecclesiæ (cap.xv. cir.méd.) *Prudentia est amor, ea quibus adjuvatur, ab eis quibus impeditur, sagaciter eligens.* Sed amor non est in vi cognoscitiva, sed in appetitiva. Ergo prudentia est in vi appetitiva.

2. Præterea. Sicut ex prædicta definitione apparent, ad prudentiam pertinet eligere sagaciter. Sed electio est actus appetitivæ virtutis, ut supra habitum est (1. 2. qu. xiiii, art. 1.) Ergo prudentia non est in vi cognoscitiva sed in vi appetitiva.

3. Præterea. Philolophus dicit in VI. Eth. (1) quod in arte quidem volens peccans eligibilior

A biliar

(1) Ut in antiquis cap. 4. sed in greco-latinis cap. 3. sic planius: *In arte quidem qui sponte peccat, eligibilior est vel positor (αιρετητος) minus au-*

bilior est , circa prudentiam autem minus , quemadmodum & circa virtutes . Sed virtutes morales , de quibus ibi loquitur , sunt in parte appetitiva ; ars autem in ratione . Ergo prudentia magis est in parte appetitiva quam in ratione .

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. lxxxiiii. Qq. (quæst. lx. post med.) *Prudentia est cognitio rerum appetendarum , & fugiendarum .*

Respondeo dicendum , quod , sicut Isidorus dicit in Lib. X. Etymol. (1) prudens dicitur , quasi porro videns : perspicax enim est , & incertorum prævidet casus . Visio autem non est virtutis appetitivæ , sed cognoscitivæ . Unde manifestum est quod prudentia directe pertinet ad vim cognoscitivam , non autem ad vim sensitivam , quia per eam cognoscimus solum ea quæ præsto sunt , & sensibus offenduntur .

Cognoscere autem futura ex præsentibus , vel præteritis , quod pertinet ad prudentiam , proprie rationis est : quia hoc per quamdam collationem agitur . Unde relinquitur quod prudentia proprie sit in ratione .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut supra dictum est (I. P. quæst. lxxxii. art. 4.) voluntas movet omnes potentias ad suos actus . Primus autem actus appetitivæ virtutis est amor , ut supra dictum est (i. 2. quæst. xxv. art. 1. & 2.) Sic ergo prudentia dicitur esse amor , non quidem essentialiter , sed inquantum amor movet ad actum prudentiæ . Unde & postea subdit Augustinus , quod prudentia est amor bene discernens ea quibus adjuvetur ad tendendum in Deum , ab his quibus prudentia impediri potest (2) . Dicitur autem amor discernere , inquantum movet rationem ad discernendum .

Ad secundum dicendum , quod prudens considerat ea quæ sunt procul , inquantum ordinantur ad adjuvandum , vel impediendum ea quæ sunt præstantialiter agenda . Unde patet quod ea quæ considerat prudentia , ordinantur ad alia sicut ad finem . Eorum autem quæ sunt ad finem , est consilium in ratione ,

& electio in appetitu : quorum duorum consilium magis proprie pertinet ad prudentiam , dicit enim Philosophus in VI. Eth. (3) quod prudens est bene consiliarius . Sed quia electio præsupponit consilium , est enim appetitus præconfiliati , ut dicitur in III. Eth. ideo etiam eligere potest attribui prudentiæ consequenter , inquantum scilicet electionem per consilium dirigit .

Ad tertium dicendum quod laus prudentiæ non consistit in sola consideratione , sed in applicatione ad opus , quod est finis practicæ rationis . Et ideo si in hoc defectus accidat , maxime est contrarium prudentiæ : quia sicut finis est potissimum in unoquoque ; ita & defectus qui est circa finem , est pessimus . Unde ibidem Philosophus subdit , quod prudentia non est solum cum ratione , sicut ars : habet enim , ut dictum est (hic & i. 2. quæst. lvii. art. 4.) applicationem ad opus (4) , quod fit per voluntatem .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito fuisse insinuatum a scripturis , &c. quod prudentia est in vi cognoscitiva : insinuatur vero per hoc , quod dicitur Proverbiorum nono : *Scientia Sanctorum prudentia .* Patet enim , quod scientia , est in vi cognoscitiva : unde dicere , prudentia est scientia , est aperte fateri , quod prudentia est in cognoscitiva potentia . Item per hoc , quod dicitur ab Augustino in lib. 83. quæst. prudentia est cognitio rerum appetendarum , & fugiendarum . Cum igitur hæc sit definitio prudentiæ , patet secundum Augustinum , quod essentialiter prudentia est in vi cognoscitiva . Secundo vides : quomodo , ex iis bene pensatis , & applicatis declaretur , & consolideatur angelica doctrina , præsertim &c.

AR.

(1) Seu originum lib. 10. cap. 15. in dictione *Prudens* ; quæ potius quasi *providens* per vocabuli contractionem dici possit videtur : Quamvis ipsum *providens* Boetio visum est sic vocari quod *prospiciat* porro id est procul , juxta significatum græcae vocis (προβλέπω) quam in latinum usum vertit lib. 5. de consolat. Profa 6.

(2) Vel sic proxime post prædicta : *Quare definiti- vi sic licet (inquit) ut prudentiam dicamus esse*

amorem bene discernentem ea quibus adjuvetur in Deum &c.

(3) Ut jam supra cap. 5. græco-lat. vel in antiquis 4. Ac inferius rursus cap. 8. & 15. græco-lat. vel in antiquis capite 6. 7 & 8. Appendix autem sequens non sicut prius ex cap. 3. sed ex cap. 4. græco-lat. colligitur & in antiquis cap. 6.

(4) Aliam causam reddit Philosophus , quia ejusmodi habitus oblivio esse potest , prudentiæ vero nou-

ARTICULUS II. 259

Utrum prudentia pertineat solum ad rationem practicam, an etiam ad speculativam.

1. 2. quæst. lvii. art. 3. cor. & III. dis. xxxiiii. quæst. ii. art. 4. quæst. 4.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod prudentia non solum pertineat ad rationem practicam, sed etiam ad speculativam. Dicitur enim Proverb. 10. 23. *Sapientia est viro prudentia.* Sed sapientia principalius consistit in contemplatione. Ergo & prudentia.

2. Præterea. Ambrosius dicit in I. de officiis (cap. xxiv. circ. fin.) (1) *Prudentia in veri investigatione versatur, & scientia plenioris infundit cupiditatem.* Sed hoc pertinet ad rationem speculativam. Ergo prudentia consistit etiam in ratione speculativa.

3. Præterea. In eadem parte animæ ponitur a Philosopho ars, & prudentia, ut patet in VI. Ethic. (cap. i. ad fin.) Sed ars non solum inventur practica, sed etiam speculativa, ut patet in artibus liberalibus. Ergo etiam prudentia inventur & practica, & speculativa.

Sed contra est quod Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. v.) quod *prudentia est recta ratio æxibitum* (2). Sed hoc non pertinet nisi ad rationem practicam. Ergo prudentia non est nisi in ratione practica.

Respondeo dicendum, quod, sicut Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. v. in princ.) *prudens est bene posse consiliari.* Consilium autem est de his quæ sunt per nos agenda in ordine ad finem aliquem (3).

Ratio autem eorum quæ sunt agenda propter finem, est ratio practica. Unde manifestum est quod prudentia non consistit nisi in ratione practica.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. xlvi. art. 1. & 3.) sapientia considerat causam altissimam simpliciter. Unde consideratio causa altissima in quolibet genere pertinet ad sapientiam in illo genere. In genere autem humanorum actuum causa altissima est finis communis toti vita humanæ: & hunc finem intendit prudentia: dicit enim Philosophus in VI. Ethic. (cap. v. & ix.) quod sicut ille qui ratiocinatur bene ad aliquem finem particularem, puta ad victoriam, dicitur esse prudens, non simpliciter, sed in hoc genere, scilicet in rebus bellicis; ita ille qui bene ratiocinatur ad totum bene vivere (4), dicitur prudens simpliciter. Unde manifestum est quod prudentia est sapientia in rebus humanis; non autem sapientia simpliciter, quia non est circa causam altissimam simpliciter, est enim circa bonum humanum: hoc autem non est optimum eorum quæ sunt. Et ideo signanter dicitur, quod *prudentia est sapientia viro* (5), non autem sapientia simpliciter.

Ad secundum dicendum, quod Ambrosius & etiam Tullius (Lib. II. de invent. aliquant. ante fin.) nomen prudentiarum largius sumunt pro qualibet cognitione humana tam speculativa, quam practica.

Quamvis dici possit, quod ipse actus speculativæ rationis, secundum quod est voluntarius, cadit sub electione, & consilio quantum ad suum exercitium, & per consequens cadit sub ordinatione prudentiarum; sed quantum ad suam speciem, prout comparatur ad objectum, quod est *verum necessarium*, non cadit sub consilio, nec sub prudentia.

Ad tertium dicendum, quod omnis applicatio rationis rectæ ad aliquid factibile pertinet ad artem; sed ad prudentiam non pertinet nisi applicatio rationis rectæ ad ea de quibus est consilium: & hujusmodi sunt in quibus non sunt vis determinatae pervenienti ad finem, ut dicitur in III. Ethic. (cap.

A 2 III.)

(1) Ubi proinde illam inter quatuor cardinales virtutes primo loco fuisse constitutam præmittit.

(2) Per oppositum ad artem quæ potius est *recta ratio factibilium*. Quamvis & hoc maxime ad mechanicas artes pertinet, quæ aliquod opus post se relinquunt.

(3) Ut ex eodem libro 6. & cap. 1. græco-lat. vel in antiquis cap. 6. colligi potest: Sed expressius & plenius lib. 3. cap. 5. græco-lat. vel in antiquis parvum 7. & 8. ac apud S. Thomam lect. 7. & 8.

(4) Ex græco τὸν τὸν ζῆν id est ad totam bo-

nam vitam; sive ad totam vitam bene ac ordinatae componentam.

(5) Puta ut prævideat & provideat quæ ad proprium statum vel vite sua dispositionem pertinent, ac proinde peccatum præcaveat; per oppositum ad id quod ibidem immobile præmittitur. Quasi per risum stultus operatur scelus: Unde in eum locum Beda: *Stultus est (inquit) qui gaudet in sceleri: Sapientis autem & qui tibi nomine sit dignus, est prævideret quia gaudia peccandi persona sequitur intentionis.*

III.) Quia ergo ratio speculativa quædam facit, puta syllogismum, propositionem, & alia hujusmodi, in quibus proceditur secundum certas, & determinatas vias; inde est quod respectu horum potest salvare ratio artis, non autem ratio prudentia: & ideo invenitur aliqua speculativa ars, non autem aliqua prudentia.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, & Philosopho, quod prudentia est practica, & non speculativa: insinuat autem per dictum illud 6. Ethic. prudentia est recta ratio agibilium. Per agibilia enim intelliguntur ea, quæ sunt per nos agenda, de quibus est consilium. Talia autem ad rationem practicam solum pertinent: ut in tex. ad tertium melius declaratur: item per hoc insinuantur, quod, quando de prudentia scriptura loquuntur, eam attribuunt actis, sive agibilibus hominum: ut de prudenti actione Abrahæ circa uxorem suam, *Genes. duodecimo*, *vigesimo*: pastores, *decimotertio*, filios, *vigesimotertio*. De actione Rebecca circa Jacob, *vigesimoseptimo*. Jacob circa Laban. 30. circa Elau obvium, 32. Joseph circa fratres, *quadragesimoquarto*: Jethro circa consilium Moysi datum, *Exodi decimoctavo*, &c. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS III. 260

Utrum prudentia sit cognoscitiva singularium.

Inf. art. 15. co. & quest. xl ix. art. 2. ad 1. & art. 5. ad 2. & art. 7. cor.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod prudentia non sit cognoscitiva singularium. Prudentia enim est in ratione, ut dictum est (art. 1. huj. quest.) Sed ratio est universalium, ut dicitur in I. Physic. (tex. 49.) Ergo prudentia non est cognoscitiva nisi universalium.

(1) Hinc ea Plato relinquenda volebat & in sola specie confitendum, cum eam invenisset aliquis, ut cap. 2. Ithagoras Porphyrius videre est.

(2) Eam ob causam nempe negat in juvenibus prudentiam esse perfectam posse, quia singularia per experientiam cognoscuntur, quam assequunti juvenes non sunt; cap. 9. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis.

(3) Id est circa singularia, ut ex eodem lib. Ethicorum & lib. 1. Metaphysicorum colligitur: Non

2. Præterea. Singularia sunt infinita. Sed infinita non possunt comprehendendi a ratione. (1) Ergo prudentia, quæ est ratio recta, non est singularium.

3. Præterea. Particularia per sensum cognoscuntur. Sed prudentia non est in sensu: multi enim habentes sensus exteriores perspicaces, non sunt prudentes. Ergo prudentia non est singularium.

Sed contra est quod Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. viii. circ. fin.) quod prudentia non est universalium solum, sed etiam singularia cognoscere (2).

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (artic. 1. huj. quest. ad 3.) ad prudentiam pertinet non solum consideratio rationis, sed etiam applicatio ad opus, quæ est finis practicæ rationis.

Nullus autem potest convenienter alteri aliquid applicare, nisi utrumque cognoscat, scilicet & id quod applicandum est, & id cui applicandum est. Operationes autem sunt in singularibus: (3) & ideo necesse est quod prudens & cognoscat universalia principia rationis, & cognoscat singularia, circa quæ sunt operationes.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio primo quidem & principaliter est universalium; potest tamen universales rationes ad particularia applicare. Unde syllogismorum conclusiones non solum sunt universales, sed etiam particulares, quia intellectus per quamdam reflexionem se ad materiam extendit, ut dicitur in III. de Anima (tex. 10.)

Ad secundum dicendum, quod quia infinitas singularium non potest ratione humana comprehendendi, inde est quod sunt incerte prudenter nostræ, ut dicitur Sap. ix. (4) Tamen per experientiam singularia infinita reducuntur ad aliqua finita, quæ ut in pluribus accidunt; quorum cognitio sufficit ad prudentiam humanam.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Philosophus dicit in VI. Ethic. prudentia non consistit in sensu exteriori, quo cognoscimus sensibilia propria, sed in sensu interiori, (5) qui perficitur per me-

enim homo universalis juxta exemplum ibi assignatum sanatur a medico, sed singularis tantum.

(4) Seu parum rura vel secura intelligentia nostra aut cogitationes, ex greco έπιστημής αἱ ἀρχαὶ τεχνῶν.

(5) Quali scilicet judicamus de rebus ipsis mathematicis ut vel cap. 9. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis (non ut prius 8.) indicatur.

moriā , & per experimentum ad prompte
judicandum de pārticularibus expertis ; non
tamen ita quod prudentia sit in sensu intē-
riori sicut in subiecto principali ; sed principa-
liter quidem est in ratione , per quamdam
autem applicationem pertingit ad hujusmodi
sensum .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per
rationem ostendas , merito dictum fuisse
a Philosopho sexto Ethic. quod prudentia non
est universalium solum , sed oportet etiam sin-
gularia cognoscere . Item insinuatū a scri-
pturis fuisse per hoc , quod secundo Regum
duodecimo narratur ad declarandam pruden-
tiā Nathan prophetæ , quod ipse prius pro-
posuit parabolam , quasi universale quoddam
ipso David , deinde illam applicavit ad singu-
lare peccatum ipsius . Secundo vides , quo-
modo &c.

A R T I C U L U S . IV. 261

Urum prudentia sit virtus.

*Inf. quest. lv. art. 1. ad 1. & 1. 2. quest. xxxvii.
art. 5. ad 3. & quest. lx. art. 1. cor.*

AD quartum sic proceditur . Videtur quod
prudentia non sit virtus . Dicit enim
Augustinus in I. de lib. arb. (cap. xiiii.
cir. princ.) quod prudentia est appetendarum ,
& vitandarum verum scientia . Sed scientia
contra virtutem dividitur , ut patet in Prä-
dicamentis (cap. de qualit.) Ergo prude-
tia non est virtus .

2. Præterea . Virtutis non est virtus . Sed
artis est virtus , ut Philosophus dicit in VI.
Ethic. (1) Ergo ars non est virtus . Sed in
arte est prudentia : dicitur enim II. Paral.
11. 14. de Hiram , quod sciebas celare omnem
sculpturam , & adinvenire prudenter quocunq;

A R T . III. & IV.

*que in opere necessarium est . Ergo prudentia
non est virtus .*

3. Præterea . Nulla virtus potest esse im-
moderata . Sed prudentia est immoderata ;
alioquin frustra diceretur Proverb. xxiiii. 4.
*Prudentia tua pone modum . Ergo prudentia
non est virtus .*

Sed contra est quod Gregorius in II. Mor.
(cap. xxvii. cir. princ. (2) prudentiam ,
temperantiam , fortitudinem , & justitiam di-
cit esse quatuor virtutes .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra
dictum est (i. 2. quest. lv. art. 2. & 3. &
quest. lvi. art. 1.) cam de virtutibus in
communi ageretur , virtus est que bonum
facit habentem , & opus ejus bonum reddit .
Bonum autem dici potest dupliciter : uno
modo materialiter pro eo quod est bonum ;
alio modo formaliter secundum rationem boni .
Bonum autem , in quantum hujusmodi , est ob-
jectum appetitivæ virtutis . Et ideo si qui
habitus sunt qui faciant rectam consideratio-
nem rationis , non habito respectu ad rectitu-
dinem appetitus , minus habent de ratione
virtutis , tamquam ordinantes ad bonum ma-
terialiter , idest ad id quod est bonum , non
sub ratione boni . Plus autem habent de ra-
tione virtutis habitus illi qui respiciunt re-
ctitudinem appetitus , quia respiciunt bonam
non solum materialiter , sed etiam formaliter ,
idest id quod est bonum sub ratione boni .

Ad prudentiam autem pertinet , sicut di-
ctum est (art. 1. hu. quest. ad 3. & art.
3.) applicatio rectæ rationis ad opus , quod
non fit sine appetitu recto . Et ideo pruden-
tia non solum habet rationem virtutis quam
habent aliae virtutes intellectuales ; sed etiam
habet rationem virtutis quam habent aliae
virtutes morales , quibus etiam connumeratur .

Ad primum ergo dicendum , quod Augu-
stinus ibi large accipit scientiam pro qualibet
recta ratione . (3)

Ad secundum dicendum , quod Philosophus
dicit , artis esse virtutem , quia non impor-
tat

(1) Cap. 5. græco-lat. vel in antiquis cap. 4. & apud
S. Thomam lect. 4. per oppositum ad prudentiam ,
cuius (ut ibidem subditur) non est virtus .

(2) Vel in aliis Exemplaribus cap. 36. explican-
do mystice quod Job 1. de quatuor angulis domus
dicitur : In quatuor angulis (inquit) domus ista
consistit , quia nimis solidum nostra mentis edifi-
cium prudentia , temperanza , fortitudo , justitia fu-
stinet : In quatuor angulis domus ista subsistit , quia
in bis quatuor virtutibus tota boni operis structura
consurgit : Unde & quatuor Paradisi flamina serram

irrigant , quia dum bis quatuor virtutibus cor in-
funditur (seu perfunditur) ab omni desideriorum
carnalium efflu temperatur .

(3) Sive cognitione rerum agendarum , appeten-
darum , fugiendarum : prout etiam in Scriptura ex-
tenso vocabulo sciens Sanctorum appellatur ex græ-
co γνῶνας quod simplicem cognitionem significat :
Unde paulo post Augustinus : Nulla ne hunc puta-
mus preditum esse prudentia qui bonum appetendum
& vitanda que huic inimica sunt , vides ? idest co-
gnoscit &c.

tat rectitudinem appetitus : & ideo ad hoc quod homo recte utatur arte , requiritur quod habeat virtutem , quæ faciat rectitudinem appetitus . Prudentia autem non habet locum in his quæ sunt artis ; tum quia ars ordinatur ad aliquem particularem finem , tum quia ars habet determinata media per quæ pervenitur ad finem . Dicitur tamen aliquis prudenter operari in his quæ sunt artis , per similitudinem quamdam . In quibusdam autem artibus propter incertitudinem eorum quibus pervenitur ad finem , necessarium est consilium , sicut in medicinali , & in navigatoria , ut dicitur in III. Ethic. (cap. III.)

Ad tertium dicendum , quod illud dictum Sapientis non est sic intelligendum , quod ipsa prudentia sit moderanda , sed quia secundum prudentiam est aliis modus imponendus . (1)

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito fuisse a B. Gregorio dictum , quod prudentia est virtus . Hoc autem dixit per hoc , quod prudentiam , temperantiam , fortitudinem , & justitiam , quatuor esse virtutes definivit . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS V. 262

Utrum prudentia sit virtus specialis.

III. dist. IX. quest. I. art. I. quest. 2. & dist. XXXII. quest. I. art. I. quest. 2. & quest. II. art. I. quest. 3. ad 2.

AD quintum sic proceditur . Videtur quod prudentia non sit specialis virtus . Nulla enim specialis virtus ponitur in communione virtutis : quia in II. Eth. definitur virtus *habitus electivus in mediocritate existens , determinata ratione quoad nos , prout sa-*

ART. IV. & V.

*p*iens determinabit (2) Recta autem ratio intelligitur secundum prudentiam , ut dicitur in VI. Ethic. (cap. v. a med. & cap. ult. cit. med.) Ergo prudentia non est specialis virtus .

2. Præterea . Philosophus dicit in VI. Eth. quod *virtus moralis recte facit operari finem , prudentia autem ea que sunt ad finem* . Sed in qualibet virtute sunt aliqua operanda propter finem . Ergo prudentia est in qualibet virtute : non est ergo virtus specialis .

3. Præterea . Specialis virtus habet speciale objectum . Sed prudentia non habet speciale objectum : est enim *recta ratio agibilium* ut dicitur in VI. Ethicor. (cap. v.) agibilia autem sunt omnia opera virtutum . Ergo prudentia non est specialis virtus .

Sed contra est quod condividitur , & connumeratur aliis virtutibus : dicitur enim Sap. VIII. 7. *Sobrietatem , & prudentiam docet , justitiam , & virtutem*. (3)

Respondeo dicendum , quod cum actus & habitus recipient speciem ex objectis , ut ex supradictis patet (I. 2. quest. I. art. 3. & quest. XVIII. art. 2. & quest. I. v. art. 2.) necesse est quod habitus cui respondet speciale objectum ab aliis distinctum , specialis sit habitus , & si est bonus , est specialis virtus . Speciale autem objectum dicitur , non solum secundum materiale considerationem ipsius , sed magis secundum rationem formalem , ut ex supra dictis patet (I. 2. quest. I. v. art. 2. ad 1.) Nam una & eadem res cadit sub actu diversorum habituum & etiam diversarum potentiarum , secundum rationes diversas . Major autem diversitas objecti requiritur ad diversitatem habitus ; cum plures habitus inveniantur in una potentia , ut supra dictum est (I. 2. quest. I. v. art. 1.) Diversitas ergo rationis objecti , quæ diversificat potentiam , multo magis diversificat habitum .

Sic

(1) Vel de prudentia terrena ex adjunctis intelligendum *Noli laborare ut diceris.*

(2) Ut cap. 7. in antiquis Exemplaribus vetus versio habet : Cap. autem 6. græco-lat. juxta grecum *φρόνιμος prout determinabile prudens* . Appendix autem sequens de virtute morali ex Ethic. 6. cap. 13. græco-lat. vel cap. XI. in antiquis prope finem capituli desumpta est .

(3) Id est fortitudinem juxta græcum *ἀρετὴν* quasi virilitatem ; sicut & pro temperantia sobrietas ponitur , quæ non tantum pro moderata vietis parcitate , sed generatim pro passionum quaruncunque concupi-

scibilis partis moderatione subintelligi debet ac *εὐσπορόν* appellatur . Quod autem prudentia sit specialis virtus patet amplius ex Gregorio , supra seorsim eam inter quatuor cardinales virtutes numerante : Ut & ex Basilio in principium Proverbiorum homil. 12. *Prudentiam unam ex virtutibus præclaris existere palam est , &c.* Ex Ambrofio rursum ubi supra , qui eam primo loco inter virtutes poni notat , quia in veri investigatione versatur : Ex Augustino lib. 19. de civit. Dei cap. 4. *Quid illa virtus quæ prudentia dicitur ? Nonne tota vigilans sua bona defensit a malis &c.*

Sic ergo dicendum est, quod cum prudentia sit in ratione, ut dictum est (art. 2. h. quæst.) diversificatur quidem ab aliis virtutibus intellectualibus secundum materialem diversitatem objectorum: nam *sapientia*, *scientia*, & *intellectus* sunt circa necessaria; *ars* autem, & *prudentia* circa contingentia; sed *ars* circa facibilia, quæ scilicet in exteriori materia constituuntur, sicut domus, cultellus, & hujusmodi; *prudentia* autem est circa agibilis, quæ scilicet in ipso operante consistunt, ut supra habitum est (I. 2. quæst. lvi 1. art. 4.) Sed a virtutibus moralibus distinguitur *prudentia* secundum formalem rationem potentiarum distinctivam, scilicet *intellexi*, in quo est *prudentia*, & *appetitiva*, in quo est *virtus moralis*. Unde manifestum est *prudentiam* esse specialem virtutem ab omnibus aliis virtutibus distinctam.

Ad primum ergo dicendum, quod illa definitio non datur de virtute in communi, sed de virtute morali; in cuius definitione convenienter ponitur virtus intellectualis, communicans in materia cum ipsa, scilicet *prudentia*: quia sicut virtutis moralis subjectus (1) est aliquid participans rationem; ita virtus moralis habet rationem virtutis, inquantum participat virtutem intellectualem.

Ad secundum dicendum, quod ex illa ratione habetur quod *prudentia* adjuvet omnes virtutes, & in omnibus operetur; sed hoc non sufficit ad ostendendum quod non sit virtus specialis: quia nihil prohibet in aliquo genere esse aliquam speciem quæ aliqualiter operetur in omnibus speciebus ejusdem generis, sicut Sol aliqualiter influit in omnia corpora.

Ad tertium dicendum, quod agibilia sunt quidem materia *prudentiae*, secundum quod sunt objectum rationis, scilicet sub ratione veri; sunt autem materia moralium virtutum, secundum quod sunt objectum virtutis appetitivæ, scilicet sub ratione boni.

A P P E N D I X.

EX: art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a scripturis insinuatum, quod *prudentia* est specialis virtus: insinuatur autem per hoc, quod virtutibus aliis con dividitur, *Sapientia* octavo. *Sobrietatem*, & *prudentiam* docet, & *justitiam*, & *virtutem*. Ex eo enim, quod con dividitur eis, datur intelligi, quod ab eis distinguitur; & hoc est, esse specialem virtutem. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis angelica doctrina praesens vicissim consolidetur.

A R T I C U L U S VI. 263

Urum prudentia præstituat finem virtutibus moralibus.

1. *P. quæst. xxii. art. 1. ad 2. & I. 2. quæst. lxvi. art. 3. & III. dis. xxxiii. quæst. 1. art. 2. & 3. cor.*

AD sextum sic proceditur. Videtur quod *prudentia* præstituat finem virtutibus moralibus. Cum enim *prudentia* sit in ratione, virtus autem moralis in vi appetitiva, videatur quod hoc modo se habeat *prudentia* ad virtutem moralem, sicut ratio ad vim appetitivam. Sed ratio præstituit finem potentia appetitivæ. Ergo *prudentia* præstituit finem virtutibus moralibus.

2. *Prægerea*. Homo excedit res irrationalia secundum rationem; (2) sed secundum alia cum eis communicat. (*) Sic ergo se habent alia partes hominis ad rationem, sicut se habet homo ad creaturas irrationalia. Sed homo est finis creaturarum irrationalium, ut dicitur in I. Polit. (3) Ergo omnes alias partes hominis ordinantur ad rationem sicut ad finem. Sed *prudentia* est *recta ratio agibilium*, ut dictum est (art. 1. h. quæst.) Ergo omnia agibilia ordinantur ad *prudentiam* sicut ad finem. Ipsa ergo præstituit finem

(1) An *is quo*? An *cives quo*? An *utrumque pariter*? Nam aliquæ sunt ex virtutibus moralibus, quæ quodammodo subjectantur in parte sensitiva, puta temperantia in concupisibili, prout cum ratione participat; & circa quoddam item objectum cum ratione participans versantur: Quod est eas *in materia convenire* cum *prudentia*, ut præmissum est.

(2) Ut & secundum ea quæ rationem consequuntur, qualis est loquutio &c.

(*) *Ita cum mſt. edit. omnes. Theologi legendum patent*: Sic ergo se habet ratio ad alias partes hominis, sicut se habet homo &c.

(3) Non 2. Politic. sicut prius, quamvis 1. representeret ad marginem: Quidni autem in textu? Ibi enim cap. 5. æquivalenter id habetur, cum de homini in bestias dominio: Sed & ex Physic. 2. texp. 24 desumptum est.

nem omnibus virtutibus moralibus.

3. Præterea. Proprium est virtutis, vel artis, seu potentia ad quam pertinet finis, ut præcipiat aliis virtutibus, seu artibus ad quas pertinent ea quæ sunt ad finem. Sed prudentia disponit de aliis virtutibus moralibus, & præcipit eis. Ergo præstuit eis finem.

Sed contra est quod Philosophus dicit in VI. Ethic. quod *virtus moralis intentionem finis facit rectam*; (1) prudentia autem que ad hanc. Ergo ad prudentiam non pertinet præstituere finem virtutibus moralibus, sed solum disponere de his quæ sunt ad finem.

Respondeo dicendum, quod finis virtutum moralium est bonum humanum. Bonum autem humanæ animæ est secundum rationem esse, ut patet per Dionysium iv. cap. de div. Nom. (par. 4. leet. 22.) (2) Unde necesse est quod fines moralium virtutum præexistant in ratione.

Sicut autem in ratione speculativa sunt quædam ut naturaliter nota, quorum est intellectus; & quædam quæ per illa innotescunt, scilicet conclusiones, quarum est scientia: ita in ratione practica præexistunt quædam ut principia naturaliter nota; & hujusmodi sunt fines virtutum moralium: quia finis se habet in operabilibus, sicut principium in speculativis, ut supra habitum est (quæst. xxiiii. art. 7. ad 2. & quæst. xxvi. art. 1. ad 1. & 1. 2. quæst. xi. art. 3.) & quædam sunt in ratione practica ut conclusiones; & hujusmodi sunt ea quæ sunt ad finem, in quæ pervenimus ex ipsis finibus: & horum est prudentia, applicans universalia principia ad particulares conclusiones operabilium. Et ideo ad prudentiam non pertinet præstituere finem virtutibus moralibus, sed solum disponere de his quæ sunt ad finem.

Ad primum ergo dicendum, quod virtutibus moralibus præstuit finem ratio naturalis, quæ dicitur synderesis, ut in I. habitum est (quæst. lxxix. art. 12.) non autem prudentia, ratione jam dicta (in corp.)

Et per hoc patet responsio ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod finis non pertinet ad virtutes morales, tamquam ipsæ præstuant finem, sed quia tendunt in finem a ratione naturali præstitutum: ad quod juvantur per prudentiam; quæ eis viam parat, disponendo ea quæ sunt ad finem. Unde relinquitur quod prudentia sit nobilior virtutibus moralibus, & moveat eas; sed synderesis movet prudentiam, sicut intellectus principiorum scientiam.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito tuisse a scripturis insinuatum, & a Philosopho 6. Ethicorum, quod prudentia non præstuit finem virtutibus moralibus, & disponit de his, quæ sunt ad finem: & hoc, per ly *virtus moralis intentionem finis facit rectam*; *prudentia autem, que ad hanc*. Insinuat & Genes. 30. per hoc, quod ibi narratur, prudentiam ipsius Jacob fuisse in disponendo ea, quæ erant ad finem justitiae. Quando scilicet artem arte prudenter delusit per missionem populearum virginum in canalibus ad conceptum ovium, cum Laban nollet ei dare mercedem pro servitio convenientem. Item per hoc, quod Josue 8. narratur, prudentiam ipsius Josue fuisse in disponendo insidias, & postea fugam simulando, ad finem hunc fortitudinis scilicet ad capiendum civitatem Hay. Secundo vides: quomodo ex iis, similibusque, ut semper ubique subintelligitur, bene pensatis, & applicatis &c.

A R T I C U L U S VII: 264

Utrum ad prudentiam pertineat invenire medium in virtutibus moralibus.

Inf. quæst. cxxiii. art. 12. & quæst. cxlii. art. 8. & 1. 2. quæst. lx. art. 3. ad 3. & quæst. lxvi. art. 2.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod ad prudentiam non pertineat invenire me-

(1) Vel scopum rectum (τὸν σκοπὸν ὁρόν) cap. 13. græco-lat. vel cap. 10. in antiquis. Sed perinde ac intentio recta intelligitur; cum & ab intendendo scopus græce dictus sit.

(2) Minus expresse quidem, sed implicite saltem paragr. 2. vel aliquanto post initium. Post sanas illas & sanctas mentes, inquit (nimurum angelicas) anima quoque ac animarum bona per bonitatem illam que supra omne bonum est, constant: In-

de provenit illas intellectu præditas esse (νοεῖσαι) &c. An etiam quia & cum qui bonus est omnem omnino mentem intellectuali lumine implete addit §. 5. & omnem prorsus ex animabus ignorantiam & errorum per sanctum lumen ac illius infusionem depaltere? An quia paragr. 32. malum anima vocat esse præter rationem τὸ τραῦ λόγον. Ex quo per oppositum plane sequitur quod & ejus bonum sit esse secundum rationem.

medium in virtutibus moralibus. Consequi enim medium est finis moralium virtutum. Sed prudentia non præstítuit finem moralibus virtutibus, ut ostensum est (art. præc.) Ergo non invenit in eis medium.

2. Præterea. Illud quod est per se, non videtur causam habere, sed ipsum esse est sui ipsius causa: quia unumquodque dicitur esse per causam suam. Sed existere in medio convenit virtuti morali per se, quasi positum in ejus definitione, ut ex dictis patet (art. 5. hu. quæst. arg. 1.) Non ergo prudentia causat medium in virtutibus moralibus.

3. Præterea. Prudentia operatur secundum modum rationis. Sed virtus moralis tendit ad medium per modum naturæ: quia, ut Tullius dicit in II. Reth. (scilicet de invent. aliquant. ante fin.) (1) *virtus est habitus per modum nature rationi consentaneus*. Ergo prudentia non præstítuit medium virtutibus moralibus.

Sed contra est quod in definitione virtutis moralis supra posita (art. 5. hu. quæst. arg. 1.) dicitur, quod est in mediocritate existens determinata ratione, prout sapiens (2) determinabit.

Respondeo dicendum, quod hoc ipsum quod est conformari rationi rectæ, est finis prius cuiuslibet virtutis moralis. Temperantia enim hoc intendit, ne propter concupiscentias homo divertat a ratione; (3) & similiter fortitudo, ne a recto iudicio-rationis divertat propter timorem, vel audaciam: & hic finis præstítutus est homini secundum naturalem rationem: naturalis enim ratio dicitur unicuique ut secundum rationem operetur.

Sed qualiter, & per quæ homo in operando attingat medium rationis, (4) pertinet (*) ad rationem prudentiæ. Licit enim attingere medium sit finis virtutis moralis; tamen (**) per rectam dispositionem eorum quæ sunt ad finem, medium invenitur.

Et per hoc patet responsio ad primum.

Ad secundum dicendum, quod sicut agens naturale facit ut forma sit in materia, non

Summ. S. Th. Tom. VII.

tamen facit ut formæ convenientia ea quæ per se ei insunt; ita etiam prudentia medium constituit in passionibus, & operationibus; non tamen facit quod medium querens convenientia virtuti.

Ad tertium dicendum, quod virtus moralis per modum naturæ intendit pervenire ad medium. Sed quia medium secundum quod medium, non eodem modo invenitur in omnibus; ideo inclinatio naturæ, quæ semper eodem modo operatur, ad hoc non sufficit, sed requiritur ratio prudentiæ.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito inservatum fuisse a script. & Philos, quod prudentiæ est invenire medium in virtutibus moralibus. Inserviatur autem per hoc, quod dicit in 2. Ethic. *virtus, scil. moralis, est habitus electivus in mediocritate existens determinata ratione, prout sapiens, idest prudens determinabat*. Ecce & quod medium illud virtutis moralis debet esse determinatum, & ideo prius inventum, per rationem prudentiæ, seu quod idem est per prudentiam a recta ratione procedentem 6. Ethic. inserviatur & per hoc quod 1. Reg. 18. narratur; quod David egrediebatur ad omnia, ad quæ mississet eum Saul, & prudenter se agebat. Prudentiam vero illam fuisse videbit, qui legerit, in inveniendo media congrua virtutibus moralibus, pura vindicationi contra hostes fidelium, &c. De vindicationis virtute vide q. 108. a. 2. Inserviatur & per narration. 1. Reg. de Davide prudenter agente propter hoc, quod medium congruum fuit evasioni, ne detineretur ab Achis, invenit scil. simulationem fatuitatis. Item per narrationem 1. Reg. 25. quod Abigail prudenter agit, quia scil. ad placandum iratum Davidem invenit medium satis congruum. Secundo videt: quomodo &c.

B

A R-

(*) Ex quo etiam Augustinus usurpat lib. 83. quæstionum, quæst. 31.

(**) Sive *prudens* (φρενιος) ut jam supra, prius ad intentum & sensum hujus loci, ut & interpres novus reddit; sed *vetus*, ut hic, ex quo defensus S. Thomas.

(3) Ut suo loco ex professo dicetur qu. 141. sicut & de fortitudine quæst. 142.

(4) Id est mediocritatem quam servare secundum rationem in operatione sua quisque debet; ut virtus

operatio dici possit: per oppositum ad aliud medium quod vocatur *medium rei* & in quadam sequitur consitit, quæ ad veram virtutis rationem non requiritur; ut ostensum est 1. 2. quæst. 64. art. 2.

(*) Ita edit. Rom. & Patav. 1698. cum codicibus pluribus. Edis. recentiores dispositionem, cum Nicolajo.

(**) Ita mss. & editi passim. Nicolajus perfecta dispositione eorum &c.

A R T I C U L U S VIII. 265

Utrum præcipere sit principalis actus prudentia.

*Ins. quest. II. art. 2. & III. dist. XXXIII.
quest. II. art. 3. & Rom. VIII. lett. I.
fin. & Eph. II. lett. 8.*

AD octavum sic proceditur. Videtur quod præcipere non sit principalis actus prudentia. Præcipere enim pertinet ad bona quæ sunt fienda. Sed Augustinus XIV. de Trinit. (cap. ix. circ. fin.) ponit actum prudentia *præcavere insidias*. Ergo præcipere non est principalis actus prudentia.

2. Præterea. Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. v. in princ.) quod *prudentia est bene consiliari*. Sed alius actus videtur esse consiliari, & præcipere, ut ex supra dictis patet (art. 6. & 7. hujus quest. & I. 2. quest. XIV. & XVII.) Ergo prudentia principalis actus non est præcipere.

3. Præterea. Præcipere, vel imperare videtur pertinere ad voluntatem, cuius objec-tum est finis, & quæ movet alias potentias animæ. Sed prudentia non est in voluntate, sed in ratione. Ergo prudentia actus non est præcipere.

Sed contra est quod Philosophus dicit in VI. Ethic. quod *prudentia preceptiva est*. (1)

Respondeo dicendum, quod prudentia est *recta ratio agibulum*, ut supra dictum est (art. 2. hujus quest.) Unde oportet quod ille sit præcipiens actus prudentia qui est præcipiens actus rationis agibilium: cuius quidem sunt tres actus. Quorum primus est *consiliari*, quod pertinet ad inventiōnēm: nam consiliari est quærere, ut supra habitum est (I. 2. quest. XIV. art. 1.) Secundus actus est *judicare de inventiōnē*; & hoc facit *speculativa ratio*. Sed præctica ratio, quæ ordinatur ad opus, procedit ulterius; & est tertius actus ejus *præcipere*: qui quidem actus consistit in applicatione consiliatorum, & judicatorum ad operandum.

Et quia iste actus est propinquior fini rationis practicæ, inde est quod iste est principalis actus rationis practicæ, & per consequens prudentia.

Et hujus signum est quod perfectio artis consistit in judicando, non autem in præcipiendo. Ideo reputatur melior artifex qui volens peccat in arte, quasi habens rectum judicium, quam qui peccat nolens, quod videatur esse ex defectu judicii. Sed in prudentia est e converso, ut dicitur in VI. Ethic. (cap. v. circ. fin.) imprudentior enim est qui volens peccat, quasi deficiens in principali actu prudentia, qui est præcipere, quam qui peccat nolens.

Ad primum ergo dicendum, quod actus præcipiendi se extendit & ad bona prosequenda, & ad mala cavenda; & tamen *præcavere insidias* non attribuit Augustinus prudentia quasi principalem actionem ipsius, sed quia iste actus prudentia non manet in patria.

Ad secundum dicendum, quod bonitas consilii requiritur ut ea quæ sunt bene inventa, applicentur ad opus: & ideo præcipere pertinet ad prudentiam, quæ est bene consiliativa.

Ad tertium dicendum, quod movere absolute pertinet ad voluntatem; sed præcipere importat motionem cum quadam ordinatione: & ideo est actus rationis, ut supra dictum est (in corp. & I. 2. quest. XVII. art. 1.)

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuatum a scripturis, & philosopho, quod principalis actus prudentia est præcipere: insinuatur autem per dictum illud 6. Eth. *prudentia est preceptiva*: per hoc enim, quod non dicit, prudentia est consiliativa: nec dicit, prudentia est judicativa, cum tamen & consiliari, & judicare sint actus prudentia, patet, quod, dum magis eligit dicere, prudentia est præceptiva, dat intelligere vel mediocriter instructo, quod præcipere est principalis actus prudentia: insinuatur & per hoc, quod Genes.

41.42.

(1) Ex cap. 13. græco-lat. ut jam supra, tum aliquanto post principium tum in fine capituli colligitur; sed in antiquis partim 10. ante medium partim 11. in fine, ubi dicitur dominari vel præcipere virtutibus præterquam sapientia quæ prudentia præstantior est: sicut sanitas (inquit) præstantior est medicina; non enim sanitati medicina præcipit sed procurat fieri sanitatem: Unde non magis putat se-

qui ut prudentia præcipiat sapientia quia ceteris virtutibus imperat, quam si dicatur Politica diis etiam imperare quia civilem vitam regit. Quod autem subiungitur ex Ethic. 6. circa differentiam artis & prudentiae quoad peccatum voluntarium vel non, jam notatum est supra tum ex cap. 5. græco-latino tum ex cap. 6. in antiquis.

43. 42. 47. narratur ; prudentiam Joseph fuisse præcipue in hoc , quod consilium datum Pharaoni de remedio contra famem futuram , & judicatum ab omniibus bonum , scivit recte applicare ad operandum . Et hoc intelligitur hic per præcipere , ut dicit text. corp. circa finem per ly *tertius actus est præcipere , qui consistit in applicatione consiliatarum , & iudiciorum ad operandum . Secundo vides : quomodo &c.*

ARTICULUS IX. 266

Utrum sollicitudo pertineat ad prudentiam.

Inf. quest. xlvi. art. 1. ad 5. & quest. lvi. art. 2.

AD nonum sic proceditur . Videtur quod sollicitudo non pertineat ad prudentiam . Sollicitudo enim inquietudinem quamdam importat : dicit enim Isidorus in Lib. X. Etym. (1) quod *sollicitus dicitur qui est inquietus . Sed morio maxime pertinet ad vim appetitivam . Ergo & sollicitudo . Sed prudentia non est in vi appetitiva , sed in ratione , ut supra habitum est (art. 1. hujus quest.) Ergo sollicitudo non pertinet ad prudentiam .*

2. Præterea . Sollicitudini videtur opponi certitudo veritatis : unde dicitur I. Reg. ix. 20. quod Samuel dixit ad Saul : (2) *De asmis , (*) quas nudiusterius perdidisti , ne sollicitus sis , quia inventa sunt . Sed certitudo veritatis pertinet ad prudentiam , cum sit virtus intellectualis . Ergo sollicitudo opponitur prudentiæ magis quam ad eam pertineat .*

3. Præterea . Philosophus dicit in IV. Ethic. (3) quod *ad magnanimum pertinet pigrum esse , & otiosum . Pigritiæ autem opponitur sollicitudo . Cum ergo prudentia non opponatur magnanimitati , quia bonum non est bono contrarium , ut dicitur in Prædicamentis (cap. de oppositis) videtur quod sollicitudo non pertineat ad prudentiam .*

Sed contra est quod dicitur I. Petr. iv. 7.

Estote prudentes , & vigilate in orationibus . (4) Sed vigilancia est idem sollicitudini . Ergo sollicitudo pertinet ad prudentiam .

Respondeo dicendum , quod , sicut dicit Isidorus in Lib. X. Etym. (ad lit. S. (5) *sollicitus dicitur , quasi solers citus , inquantum scilicet aliquis ex quadam solertia animi velox est ad prosequendum ea quæ sunt agenda . Hoc autem pertinet ad prudentiam ; cujus præcipiens actus est circa agenda præcipere de præconsiliatis , & judicatis . Unde Philosophus dicit in VI. Ethic. (6) quod oportet operari quidem velociter consiliata , consiliari autem tardo . Et inde est quod sollicitudo proprie ad prudentiam pertinet : & propter hoc Augustinus dicit Lib. de moribus Eccl. (cap. xxiv. ciro. med.) (7) quod *prudentia sunt excubie , atque diligentissima vigilans , ne subreptio pavlatim mala suasione fallamus .**

Ad primum ergo dicendum , quod motus quidem pertinet ad vim appetitivam sicut ad principium movens ; tamen secundum præceptum , & directionem rationis , in quo consistit ratio sollicitudinis .

Ad secundum dicendum , quod secundum Philosophum in I. Ethic. (8) *certitudo non est similiter querenda in omnibus , sed in unaquaque materia secundum proprium modum . Quia vero materia prudentiæ sunt singularia contingentia , circa quæ sunt operationes humanæ ; non potest certitudo prudentiæ tanta esse , quod omnino sollicitudo tollatur .*

Ad tertium dicendum , quod magnanimus dicitur esse piger , & otiosus , non quia de nullo sit sollicitus ; sed quia non est superflue sollicitus de multis , sed confidit in his de quibus confidendum est , & circa illa non superflue sollicitatur : superfluitas enim timoris , & diffidentiæ facit superfluitatem sollicitudinis : quia timor facit consiliari nos , ut supra dictum est (1. 2. quest. xlvi. art. 2.) *cum de passione timoris ageretur .*

(1) Vel originum lit. S. in dictione *Sollicitus* , ubi pro inquieto *irrequiescum* .

(2) Cum & eum in Regem consecravit ex nutu ac instinctu divino .

(*) *Ita mss. & editi passim . Al. omittitur quas nudiusterius perdidisti .*

(3) Non c. 3. ut prius ad marginem , sed cap. 8. græco-lat. vel cap. 10. in antiquis & apud S. Thomam lect. 10.

(4) Ex græco εἰς τοῖς προσευχαῖς quod in orationes redi potest ; ut ad faciendas orationes diligentia & attentio in faciendis designetur .

(5) Ubi hanc notitiam præcedenti præmittit .

(6) Vel cap. 8. græcolat. vel cap. 10. in antiquis ; non sicut prius 9.

(7) Ubi & eo refert quod & sepe Dominus clamat , vigilate ; vel , Ambulate dum lucem habebitis , ne vos tenebrae comprehendant .

(8) Colligitur vel ex cap. 1. græco-lat. vel ex 3. in antiquis , & apud S. Thomam lect. 3. ubi pro græco τὸ άγνωστον vetus versio certum reddit ; moderna exactum ; Quasi sit sensus non esse in omnibus tristatione accuratam , exactam & absolutam inquietudinem .

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis insinuatum fuisse, quod sollicitudo pertinet ad prudentiam: insinuatur vero per hoc, quod dicitur 1. Pet. 4. *Estate prudentes, & vigilate in orationibus:* Hoc est: prudentiam vestram ostendite in hoc, quod solliciti sitis in orationibus: Quod utique non dixisset Apostolus Petrus, nisi & agnoscisset, & notificare voluisset, quod sollicitudo pertinet ad prudentiam: item per hoc, quod dicitur 1. Timot. 3. *oporet Episcopum esse prudentem,* & Roman. 12. *Qui præst in sollicitudine:* Ubi conjunctis his duobus locis, aperte monstratur quod sollicitudo pertinet ad prudentiam: Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur vicissim, & consolidetur &c.

ARTICULUS X. 267

Utrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

Inf. quest. xl ix. art. 3. ad 3. & I. P. quest. xxxi. art. 1. cor.

AD decimum sic proceditur. Videtur quod prudentia non se extendat ad regimen multitudinis, sed solum ad regimen suipius. Dicit enim Philosophus in V. Ethic. (1) quod *virus relata ad bonum commune est justitia.* Sed prudentia differt a justitia. Ergo prudentia non refertur ad bonum commune.

2. Præterea. Ille videtur esse prudens qui sibi ipsi bonum querit, & operatur. Sed frequenter illi qui querunt bona communia, negligunt sua. Ergo non sunt prudentes.

3. Præterea. Prudentia dividitur contra temperantiam, & fortitudinem. Sed temperantia, & fortitudo videntur dici solum per

comparationem ad bonum proprium. Ergo etiam prudentia.

Sed contra est quod Dominus dicit Matth. xxiv. 45. (2) *Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam?*

Respondeo dicendum, quod, sicut Philosophus dicit in VI. Ethic. (3) quidam posuerunt, quod prudentia non se extendit ab bonum commune, sed solum ad bonum proprium: & hoc ideo, quia existimabant quod non oportet hominem querere nisi bonum proprium.

Sed hæc estimatio repugnat caritati, quæ non querit quæ sua sunt, ut dicitur I. ad Corinth. xiiii. 5. Unde & Apostolus de seipso dicit I. ad Corinth. x. 33. *Non querens quod mihi utile sit, sed quod multis, ut salviiant.* Repugnat etiam rationi rectæ, quæ hoc judicat quod bonum commune sit melius quam bonum unius.

Quia ergo ad prudentiam pertinet recte consiliari, judicare, & præcipere de his per quæ pervenitur ad debitum finem; manifestum est quod prudentia non solum se habet ad bonum privatum unius hominis, sed etiam ad bonum commune multitudinis.

Ad primum ergo dicendum, quod Philosophus ibi loquitur de virtute morali. Sicut autem omnis virtus moralis relata ad bonum commune, dicitur legalis justitia; (4) ita prudentia relata ad bonum commune, vocatur prudentia politica: nam sic se habet politica ad justitiam legalem, sicut se habet prudentia simpliciter dicta ad virtutem moralem.

Ad secundum dicendum, quod ille qui querit bonum commune multitudinis, ex consequenti etiam querit bonum suum, propter duo. Primo quidem quia bonum proprium non potest esse sine bono communi vel familiæ, vel civitatis, aut regni. Unde & Valesius Maximus (Lib. IV. cap. iv. (5) dicit de

(1) Non sicut prius cap. 1. sed cap. 2. in antiquis vel 3. græco-lat. cum ad aliorum esse dicitur justitia, & per hoc ipsum a virtute distingui simpliciter sic dicta, quia hæc non respicit alterum: Hinc justitiam *aliorum bonum* vocari notat.

(2) Ad Apostolos & sequaces eorum refert Beda: Hilarius non dissimili sensu ad Episcopos qui fideliter ac prudenter commoda atque utilitates commissi populi curant.

(3) Quod cap. 3. innui videatur, editiones alias notant; sed quo nutu? Melius ex c. 7. in antiquis vel ex c. 9. græco-lat. colligi posse annotarent, ubi ex aliquorum sententia insinuatur distinctio politico-

rum & prudentium, quia prudentes bene se habent quoad seipos; politici autem actusos sunt (*πολιτευόμενοι*) & negotiis passim se immiscant.

(4) Prout legibus conformatur, dum sic se habet erga ceteros omnes, quomodo se habere secundum leges debet. Hinc *justitia omnis virus esse* dicitur ibi, vel omnem in se virtutem continere; ut suo loco expressius.

(5) Quod inscribitur de paupertate paragr. 9. ubi plenus versus finem: *Patriæ rem (inquit) unusquisque non suam augere properabat;* pauperque in divite quam dives in paupere imperio versari malebas &c.

de antiquis Romanis , quod malebant esse pauperes in divite imperio , quam divites in pauperem imperio . Secundo quia cum homo sit pars dormus , vel civitatis , oportet quod homo consideret quid sit sibi bonum ex hoc quod est prudens circa bonum multitudinis . Bona enim dispositio partium accipitur secundum habitudinem ad totum : quia , ut Augustinus dicit in Lib. III. Confess. (cap. VIII. ante med.) turpis est omnis pars suo toti non conveniens , (*) vel non congruens .

Ad tertium dicendum , quod etiam temperantia , & fortitudo possunt referri ad bonum commune : unde de actibus earum dantur praecepta legis , ut dicitur in V. Ethic. (1) Magis tamen prudentia , & justitia , quae pertinent ad partem rationalem , (2) ad quam directe pertinent communia , sicut ad partem sensitivam pertinent singulare .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a scripturis suisse insinuatum , quod prudentia extendit se ad bonum commune multitudinis , & non solum ad bonum proprium : insinuat autem per hoc , quod dicitur Matth. 24. & Luc. 12. *Quis putas est fidelis servus , dispensator , & prudens , quem constituit Dominus super familiam suam?* Per hoc siquidem , quod prudens constituitur super familiam , datur intelligi ; quod ad bonum commune multitudinis se extendit prudentia : nec putaveris ex interrogacione illa motus , quod nullus talis constituantur super familiam , & consequenter , quod hac sententia officaciter non probetur , quod prudentia se extendat ad bonum commune , quoniam interrogatio ipsa (sicut & aliae similares) non infert negationem , sed difficultatem , & raritatem , ut habetur in *De Penitentia distinctio* . 1. cap. si sacerdos . Ac si ex illo interrogandi modo dicatur : Difficile , & rarum est , quamvis non sit impossibile , invenire servum fidelem , simulque prudentem : quem constitutas super bonum commune . Item

insinuat id ipsum per hoc , quod , postquam i. Reg. 18. dictum fuerat de David ly prudenter se agebat in omnibus viis suis , narratur , quod ipse David ad commune bonum defendendum se accinxit contra Philistæos , & post hanc boni communis defensionem , iterum dicitur ly prudentius se gerebat David , quam orans viri Saul . Ubi clare patet intentum , etiam per replicationem de prudentia ; Secundo vides ; quomodo ex iis bene pensatis , & applicatis declaretur vicissim , & consolidetur doctrina præfens angelica &c.

A R T I C U L U S XI. 268

Utrum prudentia que est respectu boni proprii , sit eadem specie cum ea que se extendit ad bonum commune .

*Inf. quest. XLVIII. art. 1. cor. fin. & ad 2.
& quest. LVII. art. 9. ad 4.*

AD undecimum sic proceditur . Videtur quod prudentia quæ est respectu boni proprii , sit eadem specie cum ea quæ se extendit ad bonum commune . Dicit enim Philosophus in VI. Ethic. (3) quod *politica* , & *prudentia idem habitus est* ; *esse autem non idem ipsis* .

2. Præterea . Philosophus dicit in III. Politicæ (4) quod *eadem est virtus viri boni , & boni principis* . Sed politica maxime est in principe , in quo est sicut architectonica . Cum ergo prudentia sit virtus boni viri , videtur quod sit idem habitus prudentia , & politica .

3. Præterea . Ea quorum unum ordinatur ad aliud , non diversificant speciem , aut substantiam habitus . Sed bonum proprium , quod pertinet ad prudentiam simpliciter dicam , ordinatur ad bonum commune , quod pertinet ad politicam . Ergo politica , & prudentia neque differunt specie , neque secundum habitus substantiam .

Sed contra est quod diversæ scientiæ sunt politi-

(*) Ita ex mff. veteres D. Thome editiones . Niccolajus vel suo universo non congruens . Augustini seruitus : Turpis enim omnis pars est suo universo non congruens .

(1) Sicut supra , non 1. sed 2. cap. vel 3.

(2) Stricte quantum ad prudentiam quæ residet in intellectu . Extensive quantum ad justitiam quæ resi-

det in voluntate .

(3) Nempe cap. 9. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis .

(4) Ut ex capite 4. non sicut prius ex cap. 3. colligitur per modum quæstionis , non resolutio vel per modum assertionis ; ut in responsione .

politica , (1) quæ ordinatur ad bonum commune civitatis , & *œconomica* , quæ de his est quæ pertinent ad bonum commune domus , vel familiaz ; & *monastica* , quæ est de his quæ pertinent ad bonum unius personæ . Ergo pari ratione & prudentiæ sunt species diversæ , secundum hanc diversitatem materiæ .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. 5. hujus quest. & 1. 2. quest. l. v. art. 2. ad 1.) species habituum diversificantur secundum diversitatem objecti , quæ attenditur penes rationem formalem ipsius . Ratio autem formalis omnium quæ sunt ad finem , attenditur ex parte finis , sicut ex supra dictis patet (1. 2. in prolog. & quest. cii. art. 1.) & ideo necesse est quod ex relatione ad diversos fines diversificantur species habitus . Diversi autem fines sunt bonum proprium unius , & bonum familiaz , & bonum civitatis , & regni .

Unde necesse est quod prudentiæ differant specie secundum differentiam horum finium ; ut scilicet una sit prudentia simpliciter dicta , quæ ordinatur ad bonum proprium ; alia autem *œconomica* , quæ ordinatur ad bonum commune domus , vel familiaz ; & tertia politica , quæ ordinatur ad bonum commune civitatis , vel regni .

Ad primum ergo dicendum , quod Philosophus non intendit dicere , quod politica sit idem secundum substantiam habitus cuilibet prudentiæ , sed prudentiæ quæ ordinatur ad bonum commune : quæ quidem *prudentia* dicitur (2) secundum communem rationem prudentiæ , prout scilicet est quædam *ratio recta agibilium* ; dicitur autem *politica* secundum ordinem ad bonum commune .

Ad secundum dicendum , quod , sicut Philosophus ibid. dicit , (3) *ad bonum virum pertinet posse bene principari* , & *bene subiici* : & ideo in virtute boni viri includitur etiam virtus boni principis . Sed virtus principis , & subditi differt specie , sicut etiam virtus viri , & mulieris , ut ibidem dicitur .

Ad tertium dicendum , quod etiam diversi fines , quorum unus ordinatur ad alium , diversificant speciem habitus ; sicut equestris , & militaris , & civilis differunt specie , licet finis unius ordinetur ad finem alterius : & similiter licet bonum unius ordinetur ad bonum multitudinis ; tamen hoc non impedit quin talis diversitas faciat habitus differre specie ; sed ex hoc sequitur quod habitus qui ordinatur ad finem ultimum , sit principalior , & imperet aliis habitibus .

A P P E N D I X .

Ex articulo habes *primes* : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , & Philosopho , quod prudentia simpliciter dicta differt a prudentia ad commune bonum se extende . Insinuantur autem id a Philosopho per hoc , quod ipse tres scientias diversas ordinavit unamquamque correspondenter unicuique prudentiarum præmissarum singillatim , videlicet : Politicam scientiam prudentiæ politice , *œconomiam* scientiam prudentiæ *œconomicam* : monasticam scientiam prudentiæ simpliciter dictæ . Vide in text. *arg. cont.* & discurre super nunc dictis : ut ibi . Insinuantur etiam a scripturis per hoc , quod 2. Reg. 10. narratur , quod Joab per prudentiam , qua bonum regni totius defendebat , imperavit mulieri de Abella habenti prudentiam minus communem , puta versantem circa civitatis prædict. tutelam : & ipsa mulier per prudentiam suam obediuit prudentiæ ipsius Joab : & sic liberata fuit civitas Abela ab obsidione . Ex hoc enim penetranti ingenio ostenditur : quod prudentia communius bonum attendens alias habitus est a prudentia minus bonum attendente : alioquin una non imperaret alteri , ut ex text. resp. ad 3. habetur . Consequenter ergo per illud idem ostenditur universaliter : quod prudentiæ istæ scilicet politica , *œconomica* ,

(1) Ex græco τοιτικὴ sic dicta quia directe civitatem recipit (τον) quamvis & politica extensive dicatur quæ in communi hominum societate vivere privatum quemque docet : Sic & *œconomica* ex græco quoque ὀικονομίᾳ propter domus regimen , quia dominum bene disponit (ὁἶκον τέλειον) Et *monastica* ex græco μοναστικὴ propter discretionem qua se ipsum & suas actiones uniusquisque disponit sicut debet , quia se solum regit (μονῶν) Etsi alio sensu monastica dicitur monasterii gubernatio propter unitatem intentionis & affectus ad quam institutio eius ordinatur : Sed ad *œconomicam* reduci potest , cum

sit plurimum ad eandem communiam vel familialm pertinentium gubernatio .

(2) Id est quæ quidem appellatur nomine prudentiæ ; ut sit appellativa loquutio .

(3) Ubi refutative contrarium omnino dicit quam quod in argumento positum est : Nempe non prouersum unam esse virtutem boni viri vel boni civis & boni Præsidentis , id est boni Principis ; quamvis nemo sit capax principandi qui non prius patere didicerit ; nec bonus possit esse Princeps quin fuerit bonus vir , &c.

mica, monastica differunt, tamquam habitus diversi inter se. Item insinuatur id per hoc, quod Hester 4. Mardochæus per prudentiam communius bonum attendentem, puta omnium Judæorum ubilibet existentium liberacionem, imperavit Reginæ Hest. ut prudentia animus communis scilicet ad Reg. alloquendum pro tali re convenienter accedendo uteatur, subordinando ipsam Reginæ prudentiam fini intento a prudentia Mardochæi. Discurre tu super hoc factum, ut nunc supra de facto Joab; & aperte videbis esse insinuatum ibi illud, quod in principio appendixis dictum est. Secundū vides, quomodo &c.

A R T I C U L U S XII. 269

Vtrum prudentia sit in subditis, an solum in principibus.

*Inf. quest. xix. art. 3. ad 3. & quest. l.
art. 2. circa fin.*

AD duodecimum sic proceditur. Videtur quod prudentia non sit in subditis, sed solum in principibus. Dicit enim Philosophus in III. Polit. (cap. III.) quod *prudentia sola est propria virtus principis; aliae autem virtutes sunt communes subditorum, & principum; subditi autem non est virtus prudentia, sed opinio vera.*

2. Præterea. In I. Polit. (cap. ult. a med.) dicitur, quod *servus omnino non habet quid consiliativum.* (1) Sed prudentia facit bene consiliatrices, ut dicitur in VI. Ethic. (cap. IV.) Ergo prudentia non competit servis, seu subditis.

3. Præterea. Prudentia est præceptiva, ut supra dictum est (art. 8. hujus quest.) Sed præcipere non pertinet ad servos, vel subditos, sed solum ad principes. Ergo prudentia non est in subditis, sed solum in principibus.

Sed contra est quod Philosophus dicit in VI. Ethicor. (2) quod prudentiæ politicæ sunt

duæ species: una quæ est legum positiva, quæ pertinet ad principes; alia quæ retine-commune nomen politicæ, quæ est circa singulæria. Hujusmodi autem singulæria perage-re, pertinet etiam ad subditos. Ergo prudentia non est solum principum, sed etiam subditorum.

Respondeo dicendum, quod prudentia in ratione est. (3) Regere autem, & gubernare proprie rationis est: & ideo in quantum unusquisque participat de regimine, & gubernatione, intantum convenit sibi habere rationem, & prudentiam. Manifestum est autem quod subditi, in quantum est subditi, (4) & servi, in quantum est servus, non est regere, & gubernare, sed magis regi, & gubernari: & ideo prudentia non est virtus servi, in quantum est servus, nec subditi, in quantum est subditi.

Sed quia quilibet homo, in quantum est rationalis, participat aliquid de regimine secundum arbitrium rationis, intantum convenit ei prudentiam habere. Unde manifestum est quod *prudentia quidem in principe est ad modum artis architectonicae*, ut dicitur in VI. Ethicor. (5) *in subditis autem ad modum artis manu operantis.*

Ad primum ergo dicendum, quod verbum Philosophi est intelligendum, per se loquendo, quia scilicet prudentia non est virtus subditi, in quantum hujusmodi.

Ad secundum dicendum, quod servus non habet quid consiliativum, in quantum est servus (sic enim est instrumentum domini) est tamen consiliarius, in quantum est animal rationale.

Ad tertium dicendum, quod per prudentiam homo non solum præcipit aliis, sed etiam sibiipsi, prout scilicet ratio dicitur præcipere inferioribus viribus.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intel-

(1) *Sive nullum deliberandi arbitrium, ut ex grecis & romane veritatis novis Interpres; & cap. 13. circa medium videre est.*

(2) *Ubi etiam addit aliam quamdam prudentiam singularium per quam privatum unusquisque seipsum regit; vel cap. 8. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis & apud S. Thomam lect. 7.*

(3) *Hoc est in intellectu ipso, non prout est simplex apprehensio tantum vel intuitus principiorum; sed prout est applicativus, collativus, ac discursivus,*

ut ex aliis alia dijudicet.

(4) *Quia etiam ut subditi, tametsi politice tantum, non proprio sed alieno arbitrio regi debet.*

(5) *Eodem loco qui jam indicatus est supra; ubi Principis prudentiæ in architectonicae comparat, quia sicut architectonica dirigit imperando. Subditi autem prudentiam *xερπτε χν* seu manuali artifici, quia directionem alterius tantum sequitur ac imperium exequitur.*

intelligas, fuisse merito insinuatum a scripturis, & philosopho: quod prudentia non solum est principum, sed etiam subditorum: insinuatur autem a Philosopho in 6. Ethicorum dicente, ut recitat in *text. argum. contr.* item insinuatur per hoc, quod narratur *Act.* 16. Paulum, qui tunc pro subdito se gererat, in carcere positum multa prudentia usum: quando magistratus miserunt, ut cum Sila socio ejus dimitteretur: prudenter enim hoc sibi nuncianti respondit: *Cæsos nos publice, indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occulite nos ejiciunt? non ista. Sed veniant, & ipsi nos ejicient.* Unde ipsi magistratus venerunt, & deprecati sunt Paulum cum Sila, ut egredierentur: item per hoc, quod narratur *Act.* 22. aliud a Paulo prudenter factum: Cum enim jussisset Tribunus, ipsum Paulum cædi flagellis, hoc prudens Centurioni Paulus dedit responsum: *Sic hominem Romanum, licet indemnatum vobis flagellare?* Unde discesserunt ab eo, qui eum torturi erant: item per hoc, quod *Actuum vigesimoquinto*, cum Festus Praeses vellet, Paulum reducere in Hierusalem ad instantiam Iudeorum, tunc Paulus prudenter eorum malitiam advertens, Cæsarem appellavit: item per hoc, quod *Act.* 23. sciens Paulus, quod una pars esset Phariseorum, volens vexationem sui iustitiam prudenter declinare, exclamavit: *Viri fratres, Pharisæus ego sum, filius Pharisæorum: De spe, & resurrectione mortuorum judicor: Unde, cum hec dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos, & Sadduceos, & soluta est multitudo: Secundo vides: quomodo ex iis bene consideratis &c.*

ARTICULUS XIII. 270

* *Utrum prudentia possit esse in peccatoribus.*

Inf. quest. l. art. 3. ad 2. & quest. li. art. 1. ad 3. & vir. quest. v. art. 2. cor. & ad 3.

AD decimumtertium sic proceditur. Videatur quod prudentia possit esse in peccatoribus. Dicit enim Dominus *Luc. XVI. 8. Filii hujus seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.* Sed filii hujus seculi sunt peccatores. Ergo in peccatoribus potest esse prudentia.

2. Præterea. Fides est nobilior virtus quam prudentia. (1) Sed fides potest esse in peccatoribus. Ergo & prudentia.

3. Præterea. *Prudentis hoc opus maxime dicimus, bene consiliari*, ut dicitur in *VI. Ethic.* (2) Sed multi peccatores sunt boni consilii. Ergo multi peccatores habent prudentiam.

Sed contra est quod Philosophus dicit in *VI. Ethic.* *Impossibile est prudentem esse non existentem bonum.* Sed nullus peccator est bonus. Ergo nullus peccator est prudens.

Respondeo dicendum, quod prudentia dicitur tripliciter. Est enim quadam prudentia falsa, vel per similitudinem dicta. Cum enim prudens sit qui bene disponit ea quæ sunt agenda propter aliquem bonum finem, ille qui propter malum finem aliqua disponit congruentia illi fini, habet falsam prudentiam; (3) inquantum illud quod accipit pro fine, non est vere bonum, sed secundum similitudinem; sicut dicitur aliquis bonus latro: hoc enim modo potest secundum similitudinem dici prudens latro, qui convenientes vias advenit ad latrocinandum. Et hujusmodi est prudentia de qua Apostolus dicit ad Rom. VIII. 6. *Prudentia carnis mors est,* (4) quæ sci-

(1) Ut quæ circa nobilia intellectum dirigat; puta circa divina &c.

(2) Cap. quidem 6. in antiquis & apud S. Thomam lect. 6. sed cap. 8. græco-lat. ut jam supra indicatum est: Sequens autem appendix ex cap. 13. græco-lat. vel cap. 10. in antiquis & apud S. Thomam lect. 10. defumitur, & sic planius reddi potest: *Impossibile est prudentem esse quemquam qui non sit bonus &c.*

(3) Quæ potius ex Philosopho *versus* seu *ταρσία* dici debet, ut videre est loco proxime indicato; ubi similis tactum prudentiae non prudentia esse dicitur.

(4) Ubi latius quam hic explicat Beda ex Augustino, que commoda tempora sita caritatis spirituali adversatur: Primarius, ut videre est *t. I. Bibliotheca Patrum prudentiam humanam dici notat seu prudentiam carnis, quæ reddere malum pro malo velit & se appetat vindicare, sive generalius eam quæ ad inferiorum appetitum declinat &c.* Ad passionem quoque commotiones (*τοις πάθεισιν σκηνήσαι*) indefinite referunt Theodoretus: *Ft si maxime illis applicandum videtur quæ in depletione carnis perfici solent: Et sic etiam Chrysostomus intelligendum insinuat.*

Q U E S T . XLVII.

scilicet finem ultimum constituit in delectatione carnis.

Secunda autem prudentia est quidem vera, quia adinventis vias accommodatas ad finem vere bonum, sed est imperfecta, duplice ratione. Uno modo quia illud bonum quod accipit pro fine, non est communis finis totius humanæ vitæ, sed alicujus specialis negotii; puta cum aliquis adinvenit vias accommodatas ad negotiandum vel ad navigandum, dicitur prudens negotiator, vel nauta. Alio modo quia deficit in principali actu prudentia; puta cum aliquis recte consiliatur, & bene judicat etiam de his quæ pertinent ad totam vitam, sed non efficaciter præcipit.

Tertia autem prudentia est & vera, & perfecta, quæ ad bonum finem totius vitæ recte consiliatur, judicatur, & præcipitur: & hæc sola dicitur prudentia simpliciter: quæ in peccatoribus esse non potest; prima autem prudentia est in solis peccatoribus; prudentia autem imperfecta est communis bonis, & malis, maxime illa quæ est imperfecta propter finem particularem: nam illa quæ est imperfecta propter defectum principalis aetatis, etiam non est nisi in malis.

Ad primum ergo dicendum, quod illud verbum Domini intelligitur de prima prudentia: unde non dicitur simpliciter, quod sint prudentes, sed in generatione sua. (1)

Ad secundum dicendum, quod fides in ratione non importat aliquam conformitatem ad appetitum rectorum operum, sed ratio fidei consistit in sola cognitione. Sed prudentia importat ordinem ad appetitum rectum: tum quia principia prudentiarum sunt fines operabilium, de quibus aliquis habet rectam estimationem per habitus virtutum moralium, quæ faciunt appetitum rectum: unde prudentia non potest esse sine virtutibus moralibus, ut supra ostensum est (i. 2. quest. lvii. art. 5.) tum etiam quia prudentia est præceptiva rectorum operum; quod non continet, nisi existente appetitu recto. Unde licet fides sit nobilior quam prudentia, propter objectum; tamen prudentia secundum sui rationem magis repugnat peccato, quod procedit ex perversitate appetitus.

Ad tertium dicendum, quod peccatores

Summ. S. Th. Tom. VII.

A R T . XIII. & XIV.

17

possunt quidem esse bene consiliativi ad aliquem finem malum, vel ad aliquod particulare bona; ad finem autem bonum totius vitæ non sunt bene consiliativi perfecte, quia consilium ad effectum non perducunt. Unde non est in eis prudentia, quæ se habet solum ad bonum; sed sicut Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. xi. cir. fi.) est in talibus *dinotica*, id est naturalis industria, quæ se habet ad bonum, & malum; vel astutia, quæ se habet solum ad malum, quam supra diximus (in cor. art.) *falsam prudentiam*, vel *prudentiam carnis*.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, insinuatum merito fuisse a scripturis, quod prudentia est, & non est in peccatoribus. Quod sit, insinuatur Lucæ 16. *Laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter egisset*: item Exodi primo: *Venite sapienter*, id est prudenter, *opprimamus eum*: item Baruch. 3. *Filiī quoque Agar exquisierunt prudentiam*: Quod autem non sit prudentia in eis, insinuatur Prover. 22. *non est prudentia, non est consilium contra Dominum*. Hic enim quamvis significetur, quod nihil proficit quodcumque inventum, seu excogitatum contra Dominum, id est ad impedendum voluntatem Domini simpliciter, quin semper & ubique impleatur, i. quest. 19. art. 6. tamen consignificatur, ut patet, quod in his, qui sunt contra Dominum, non est prudentia, & ii sunt peccatores: item Abd. i. *non est prudentia in eo*. Sub persona enim unius peccatoris intelliguntur ibi, quoad hoc, omnes peccatores. Secundo vides quomodo &c.

A R T I C U L U S XIV. 271

Utrum prudentia sit in omnibus habentib[us] gratiam.

Inf. quest. xxxi. art. 1. ad 3.

AD quartum decimum sic proceditur. Videatur quod prudentia non sit in omnibus

C haben-

ut serpentes; quia *serpentis astutia est tuto corpore caput occultare, ut illud in quo vita est protegat*; *Et ita nos tuto periculo corporis caput nostrum debemus custodiare, id est integrum fidem & incorruptam conservare*; sicut explicat Hilarius.

(1) Hinc Origenes vel Geometer in Catena graecorum Patrum super Lucam hanc prudentiam ei comparat de qua dicitur Gen. 3. quod serpens *prudentissimus* erat (εργαλεῖτος) ubi Vulgata legit *callidior* &c. Alio tamen sensu prudentia serpentis commendatur a Christo cum prudentes nos monet esse

habentibus gratiam . Ad prudentiam enim requiritur industria quædam , per quam sciant bene providere quæ agenda sunt . Sed multi habentes gratiam carent tali industria . Ergo non omnes habentes gratiam habent prudentiam .

2. Præterea . Prudens dicitur qui est bene consiliativus , ut dictum est (1) Sed multi habent gratiam qui non sunt bene consiliativi , sed necesse habent regi consilio alieno . Ergo non omnes habentes gratiam habent prudentiam .

3. Præterea . Philosophus dicit in III. Top. (cap. 11. loc. 24.) quod *juvenes confrat non esse prudentes* . Sed multi juvenes habent gratiam . Ergo prudentia non invenitur in omnibus gratiam habentibus .

Sed contra est quod nullus habet gratiam , nisi sit virtuosus . Sed nullus potest esse virtuosus , nisi habeat prudentiam : dicit enim Gregorius in II. Moral. (2) quod *ceteræ virtutes , nisi ea quæ appetunt , prudenter agant , virtutes esse nequaquam possunt* . Ergo omnes habentes gratiam habent prudentiam .

Respondeo dicendum , quod necesse est virtutes esse connexas , ita ut qui unam habet , omnes habeat , sicut supra ostensum est (1. 2. quæst. lxv. art. 1.)

Quicumque autem habet gratiam , habet caritatem : unde necesse est quod habeat omnes alias virtutes : & ita cum prudentia sit virtus , ut ostensum est (art. 4. hu. quæst.) necesse est quod habeat prudentiam .

Ad primum ergo dicendum , quod duplex est industria . Una quidem quæ est est sufficiens ad ea quæ sunt de necessitate salutis : & talis industria datur omnibus habentibus gratiam , quos *unctio docet de omnibus* , ut dicitur I. Joan. 11. (3) Est autem alia industria plenior , per quam aliquis sibi , & aliis potest providere , non solum de his quæ sunt necessaria ad salutem , sed etiam de quibuscumque pertinentibus ad humanam vitam : & talis industria non est in omnibus habentibus gratiam .

Ad secundum dicendum , quod illi qui indigent regi consilio alieno , saltem in hoc si-

biipsis consulere sciunt , si gratiam habent , ut aliorum requirant consilia , & discernant consilia bona a malis .

Ad tertium dicendum , quod prudentia acquisita causatur ex exercitio actuum : unde indiget ad sui generationem experimentum , & tempore , ut dicitur in II. Ethic. (in princ. & Lib. VI. cap. viii. a med.) unde non potest esse in juvenibus nec secundum habitum , nec secundum actum . Sed prudentia gratuita causatur ex infusione divina : unde in pueris baptizatis nondum habentibus usum rationis est prudentia secundum habitum , sed non secundum actum ; sicut & in amētibus : in his autem qui jam habent usum rationis , est etiam secundum actum , quantum ad ea quæ sunt de necessitate salutis ; sed per exercitium meretur augmentum , quo usque perficiatur , sicut & ceteræ virtutes . Unde & Apostolus dicit ad Hebr. v. 14. quod *perfectorum est solidus cibus , eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad distinctionem boni , & mali* .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo quomodo per rationem ostendas , fuisse merito insinuatum a B. Gregorio , quod prudentia est in omnibus habentibus gratiam ; insinuatur autem per hoc , quod ipse dicit 2. Mor. quod *ceteræ virtutes , nisi ea , quæ appetunt , prudenter agant , virtutes esse nequaquam possunt* . Ecce , quod neminem posse esse virtuosum innuit sine prudentia . Cum ergo omnis , qui habet Dei gratiam , sit virtuosus , *ex prima secunda , quæst. 112. art. 3. 4.* patet aperte , quod per illud dictum B. Gregorius dedit intelligere , quod existens in gratia necessario habet prudentiam . Secundo vides &c.

A R -

(1) Ex Ethicorum 6. cap. 6. in antiquis , vel in græco-latinis 8.

(2) Cum explicat mystice cur filii Job in domo primogeniti epulentur , ut cap. 33. in pristinis Exemplaribus uide prius hic indicabatur ad marginem , sed 25. in modernis .

(3) Ubi *unctio* Spiritus sanctum significat : Unde ibidem Augustinus Tract. 3. *Unctio spiritalis* (in-

quit) *ipso Spiritus-sanctus est , cuius sacramentum est in unctione visibili : Hanc unctionem qui habent , dicit opus non esse illis ut doceantur , quia ipsa unctionis doceat : Plenius autem Beda : Procurate ut Spiritus-sancti gratiam quam in baptismō consequuti estis , integrum in corde vestro & corpore servetis ; ut donec uos interius Dei spiritu , minus indigentis extinsecus hominum institutione deceri , &c.*

ARTICULUS XV. 272

Utrum prudentia insit nobis a natura.

III. dist. xxiiii. quest. ii. art. 2. fin. & ver.
quest. xviii. art. 7. ad 7.

AD decimumquintum sic proceditur. Vi-
detur quod prudentia insit nobis a na-
tura. Dicit enim Philosophus in VI. Eth.
(cap. xi.) quod ea quae pertinent ad pru-
dentiam, naturalia videtur esse, scilicet syne-
sis, gnome, & hujusmodi (1) non autem ea
quae pertinent ad sapientiam speculativam.
Sed eorum quae sunt unius generis, eadem
est originis ratio. Ergo etiam prudentia in-
est nobis a natura.

2. Præterea. Atatum variatio est secun-
dum naturam. Sed prudentia consequitur ex-
tates, secundum illud Job. xii. 12. *In anti-
quis est sapientia, & in multo tempore pru-
dentia.* Ergo prudentia est naturalis.

3. Præterea. Prudentia magis convenit na-
turæ humanæ quam naturæ brutorum anima-
lium. Sed bruta animalia habent quasdam
naturales prudentias, ut patet per Philoso-
phum in VIII. de hist. animal. (cap. i. &
Lib. IX. cap. v. & vi.) Ergo prudentia est
naturalis.

Sed contra est quod Philosophus dicit in
II. Ethic. (cap. i.) (2) quod *virtus intel-
lectualis ut plurimum ex doctrina haberet & ge-
nerationem, & augmentum: ideo experimen-
tum indigeret, & tempore.* Sed prudentia est vir-
tus intellectualis, ut supra habitum est (art.
4. hu. quest.) Ergo prudentia non inest no-
bis a natura, sed ex doctrina & experimento.

Respondeo dicendum, quod, sicut ex præ-
missis patet (art. 2. & 3. hu. quest.) pru-
dentia includit cognitionem & universalium,
& singularium operabilium, ad quae prudens
universalia principia applicat.

Quantum ergo ad universalium cognitio-

nem, eadem ratio est de prudentia, & sci-
entia speculativa: quia utriusque prima prin-
cipia universalia sunt naturaliter nota, ut ex
supra dictis patet (art. 6. hu. quest.) nisi
quod principia communia prudentia sunt ma-
gis connaturalia homini. Ut enim Philosophus
dicit in X. Eth. (3) *vita que est secun-
dum speculationem, est melior quam que est
secundum hominem.* Sed alia principia uni-
versalia posteriora, sive sint rationis specula-
tivæ, sive practicæ, non habentur per natu-
ram, sed per inventionem secundum viam
experimenti, vel per disciplinam.

Quantum autem ad præticularem cognitio-
nem eorum circa quae operatio consistit, est
iterum distinguendum: quia operatio consi-
stit circa aliiquid vel sicut circa finem, vel
sicut circa ea quae sunt ad finem. Fines au-
tem recti humanæ vitæ sunt determinati: &
ideo potest esse naturalis inclinatio respectu
horum finium, sicut supra dictum est (1.
2. quest. lxiiii. art. 1. & 2.) quod quidam
habent ex naturali dispositione quasdam vir-
tutes, quibus inclinantur ad rectos fines; &
per consequens etiam habent naturaliter re-
ctum judicium de hujusmodi finibus.

Sed ea quae sunt ad finem in rebus huma-
nis non sunt determinata, sed multipliciter
diversificantur secundum diversitatem perso-
narum, & negotiorum. Unde quia inclina-
tio naturæ semper est ad aliiquid determina-
tum, talis cognitione non potest homini inesse
naturaliter; licet ex naturali dispositione unus
sit aptior ad hujusmodi discernenda quam aliis,
sicut etiam accedit circa conclusiones specula-
tivarum scientiarum. Quia ergo prudentia
non est circa fines, sed circa ea quae sunt ad
finem, ut supra habitum est (art. 6. hu.
quest.) ideo prudentia non est naturalis.

Ad primum ergo dicendum, quod Philoso-
phus ibi loquitur de pertinentibus ad pru-
dentiam, secundum quod ordinatur ad fines.
Unde supra præmisserat (ibid.), quod *prin-
cipia sunt ejus quod est cupus gratia,* idest fi-
nis: & propter hoc non facit inter ea men-
C 2 tio-

(1) De quibus nominatim agetur quest. sequenti-
cum prudentiae partes assignabuntur, & vocabula il-
la syn sis, gnome vel familia græca ibi referenda,
explicabuntur ad calcem.

(2) Statim ab initio libri, ubi etiam propterea
moralem appellari virtutem notat quod nonnisi per
consuetudinem acquiratur, ex græco ἀριθμονονον
(inquit) mutatione facta vocis ἀριθμονονον, que significat mo-
rem unde virtus moralis appellatur.

(3) Ex cap. 7. græco-lat. colligitur, vel in anti-

quis 11. & apud S. Thomam lect. 11. *Intellectus
operatio* (inquit) *cum sit contemplativa, est perfe-
cta hominis felicitas;* *præstans ubi vita longitudinem
consequuta est plenaria & perfecta,* quia nihil
corum que ad felicitatem spectans, imperfectum est:
*Ac talis quidem vita præstanter est quam ut homi-
ni conveniat:* (εριττον γε κατ' αὐτον) quod sicut
hic vetus Interpres reddit, *meliior quam secundum
hominem.* *Nos enim ut est homo, sic vivem, sed qua-
tenus divinum quiddam in eo est,* &c.

tionem de eubulia, (1) quæ est consiliativa eorum quæ sunt ad finem.

Ad secundum dicendum, quod prudentia magis est in senibus, non solum propter naturalem dispositionem quietantem motum passionum sensibilium, sed etiam propter experientiam longi temporis. (2)

Ad tertium dicendum, quod etiam in bruti animalibus sunt determinatae viæ perveniendi ad finem: unde videmus quod omnia animalia ejusdem speciei similiter operantur. Sed hoc non potest esse in homine propter rationem ejus, quæ cum sit cognoscitiva universalium, ad infinita singularia se extendit.

A P P E N D I X.

EK articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatam a scripturis, & philosopho fuisse, quod prudentia non est nobis a natura: insinuantur autem per dictum Job duodecimo, *in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia*. Si enim nobis inesset prudentia a natura, tunc esset tam in juvenibus, quam in senioribus: quoniam juvenes sunt in natura pares senioribus. Non ergo oportuisset ad differentiam juvenum dicere: quod in antiquis, seu in multo tempore, est prudentia: per tale igitur dictum intelligi datur, quod prudentia non est naturalis, idest non inesset nobis a natura: item per hoc, quod 3. Reg. 12. narratur, consilium seniorum Roboam Regi datum fuisse bonum, consilium autem juvenum fuisse malum, & instantum, ut Rex ipse sequendo consilium juvenum postposito illo seniorum imprudentissime fecerit, regni amissione inde secuta testante: per hoc ergo, quod experimento scriptura hæc docet, in antiquis esse prudentiam, non in juvenibus, attenta longitudine temporis, docet simul: quod prudentia non inesset nobis a natura. Discurse, ut supra, Job duodecimo; item a philosopho per hoc, quod dicit secundo Ethicorum, quod *virtus intellectualis*, &c. ut in argumento contrar.

explicatur. Secundo vides: quomodo ex iis bene consideratis, & applicatis declaretur, &c.

Utrum prudentia possit amitti per oblivionem.

1. 2. quest. llll. art. 1. corp. & ver. quest. xviii. art. 7. ad 6.

AD decimumsextum sic proceditur. Videatur quod prudentia possit amitti per oblivionem. Scientia enim, cum sit necessaria, est certior quam prudentia, quæ est contingentium operabilium. Sed scientia amittitur per oblivionem. Ergo multo magis prudentia.

2. Præterea. Sicut Philosophus dicit in II. Ethic. (3) *virtus ex eisdem generatur, & corrumptitur contrario modo factis*. Sed ad generationem prudentiæ necessarium est experimentum, quod fit ex multis memoriis, ut dicitur in princ. Metaphysic. Ergo cum oblivio memoriarum opponatur, videtur quod prudentia per oblivionem possit amitti.

3. Præterea. Prudentia non est sine cognitione universalium. Sed universalium cognitione potest per oblivionem amitti. Ergo & prudentia.

Sed contra est quod Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. v. in fin.) quod *oblivio est artis, & non prudentie*.

Respondeo dicendum, quod *oblivio respicit cognitionem tantum: & ideo per oblivionem potest aliquis artem totaliter perdere, & similiter scientiam, quæ in ratione consistunt*. Sed prudentia non consistit in sola cognitione, sed etiam in appetitu; quia, ut dictum est (art. 8. hu. quest.) *principalis ejus actus est præcipere, quod est applicare cognitionem habitam ad appetendum, & operandum*. Et ideo prudentia non directe tollitur per oblivionem; sed magis corrumptitur per passiones: dicit enim Philosophus in VI. Ethic.

(1) Quæ juxta græcæ vocis propriam notionem idem est ac bona consilio (εὐβολία.)

(2) Quo sensu Gregorius ad supradicta verba lib. xi. Moral. cap. 4. *Illa in sapientia radice solidata sunt (inquit) que per vivendi usum etiam attuum experimento convalescent.*

(3) Partim cap. 1. quantum ad primam appendicem, quod per eadem omnis virtus & acquiritur & corrumptitur: Partim cap. vel 2. græco-latino vel 3.

quoad intrinque paulo aliter; nempe quod ex eisdem virtutis augentur & corrumperuntur, non similiter factis, idest non eodem se habentibus modo &c. Sequens autem appendix tum ex cap. 5. græco-latini colligitur tum ex cap. 4. in antiquis & apud S. Thomam lect. 4. ubi hoc de opinione indicare videtur, sed perinde est, cum in opinione ipsa versari artem paulo ante indicet.

Ethic. (1) quod *delectabile*, & tristis *perverrit estimationem prudentie*. Unde Dan. xiiii. 56. dicitur: *Species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum*: & Exod. xxiiii. 8. dicitur: *Ne accipias munera, que excecas etiam prudentes*.

Oblivio tamen potest impedire prudentiam, in quantum procedit ad præcipiendum ex aliqua cognitione, quæ per oblivionem tolli potest.

Ad primum ergo dicendum, quod scientia est in sola ratione: unde de ea est alia ratio, ut supra dictum est (in corp. & i. 2. quæst. lxxx. art. 1.)

Ad secundum dicendum, quod experimentum prudentiæ non acquiritur ex sola memoria, sed ex exercitio recte præcipiendi.

Ad tertium dicendum, quod prudentia principaliiter consistit non in cognitione universalium, sed in applicatione ad opera, ut dictum est (in cor. & art. 3. hu. quæst.) Et ideo oblivio universalis cognitionis non corrumpit id quod est principale in prudentia, sed aliquod impedimentum ei affert, (3) ut dictum est (in corp. art.)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & philosopho, quod prudentia non amittitur per oblivionem, sed per passiones; insinuatur autem per dictum illud 6. Ethicorum; *Oblivio est aris, & non prudentie; insinuatur & Dan. 13. de senibus illis scriptura narrante imprudentiam maximam, in facto Susannæ; patet enim, quod illi senes, tum propter longitudinem temporis in officio judicandi, tum propter actuale exercitium illo anno sibiipsis incumbens, non erant obliviousi prudentiæ servari debitæ: & ex consequenti patet, quod per oblivionem eorum prudentia non fuit amissa, sed propter aliquid aliud. Quid autem fuerit illud aliud, explicat ibi Daniel, quod fuit passio: idem apparet i. Reg. 8. per hoc, quod ibi narratur, filios Samuelis amisisse prudentiam in judican-*

do: probabilissimum autem est, quod non erant obliviousi prudentiæ, qualiter scilicet servanda esset, tum propter exercitium officiū judicandi, tum propter patris viventis adhuc instructionem quasi continuam, & consequenter, quod non propter oblivionem, sed propter aliud amiserunt prudentiam. Quid autem fuerit illud aliud, explicatur ibi: quod fuit passio avaritiae. Secundo vides & quomodo &c.

Q U Ä S T I O XLVIII.

De partibus prudentiæ.

DEinde considerandum est de partibus prudentiæ: & circa hoc queruntur quartuor. Primo quæ sint partes prudentiæ; secundo de partibus quasi integralibus ejus; tertio de partibus subjectivis ejus; quarto de partibus potentialibus.

A R T I C U L U S U N I C U S. 274

Utrum convenienter assignentur tres partes prudentiæ.

*Inf. quæst. xl ix. & III. dis. xxxiiii,
quæst. III. art. I.*

AD primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur tres partes prudentiæ. Tullius enim in II. Rethor. (scil. de invent. aliquant. ante fin.) ponit tres partes prudentiæ scilicet *memoriam, intelligentiam, & providentiam*. Macrobius autem (Lib. I. in somn. Scip. cap. viii. citr. med.) secundum sententiam Plotini attribuit prudentiæ sex, scilicet *rationem, intellectum, circumspectionem, providentiam, docilitatem, & cautionem*. Aristoteles autem in VI. Ethic. (3) dicit, ad prudentiam pertinere *cubilium, synesim, & gnomem*. Facit etiam mentionem circa prudentiam de *eustochia, & solertia, sensu, & intellectu*. Quidam autem alias Philosophus Græcus (Andronicus) (4) dicit, quod ad prudentiam decem pertinent scilicet *cubilia, soler-*

(1) Cap. jam proxime notato, ubi non qualemcamque vel de quibuscumque objectis estimationem corrupti per tristia vel delectabilia notat, sed eam tantum quæ de practicis habet judicare; qualis ad prudentiam spectat.

(2) Hinc fabula Palladis Diomedi nebulam quamdam abtergentis ut ab iniquo sequum signoscere ac discernere posset: Quam de curatione græcarum affectionum lib. 1. Theodoretus refert & in præsentem

sensum accommodat.

(3) Ut cap. 10. & 11. græco-lat. videre est, vel cap. 8. in antiquis & apud S. Thomam lect. 8.

(4) Quem jam in Sententiis expressimus, ubi & Philosophum quendam Græcum appellat ut hic S. Thomas: Expressæ autem Andronicum in hac eadem parte quæst. 128. ubi partes fortitudinis enumerat; non sub nomine Philosophi Græci ut hic.

solerteria, providentia, regnativa, militaris, politica, economica, dialectica, rhetorica, & physica. Ergo videtur quod vel una assignatio sit superflua, vel alia diminuta.

2. Præterea. Prudentia dividitur contra scientiam. Sed politica, economica, dialectica, rhetorica, physica sunt quædam scientia. Non ergo sunt partes prudentiarum.

3. Præterea. Partes non excedunt totum. Sed memoria intellectiva, vel intelligentia, ratio, sensus, & docilitas non solum pertinent ad prudentiam, sed etiam ad omnes habitus cognoscitivos. Ergo non debent poni partes prudentiarum.

4. Præterea. Sicut consiliari, & judicare, & præcipere sunt actus rationis practicæ; ita etiam uti, sicut supra habitum est (1. 2. quæst. xvi. art. i.) Sicut ergo ebulia adiungitur prudentia, quæ pertinet ad consilium, & synesis, & gnome, quæ pertinent ad judicium; ita etiam debuit poni aliquid pertinens ad usum.

5. Præterea. Sollicitudo ad prudentiam pertinet, sicut supra dictum est (1) Ergo etiam inter partes prudentiarum sollicitudo poni debuit.

Respondeo dicendum, quod triplex est pars; scilicet integralis, ut paries, tectum, & fundamentum sunt partes domus: subjectiva, sicut bos, & leo sunt partes animalis; & potentialis, sicut nutritivum, & sensitivum, sunt partes animæ. Tribus ergo modis possunt assignari partes alicui virtuti. Uno modo ad similitudinem partium integralium; ut scilicet illa dicantur esse partes virtutis aliquujus quæ necesse est concurrere ad perfectum actum virtutis illius. Et sic ex omnibus enumeratis possunt accipi octo partes prudentiarum, scilicet sex quas enumerat Macrobius; quibus addenda est septima, scilicet *memoria*, quam ponit Tullius, & *eustochia*, sive *solerteria*, (2) quam ponit Aristoteles (locis cit. in arg. i.) nam sensus prudentiarum etiam *intellectus* dicitur. Unde Philosophus dicit in VI. Ethic.

(cap. xi. cir. med.) *Florum ergo sportes habere sensum, hic autem est intellectus.* Quorum octo quinque pertinent ad prudentiam, secundum id quod est cognoscitiva, scilicet *memoria, ratio, intellectus, docilitas, & solerteria*; tria vero alia pertinent ad eam, secundum quod est præceptiva, applicando cognitionem ad opus, scilicet *providentia, circumspectio, & casuio*. Quorum diversitatis ratio patet ex hoc quod circa cognitionem tria sunt consideranda. Primo quidem ipsa cognitionis, quæ si sit præteriorum, est *memoria*; si autem præsentium, sive contingentium, sive necessariorum, vocatur *intellectus*, sive *intelligentia*. Secundo ipsa cognitionis acquisitionis, quæ sit vel per disciplinam, & ad hoc pertinet *docilitas*; vel per inventionem, & ad hoc pertinet *eustochia*, quæ est bona conjecturatio: hujus autem pars, ut dicitur in VI. Ethic. (3) est *solerteria*, quæ est velox conjecturatio medii, ut dicitur I. Poster. (tex. ult.). Tertio considerandus est usus cognitionis, secundum scilicet quod ex cognitis aliquis procedit ad alia cognoscenda, vel judicanda: & hoc pertinet ad *rationem*. Ratio autem ad hoc quod recte præcipiat, tria debet habere. Primo quidem ut ordinet aliquid accommodum ad finem; & hoc pertinet ad *providentiam*: secundo ut attendat circumstantias negotii; quod pertinet ad *circumspectionem*: tertio ut vitet impedimenta: quod pertinet ad *cautio-* *nem*.

Partes autem subjectivæ virtutis dicuntur species ejus diversæ. Et hoc modo partes prudentiarum, secundum quod proprie sumuntur, sunt prudentia per quam aliquis regit seipsum: & prudentia per quam aliquis regit multitudinem: quæ differunt specie, ut dictum est (quæst. xvi. art. ii.) (4) Et iterum prudentia quæ est multitudinis regitiva, dividitur in diversas species, secundum diversas species multitudinis. Est enim quædam multitudo adunata ad aliquod speciale negotium: (5) sicut

(1) In hac eadem parte quæst. 47. art. 9. qui expresse hoc tractat & concludit. Proinde argumentum *Sed contra*, quod ibidem ponitur, potest hoc applicari ad hujus quinque objectionis probationem confirmandam. Pro hujus autem loci argumento *Sed contra*, quod hic & passim deest, potest assumi authoritas Aristotelis tres illas partes assignantibus.

(2) Ex græco *δεσμία* veluti *bona conjecturatio*, qualis ad solerteriam spectat: Sic autem eam ponit Aristoteles ubi supra cap. 10. græco-latin. sexti Ethicorum vel cap. 8. in antiquis & apud S. Thomam lect. 8. Sequens autem appendix ex cap. 12. græco-lat. de-

sumpta est, vel in antiquis 9. & apud S. Thomam lect. 9.

(3) Cap. jam notato, ubi appellat *άγχιστος*. Explicat autem lib. I. Posteriorum prope finem *άγχιστης εἰς ανέτρη χρήση* quasi dicat *bona conjecturatio in tempore imperceptibili occurrentis*; quod idem est ac ex veteri versione *velox conjecturatio*, &c.

(4) Ubi hoc ex profeso queritur & tractatur.

(5) Quod geritur ad tempus tantum, non autem per se totam vitam respicit, sicut aliud sequens: *Quamvis & per accidens ad ipsam totam extendi possit, si quis a militia nolit abstinere.*

sicut exercitus congregatur ad pugnandum ; cuius regativa est *prudentia militaris*. Quædam vero multitudo est adunata ad totam vitam , sicut multitudo unius domus , vel familie ; cuius regativa est *prudentia æconomica* : & etiam multitudo unius civitatis , vel regni ; cuius quidem regula directiva est in Principe *regnatus*, in subditis autem *polisca* simpli- citer dicta .

Si vero prudentia sumatur large , secundum quod includit etiam scientiam specula- tivam , ut supra dictum est (1) tunc etiam partes ejus ponuntur *dialectica* , *rēborica* , & *physica* , secundum tres modos procedendi in scientiæ : quorum unus est per demonstratio- nem ad scientiam causandam ; quod pertinet ad *physicam* , ut sub *physica* intelligentur omnes scientiæ demonstrativæ : alias modus est ex probabilibus ad opinionem faciendam ; quod pertinet ad *dialecticam* : tertius modus est ex quibusdam conjecturis ad suspicionem inducendam , vel ad aliqualiter persuadendum ; quod pertinet ad *rētoricam* (2) . Po- test tamen dici , quod hæc tria pertinent ad prudentiam etiam proprie dictam , quæ ra- tiocinatur interdum quidem ex necessariis , interdum ex probabilibus , interdum autem ex quibusdam conjecturis .

Partes autem potentialies alienius virtutis dicuntur virtutes adjunctæ , quæ ordinantur ad aliquos secundarios actus , vel materias , quasi non habentes totam potentiam princi- palis virtutis . Et secundum hoc ponuntur partes prudentiæ *eubulia* , quæ est circa con- filium ; *synesis* ; quæ est circa judicium eo- rum quæ secundum regulas communes fiunt : & *gnome* , quæ est circa judicium eorum in quibus oportet quandoque a communi lege recedere : *prudentia* vero est circa principia- lem actum , qui est præcipere .

Ad primum ergo dicendum , quod diver- se assignationes differunt , secundum quod diversa genera partium ponuntur , vel secun- dum quod sub una parte unius assignationis includuntur multæ partes alterius assignatio-

nis ; sicut Tullius sub providentia includit *cautionem* , & *circumspectionem* ; sub intelli- gentia autem *rationem* , *docilitatem* , & *so- lertiam* .

Ad secundum dicendum , quod œconomi- ca , & politica non accipiuntur hic , secun- dum quod sunt scientiæ , sed secundum quod sunt prudentiæ quædam . De aliis autem tri- bus patet responso ex dictis (in corp. ar.)

Ad tertium dicendum , quod omnia illa ponuntur partes prudentiæ , non secundum suam communitatem , sed secundum quod se habent ad ea quæ pertinent ad prudentiam .

Ad quartum dicendum . quod recte præci- pere , & ratione uti semper se concomitan- tur : quia ad præceptum rationis sequitur obedientia inferiorum virium , quæ pertinent ad usum .

Ad quintum dicendum , quod sollicitudo includitur in ratione providentia .

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per ratio- nem ostendas , & in recto sensu intelligas , merito fuisse insinuata a scripturis , &c. illa , quæ dicentur in appendicibus per ordi- nem incipiendo ab ar. i. q. 49. usque ad ar. 4. q. 51. Illucunque enim tractantur sing- llatim ea , quæ in praesenti ar. summatim tradita sunt. Secundo vides : quomodo &c.

Q U Ä S T I O XLIX.

De singulis prudentie partibus quasi integralibus ,

In octo articulos divisa .

Dinde considerandum est de singulis pru- dentiæ partibus quasi integralibus : & circa hoc queruntur octo .

Primo de memoria .

Secundo de intellectu , vel intelligentia .

Tertio de docilitate .

Quar-

(1) Eadem quæ jam supra indicata est 47. quæst. art. 1. ad 3. ut prius indicabatur ad marginem ; sive potius art. 16. ad 3. ut melius reponi debet .

(2) Non quod etiam aliquando *Physica* probabilis , *Dialectica* necessariis , & *Rētorica* quoque ipsa in suum finem uti non possit : Sed quod propria singularium ratio per se sic ab aliis distinguitur . *Dialectica* porro non est intelligenda illa *docens* , quæ non minus necessariis principiis nititur suo modo quam scientiæ omnes , nec nisi per alias demonstrationes

acquiri potest ; sed potius *Dialectica* *utens* quæ in singulis rebus probabiliter materiam suggestit differen- di : Vel intelligi debet non illa pars *Dialecticæ* sci- entifica quæ regulas etiam demonstrationis præbet , sed illa tantum quæ regulas generaliter argumentandi tradit , & ex probabilibus concludendi ; Unde *dialecti- cum syllogismum* appellat paſſim Philosophus eodem sensu quo *probabilem* , & propositionem *dialecticam* vel *problemam dialecticum* eodem sensu quo quæſio- nem probabiliter & ex utraque parte disceptandam .

- Quarto de solertia.
 Quinto de ratione.
 Sexto de providentia.
 Septimo de circumspectione.
 Octavo de cautione.

A R T I C U L U S I . 275

Utrum memoria sit pars prudentiae.

Sup. quest. xlvi. & III. dist. xxxviii.
quest. iii. art. 1. quæst. i.

AD primum sic proceditur. Videtur quod memoria non sit pars prudentiæ. Memoria enim, ut dicit Philosophus (Lib. de mem. & reminisc. cap. 1.) (1) est in parte animæ sensitiva. Prudentia autem est in racionativa, ut patet in VI. Eth. (cap. v.) Ergo memoria non est pars prudentiæ.

2. Præterea. Prudentia per exercitium acquiritur, & perficitur. Sed memoria inest nobis a natura. Ergo memoria non est pars prudentiæ.

3. Præterea. Memoria est præteriorum, prudentia autem est futurorum operabilium, de quibus est consilium, ut dicitur in VI. Ethic. Ergo memoria non est pars prudentiæ.

Sed contra est quod Tullius in II. Reth. (sc. de invent. aliquant. ante si.) ponit memoriam inter partes prudentiæ.

Respondeo dicendum, quod prudentia est circa contingentia operabilia, sicut dictum est (quæst. xlvi. art. 2.) (2) In his autem non potest homo dirigi per ea quæ sunt simpliciter, & ex necessitate vera, sed ex his quæ ut in pluribus accident. Oportet enim principia conclusionibus esse proportionata, & ex talibus talia concludere, ut dicitur in VI. Ethicor. (3) Quid autem in pluribus sit verum, oportet per experimentum considerare. Unde & in II. Ethic. (in princ.) Philosophus dicit, quod *virtus intellectus habet generationem, & augmen-*

sum ex experientia, & tempore. Experimentum autem est ex pluribus memoriis, ut patet in I. Met. (cap. 1.) unde consequens est quod ad prudentiam requiritur plurium memoriam habere.

Unde convenienter memoria ponitur pars prudentiæ.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut dictum est (quæst. xlvi. art. 3.) prudentia applicat universalem cognitionem ad particularia, quorum est sensus: unde multa quæ pertinent ad partem sensitivam, requiruntur ad prudentiam, inter quæ est memoria.

Ad secundum dicendum, quod sicut prudentia aptitudinem quidem habet ex natura, sed ejus complementum est ex exercitio, vel gratia; ita etiam, ut Tullius dicit in sua Reth. (4) memoria non solum a natura perficitur, sed etiam haber plurimum artis, & industriæ: & sunt quatuor per quæ homo proficit in bene memorando. Quorum primum est ut eorum quæ vult memorari, quasdam similitudines assumat convenientes, nec tamen omnino consuetas: quia ea quæ sunt inconsueta, magis miramur, & sic in eis animus magis, & vehementius detinetur ex quo sit quod eorum quæ in pueritia vidiimus, magis memoremur. Ideo autem necessaria est hujusmodi similitudinum, vel imaginum adinventio, quia intentiones simplices, & spirituales facilius ex animo elabuntur, nisi quibusdam similitudinibus corporalibus quasi alligentur: quia humana cognitio potentior est circa sensibilia: unde & memorativa (5) ponitur in parte sensitiva. Secundo oportet ut homo ea quæ memoriter vult tenere, sua consideratione ordinate disponat, ut ex uno memorato facile ad aliud procedatur. Unde Philosophus dicit in Lib. de memoria (cap. ii. a med.) *A locis videntur reminisci aliquando. Causa autem est, quia velociter ab alio in aliud veniunt. Tertio oportet ut homo sollicitudinem apponat,* & af-

(1) Sicut quod sequitur Eth. 6. cap. 5. græco-lat. vel in antiquis 4. indicatur: Ut & alia sequens appendix tum cap. 2. tum 7.

(2) Ubi queritur: *Utrum pertineat ad scientiam practicam.*

(3) Implicè cap. 1. sed expressius 3. tum in græco-latini, tum in antiquis: Appendix autem sequens ex initio ipso libri 2. Ethicorum sumpta est paulo aliter & plenius: *Intellectiva virtus ex doctrina us plurimum & generationem & incrementum habet;*

Unde & experientia & multo tempore indiges, &c.

(4) Sive lib. 3. Rethoricorum ad Herennium, quæ incerti authoris tamen putantur esse, vel a quibusdam Cornificio attribuntur, ut inscriptio ipsa notat.

(5) Una ex quatuor internis potentiis quæ sensitivæ interiores appellantur: Alloqui etiam est aliqua intellectiva memoria longè differens, quasi conservativa intelligibilium specierum; de qua vulgare illud ex Philosopho mutuatum: *Tunc scimus quantum memoria tenemus.*

& affectum adhibeat ad ea quæ vult memorari : quia quanto aliquid magis fuerit impressum animo , tanto minus elabitur . Unde & Tullius dicit in sua Rethor . (Lib . III . ad Heren . versus fi .) quod *sollicitudo conservat integras simulacrorum figuras* . Quarato oportet quod ea frequenter meditemur quæ volumus memorari . Unde Philosophus dicit in Lib . de memoria (loc . sup . cit .) quod *meditationes memoriam salvant* : quia , ut in eodem Lib . (ibid .) dicitur , *confuetudo est quasi natura* . Unde quæ multoties intelligimus , cito reminiscimur , quasi naturali quodam ordine ab uno ad aliud procedentes .

Ad tertium dicendum , quod ex præteritis oportet nos quasi argumentum sumere de futuris : & ideo memoria præteriorum necessaria est ad bene confiliandum de futuris .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum suis se a scripturis , & Tullio ; quod memoria est pars prudentiæ . Tullius quidem 2 . Reth . ponit memoriam inter partes prudentiæ , ut etiam q . 48 . a . 1 . ad 1 . allegatum fuit . Insinuatur & a lib . Judiis per hoc , quod ibi c . 5 . narratur , quod Achior prudenter de populo Iudeorum locutus ad Holofernem ; & quod istam suam in consulendo prudentiam colligit ex memoriis præteriorum factorum , puta circa mare rubrum , circa manna , circa viتورias contra Chananæos , &c . Vide tu ibi . Secundo vides ; quomodo &c .

A R T I C U L U S II . 276

Utrum intellectus sit pars prudentiæ .

*Sup . quest . xlvi . & III . dist . xxxiv .
quest . iii . art . 1 . quest . i .*

AD secundum sic proceditur . Videtur quod intellectus non sit pars prudentiæ . Eorum enim quæ ex opposito dividuntur .

Summ . S . Th . Tom . VII .

tur , unum non est pars alterius . Sed intellectus ponitur virtus intellectualis condivisa prudentiæ , ut patet in VI . Ethic . (1) Ergo intellectus non debet poni pars prudentiæ .

2 . Præterea . Intellectus ponitur inter dona Spiritus sancti , & correspondet fidei , ut supra habitum est (quest . viii . art . 2 . & 8 .) Sed prudentia est alia virtus a fide , ut per supra dicta patet (quest . iv . art . 5 . & 1 . 2 . quest . lxii . art . 2 .) Ergo intellectus non pertinet ad prudentiam .

3 . Præterea . Prudentia est singularium operabilium , ut dicitur in VI . Ethicor . (cap . vii . & viii .) Sed intellectus est universalium cognoscitivus , & immaterialium , ut patet in III . de Anima (tex . 38 . & 39 .) Ergo intellectus non est pars prudentiæ .

Sed contra est quod Tullius (Lib . II . de invent . aliquant . ante fi .) ponit *intelligentiam* partem prudentiæ , & Macobrius (Lib . I . in somn . Scip . cap . viii . cit . med .) *intellectum* ; quod in idem reddit .

Respondeo dicendum , quod intellectus non sumitur hic pro potentia intellectiva , sed prout importat quamdam rectam estimationem aliquujus extremi principii , quod accipitur ut per se notum ; sicut & prima demonstrationum principia intelligere dicimus . Omnis autem deductio rationis ab aliquibus procedit , quæ accipiuntur ut prima . Unde oportet quod omnis processus rationis ab aliquo intellectu procedat . Quia ergo prudentia est recta ratio agibilium , ideo necesse est quod totius processus prudentiæ ab intellectu derivetur .

Et propter hoc intellectus ponitur pars prudentiæ .

Ad primum ergo dicendum , quod ratio prudentiæ terminatur , sicut ad conclusionem quanidam , ad particulare operabile , ad quod applicat universalem cognitionem , ut ex dictis patet (quest . xlvi . art . 3 . & 6 .) Conclusio autem singularis syllogizatur (2) ex universalis , & singulari propositione . Unde oportet quod ratio prudentiæ ex duplice intellectu procedat . Quorum unus est qui est cognoscitivus universalium ; quod pertinet ad intellectum ,

D Etum ,

(1) Ex cap . 3 . & ex cap . 6 . græco-latino colliguntur , vel 3 . & 5 . in antiquis , ubi virtutes intellectuales enumerantur ex professo . Appendix autem quæ subiungitur paulo infra cap . tum 8 . græco-latino tum etiam 9 . habetur , vel in antiquis partim 6 . partim 7 . & apud S . Thomam ibidem respective : Tullii quoque dictum ex lib . 2 . de inventione rethorica & Macobrii lib . 1 . super somnium Scipionis de-

sumi potest : Sic enim alter ut jam supra num . 260 . *Partes ejus* (nimurum prudentiæ) *memoria , intelligentia , providentia* : Sed cap . 8 . alter : *Providentia insunt ratio , intellectus , circumspectio , prudentia &c.*

(2) Sive syllogistica deducitur : Puta sic : *Omnes bonum appetendum est : Hoc est bonum : Ergo appetendum est hoc &c.*

Etum, qui ponitur virtus intellectualis, qua naturaliter nobis cognita sunt non solum universalia principia speculatoria, sed etiam practica, sicut *nulli esse maleficendum*, ut ex dictis patet (quæst. xlvi. art. 2. & 3.) Alius autem intellectus est, qui, ut dicitur in VI. Ethicor. (1) est cognoscitivus extremi, id est alicujus primi singularis, seu principii contingentis operabilis propositionis, scilicet minoris, quam oportet esse singularem in syllogismo prudentiæ, ut dictum est (quæst. xlvi. art. 3. & 6.) Hoc autem principium singulare est aliquis singularis finis, ut dicitur ibidem. Unde intellectus, qui ponitur pars prudentiæ, est quædam recta estimatio de aliquo particulari fine.

Ad secundum dicendum, quod intellectus, qui ponitur donum Spiritus sancti, est quædam acuta perspectio divinorum, ut ex supra dictis patet (quæst. viii.) (2) Alter autem ponitur intellectus pars prudentiæ, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod ipsa recta estimatio de fine particulari, & intellectus dicitur, in quantum est alicujus principii, & sensus, in quantum est particularis. Et hoc est quod Philosophus dicit in VI. Ethicor. (3) *Horum, scilicet singularium, oportet habere sensum; hic autem est intellectus.* Non autem hoc est intelligendum de sensu particulari, quo cognoscimus propria sensibilia, sed de sensu interiori, quo de particulari judicamus.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, Tullio, & Macrobo: quod intellectus est pars prudentiæ. De Tullio, & Macrobo patet in *argum. cont.* & q. 48. *arg. 1.* Insinuatur & per hoc, quod lib. *Judicium 11.* narratur de Jephete, quod ad filios Ammon locutus per nuncios prudenter ostendit eis, quod bella non justa indicabant sibi. Hæc vero prudentia, ut ex prædicto cap. habetur, derivata fuit ex intellectu & victoriarum a Deo Israeli donatarum contra multos Reges,

A R T. II. & III.

& civitatum, atque terrarum eorumdem propter hoc ab Israel juste possessarum. Ex horum siquidem omnium intellectu procedens Jephete, quasi universalem cognitionem ad finem particularem prudenter applicando, talis demum conclusionem, ut ibi textus habet, firmavit inquietus. *Igitur non ego peccavi in te, sed tu contra me male agis indicens miseri bella non justa.* Secundo vides &c.

A R T I C U L U S III. 277

Usrum docilitas debeat poni pars prudensia.

Sup. quæst. xlvi. art. uni. co. & III. dijst. xxxiv. quæst. iii. art. 1.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod docilitas non debeat poni pars prudentiæ. Illud enim quod requiritur ad omnem virtutem intellectualem, non debet appropriari alicui earum. Sed docilitas necessaria est ad quamlibet virtutem intellectualem. Ergo non debet poni pars prudentiæ.

2. Præterea. Ea quæ ad virtutes humanas pertinent, sunt in nobis: (4) quia secundum ea quæ in nobis sunt, laudamur, vel vitoreramur. Sed non est in potestate nostra ut dociles simus; sed hoc ex naturali dispositione quibusdam convenit. Ergo non est pars prudentiæ.

3. Præterea. Docilitas ad discipulum pertinet. Sed prudentia, cum sit præceptiva, videtur magis ad magistros pertinere, qui etiam præceptores dicuntur. Ergo docilitas non est pars prudentiæ.

Sed contra est quod Macrobius (Lib. I. in somn. Scip. cap. viii.) secundum sententiam Plotini (5) ponit *docilitatem* inter partes prudentiæ.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc. ad 1.) prudentia consistit circa particularia operabilia; in quibus cum sint quasi infinitæ diversitates, non possunt ab uno homine sufficienter omnia considera-

(1) Non sicut prius indicabatur ad marginem cap. 11. sed vel 12. græco-lat. vel in antiquis 9. & apud S. Thomam lect. 9.

(2) Vetus ex articulo 1. & 2. prius indicabatur ad marginem, sed non minus ex quarto & adjunctis defumis potest, ubi hebetudini opponitur.

(3) Ubi supra cap. 12. græco-lat. vel in antiquis 9. pro quo & 11. prius notabatur.

(4) Vetus sunt in potestate nostra seu arbitrio nostro

subsunt, ex vulgata Græcorum phrasí; qua ταὶ εἰς συνέσις usurpant; & hoc sensu hic sumi ex adjunctis manifestum est, non quod solum ut in subiecto fiat in nobis.

(5) Ut est in Manuscripto & Exemplari Duacensis, ex Macrobius textu qui sic habet: *Plotinus in his Philosophia professores cum Platone Princeps libro de virtutibus, &c.* Non ergo legi debet Platonis, ut alia Exemplaria passim legunt.

A P P E N D I X .

derari, nec per modicum tempus, sed per temporis diuturnitatem. Unde in his quæ ad prudentiam pertinent, maxime indiget homo ab alio erudiri, & præcipue ex senibus, qui sanum intellectum adepti sunt circa fines operabilium. Unde Philosophus dicit in VI. (1) Ethicor. Oportet attendere expertorum, & seniorum, & prudentium indemonstrabilibus enumerationibus, & opinionibus, non minus quam demonstrationibus: propter experientiam enim vident principia. Unde & Proverb. III. 5. dicitur: Ne innitaris prudentia tua: & Eccli. vi. 36. dicitur: In multitudine presbyterorum (idest seniorum) (2) prudentium sit, & sapientie illorum ex corde conjungere. Hoc autem pertinet ad docilitatem ut aliquis sit bene disciplinæ susceptivus.

Et ideo convenienter docilitas ponitur pars prudentiaz.

Ad primum ergo dicendum, quod etsi docilitas utilis sit ad quamlibet virtutem intellectualē, præcipue tamen ad prudentiam pertinet, ratione iam dicta (in corp.)

Ad secundum dicendum, quod docilitas, sicut & alia quæ ad prudentiam pertinent, secundum aptitudinem quidem est a natura; sed ad ejus consummationem plurimum valet humanum studium, dum scilicet homo sollicitate, frequenter, & reverenter applicat animum suum documentis maiorum, non negligens ea propter ignoriam, nec contemnens propter superbiam.

Ad tertium dicendum, quod per prudentiam aliquis præcipit non solum aliis, sed etiam sibi ipsi, ut dictum est (quæst. xlvi. art. 12. ad 3.) Unde etiam in subditis locum haber, ut supra dictum est (ibid.) ad quorum prudentiam pertinet docilitas: quamvis etiam ipos maiores oporteat dociles quantum ad aliqua esse: quia nullus in his quæ sublunt prudentiaz, sibi quantum ad omnia sufficit, ut dictum est (in cor. art.)

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a scripturis, & Macr. insinuatum, quod docilitas est pars prudentiaz. De Macrobo quidem patet in arg. contr. & qu. 48. arg. 1. Insinuat autem a scripturis per hoc, quod, postquam dictum est Matth. 10. Etsi prudentes, sicut serpentes, postea subditur, dabunt vobis in illa hora, scilicet, dum fueritis ante Reges, & praefides, quid loquamini. Ecce prudentiaz annexatur docilitas, de qua legis Joan. 6. Erunt omnes docibiles Dei: quasi ex ipso ordine dicatur; quod docilitas pertinet ad prudentiam, tamquam pars consequens suum totum. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 278

Utrum solertia sit pars prudentiae.

Sup. quæst. xlvi. art. un. cor. & III. diff. xxxiiii. quæst. III. art. 1. quæst. 5.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod solertia non sit pars prudentiaz. Solertia enim se habet ad facile invenienda media in demonstrationibus, ut patet in I. Posteriorum (tex. ult.) Sed ratio prudentiaz non est demonstrativa, cum sit contingentium. Ergo ad prudentiam non pertinet solertia.

2. Præterea. Ad prudentiam pertinet bene consiliari, ut dicitur in VI. Ethic. (3) Sed in bene consiliando non habet locum solertia, quæ est σοφία in quædam, idest bona conjectratio, quæ est sine ratione, & velox. Oportet autem consiliari tarde, ut dicitur in VI. Ethic. (cap. 12. cir. princ.) Ergo solertia non debet poni pars prudentiaz.

3. Præterea. Solertia, ut dictum est (quæst. præc.) est quædam bona conjecturatio. Sed conjecturis uti est proprium Rethorum. Ergo solertia magis pertinet ad rhetoricam quam ad prudentiam.

D 2

Sed

(1) Ex 11. adhuc sicut supra cap. prius indicabatur ad marginem, sed ex cap. 12. greco vel in antiquis 9. defumptum est, & apud S. Thomam lect. 9.

(2) Juxta significatum græca vocis τὸν προθύτην quæ seniores ut hic significat; etsi aliud modo ex Ecclesiæ usu non ad statem sed ad ministerii dignitatem pertinens dicit; ut suo loco notabitur in supplemento 3. partis, cum de sacris Ordinibus agetur: Annon & huc referri possit illud quod postular Salo-

mo. 3. Reg. 3. vers. 9. *Dabis ergo servu tuo cor docile ut populum tuum judicare possit, & discernere inter bonum & malum &c.* Quasi cor prudens petat, ut & v. 12. indicatur.

(3) Et jam notatum supra ex professo, ac indicatus locus qu. 47. art. 1. Sicut etiam quod oportet consiliari tarde art. 9. questionis ejusdem relatum est, & εὐστοχεία nomen ex græco ἀγωγία quæst. 48. explicatum.

Sed contra est quod Isidorus dicit in Lib. X. Etymolog. (1) *Sollicitus dicitur, quasi solers, & ceterus*. Sed sollicitudo ad prudentiam pertinet, sicut supra dictum est (quest. xlvi. art. 9.) Ergo & solertia.

Respondeo dicendum, quod prudentis est rectam aestimationem habere de operandis. Recta autem aestimatio, sive opinio acquiritur in operativis, sicut in speculativis, duplice: uno quidem modo per se inveniendo; alio modo ab alio addiscendo. Sicut autem docilas ad hoc pertinet ut homo bene se habeat in acquirendo rectam opinionem ab alio; ita solertia ad hoc pertinet ut homo bene se habeat in acquirendo rectam aestimationem per seipsum; ita tamen ut solertia accipiatur pro custochia, cuius est pars. Nam eustochia est bene conjecturativa de quibuscumque; solertia autem est facilis, & prompta conjecturatio circa inventionem mediæ, ut dicitur in I. Posterior. (2) Tamen ille Philosophus qui ponit solertia partem prudentiæ, accipit eam communiter pro omni eustochia: unde dicit; *Solertia est habitus qui provenit ex repente, inveniens quod congruit.* (quest. præc. arg. i.)

Ad primum ergo dicendum, quod solertia non solum se habet circa inventionem mediæ in demonstrativis, sed etiam in operativis; puta cum aliquis videns aliquos alicui amicos factos, conjecturando putat eos suisse inimicos ejusdem, ut ibidem Philosophus dicit. Et hoc modo solertia pertinet ad prudentiam.

Ad secundum dicendum, quod Philosophus unam rationem inducit in VI. Ethic. (3) ad ostendendum, quod eubulia, quæ est bene consiliativa, non est eustochia, cuius laus est in veloci consideratione ejus quod oportet. Potest autem aliquis esse bene consiliatus, et si diutius consilietur, vel tardius: nec tamen propter hoc excluditur quin bona conjecturatio ad bene consiliandum valeat, & quandoque necessaria sit, quando scilicet ex improviso occurrit aliiquid agendum. Et ideo solertia convenienter pars prudentiæ ponitur.

Ad tertium dicendum, quod rhetorica etiam ratiocinatur circa operabilia: unde nihil prohibet idem ad rhetorica, & prudentiam pertinere.

(1) Vel Originum lit. S. in dictione *Sollicitus*, ut & jam supra ex professo relatum qu. 47. art. 9. ubi quæstum nominatum utrum sollicitudo pertineat ad prudentiam. *Solers* porro, sicut ibidem dicit Isidorus, *apud antiquos dicebatur qui erat omni arte bona instructus*: Et hoc Terentianum illud refert, *Adolescentem solersem dabo &c.*

Et tamen conjecturatio hic non sumitur solum, secundum quod pertinet ad conjecturas, quibus utuntur Rethores; sed secundum quod in quibuscumque conjicere dicitur homo veritatem.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, Isidoro, & Philosopho; quod solertia est pars prudentiæ. Intinuatur autem ab Isidoro per etymologiam hujus nominis sollicitus: ut recitat in *arg. cont.* Dic ergo per omnia, ut ibid. Vide & q. 47. a. 9. scilicet que in appendice illius articuli dicta posse etiam applicari ad hunc locum: & consequenter per articuli præsentis rationem, si recta fiat applicatio, ostendi, esse merito a tali, vel tali insinuata. Item per dictum Philosophi idem insinuatur ad litteram expressam supra q. 48. art. 1. arg. 1. Item a Scripturis per hoc, quod in lib. *Judic.* 12. narratur prudentia ipsius Jephthe: quod, scilicet, veloci consilio adinvento (ecce solertia) tempore instantis quasi ex improviso belli, deprehendit quisnam esset suorum, vel inimicorum, id est, qui essent Galaaditæ, vel Ephratæ. Nam cito tamquam solers (nec enim tempus breve patiebatur moram) ad prædictam inventionem, accommodum conjecturavit medium, scilicet, diversam pronunciationem linguarum circa dicti שְׁבִילָת scibboleth, & שְׁבִילָת scibboleth: & inde prudens judicatus est. Secundo vides, quomodo &c.

A R T I C U L U S V. 279

Utrum ratio debeatponi pars prudentiæ.

Sup. quest. xlvi. art. unio. & III. dist. xxxiiii. quest. iii. art. 1. quest. 4.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod ratio non debeatponi pars prudentiæ. Subjectum enim accidentis non est pars ejus. Sed prudentia est in ratione sicut in subjecto, ut

(2) Jam & hoc supra ex capite ultimo notatum est, ubi conjecturationem promptam & velocem indicavimus græci dici εὐσκέπτω χρόνῳ velut imperceptibili tempore.

(3) Ex cap. 10. & 11. græco-lat. colligitur, vel cap. 8. in antiquis & apud S. Thomam lect. 8.

ut dicitur in VI. Ethic. Ergo ratio non debet poni pars prudentia.

2. Præterea. Illud quod est multis commune, non debet aliquius eorum poni pars; vel si ponatur, debet poni pars ejus cui potissimum convenit. Ratio autem necessaria est in omnibus virtutibus intellectualibus, & præcipue in sapientia, & scientia, quæ utuntur ratione demonstrativa. Ergo ratio non debet poni pars prudentia.

3. Præterea. Ratio non differt per essentiam potentia ab intellectu, ut prius habatum est (I. P. quæst. lxxxix. art. 8.) Si igitur intellectus ponitur pars prudentia, superfluum sicut addere rationem.

Sed contra est quod Macrobius (Lib. I. in somm. Scip. cap. viii.) secundum sententiam Plotini, (1) rationem numerat inter partes prudentia.

Respondeo dicendum, quod opus prudentis est esse bene consiliativum, ut dicitur in VI. Ethic. (cap. v.) Consilium autem est inquisitio quædam ex quibusdam ad alia procedens: hoc autem est opus rationis: unde ad prudentiam necessarium est quod homo sit bene ratiocinatus. Et quia ea quæ exiguntur ad perfectionem prudentia, dicuntur quasi integrales partes prudentia, inde est quod ratio inter partes prudentia connumerari debet.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio non sumitur hic pro ipsa potentia rationis, sed pro ejus bono usu.

Ad secundum dicendum, quod certitudo rationis est ex intellectu; sed necessitas rationis est ex defectu intellectus. Illa enim in quibus vis intellectiva plenarie viget, ratione non indigent, sed suo simplici intuitu veritatem comprehendunt, sicut Deus, & Angeli. Particularia autem operabilia, in quibus prudentia dirigit, recedunt præcipue a conditione intelligibilium, & tanto magis, quanto sunt minus certa, seu determinata. Ea enim quæ sunt artis, licet sint singularia, tamen sunt magis determinata, & certa: unde in pluribus corum non est consilium propter certitudinem, ut dicitur in III. Ethic.

(2) Et ideo quamvis in quibusdam aliis virtutibus intellectualibus sit certior ratio quam in prudentia; tamen ad prudentiam maxime requiritur quod sit homo bene ratiocinatus, ut possit bene applicare universalia principia ad particularia, quæ sunt varia, & incerta.

Ad tertium dicendum, quod etsi intellectus & ratio non sint diversæ potentia, tamen dominantur ex diversis actibus. Intellectus enim nomen sumitur ab intima penetratione veritatis; nomen autem rationis ab inquisitione, & discursu. Et ideo utrumque ponitur pars prudentia, ut ex dictis patet (art. 2. hu. quæst. & quæst. xlvi. art. 1.)

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuantum fuisse a scriptura, & Macrob. quod ratio est pars prudentia. De Macrobio patet in arg. contr. & q. 47. art. 1. arg. 1. Insinuantur autem & ab apocryphis Eldæ (hæc est scriptura nondum in canone posita, secundum Concil. Trident. sess. 4.) lib. 3. c. 4. per hoc, quod ibi narratur magna prudentia Zorobabel; & ad hanc optimum rationis discursum intervenisse, ita, ut omnes rationem ipsam dicti prudentissimi ejus audientes, unanimiter conclamaverint: *Magna est veritas, & prævalens*. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis &c.

A R T I C U L U S VI. 280

Utrum providentia debeat poni pars prudentia.

Sup. quæst. xlvi. art. un. corp. & 1. 2. quæst. xxii. art. 1. corp.

AD sextum sic proceditur. Videretur quod providentia non debeat poni pars prudentia. Nihil enim est pars suipius. Sed providentia videret id esse quod prudentia: quia, ut Isidorus dicit in Lib. X. Etymol.

(1) pru-

quæstio sit, Ethicorum 3. lib. cap. 5. græco-lat. vel cap. 8. in antiquis habetur; & lib. 6. ubi iup. cap. 10. græco-latino vel 7. etiam in antiquis.

(2) Capite guidem 5. græco-lat. sed cap. 7. rursus in antiquis, ubi exemplum litterarum assertur quibus non intercidit consultatio vel deliberatio quonodo formandæ sint, quia determinatum & certum est.

(1) Bene modo Plutini habent etiam ea Exemplaria quæ Platoni habebant supra pro Plotino: Sic vel oculatior fuit qui correxit, vel posterior cogitatio prudentior, ut Proverbium græcum doget. Jam notatum est autem ex Macrobio sic haberi. Est quoque prudentis ut sit bene consiliativus, ex Ethicorum 6. indicatum est prius quæst. 47. art. 1. Sed quod consultatio vel consilium quædam inquisitio seu

(1) *prudens dicitur quasi porro videns : & ex hoc etiam nomen providentiaz sumitur, ut Boetius dicit in Lib. V. de consolat. (prosa vi. ante med.) Ergo providentia non est pars prudentiaz.*

2. *Præterea. Prudentia est solum practica. Sed providentia potest etiam esse speculativa : quia visio, ex qua sumitur nomen providentiaz, magis pertinet ad speculativam quam ad operativam. Ergo providentia non est pars prudentiaz.*

3. *Præterea. Principalis actus prudentiaz est præcipere ; secundarius autem est judicare & consiliari. Sed nihil horum videtur importari proprie per nomen providentiaz. Ergo providentia non est pars prudentiaz.*

Sed contra est authoritas Tullii (Lib. II. de invent. aliquant. ante fi.) & Macrobi (2) qui ponunt providentiam partem prudentiaz, ut ex supradictis patet (quest. xlvi.).

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. xlvi. art. 6. & 7.) prudentia proprie est circa ea quæ sunt ad finem ; & hoc ad ejus officium proprie pertinet ut ad finem debite ordinentur : & quamvis aliqua necessaria sint propter finem quæ subjiciuntur divina providentiaz ; humanæ tamen providentiaz non subjiciuntur nisi contingentia operabilia, quæ per hominem possunt fieri propter finem. Præterita autem ita necessitatem quamdam transeunt : quia impossibile est non esse quod factum est. Similiter etiam præsentia, Inquantum hujusmodi, necessitatem quamdam habent : necesse est enim Socratem sedere, dum sedet.

Unde consequens est quod contingentia futura, secundum quod sunt per hominem in finem humanæ vite ordinabilia, pertineant ad providentiam. Utrumque autem horum importatur in nomine providentiaz : importat enim providentia respectum quemdam aliquibus distantis, () ad quod ea quæ in præsenti occurrunt, ordinanda sunt. Unde provi-*

dentia est pars prudentiaz.

Ad primum ergo dicendum, quod quandocumque multa requiruntur ad unum, necesse est unum eorum esse principale, ad quod omnia alia ordinantur. Unde in quolibet toto necesse est esse unam formalem partem, & predominantem, a qua totum unitatem habet. Et secundum hoc providentia est principalior inter omnes partes prudentiaz : quia omnia alia quæ requiruntur ad providentiam, ad hoc necessaria sunt ut aliquid recte ordinetur in finem. Et ideo nomen ipsius prudentiaz sumitur a providentia sicut a principaliori sua parte.

Ad secundum dicendum, quod speculatio est circa universalia, & circa necessaria ; quæ secundum se non sunt procul, cum sint ubique, & semper ; etsi sint procul quoad nos, inquantum ab eorum cognitione deficimus. Unde providentia non proprie dicitur in speculativis, sed solum in practicis.

Ad tertium dicendum, quod in recta ordinatione ad finem, qui includitur in ratione providentiaz, importatur rectitudine consilii & judicii, & præcepti, sine quibus recta ordinatio ad finem esse non potest.

A P P E N D I X .

*E*X articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Tullio cum Macrobio, quod providentia est pars prudentiaz. Et quidem de Tullio, & Macrobio patet in arg. co. Q. q. 47. o. 1. arg. 1. Insinuantur & a scripturis per hoc, quod Gen. 27. narratur, quod Rebbecca, ut prudenter faceret, quod intendebat, ad hunc finem, scilicet ut filius suus Jacob consequeretur benedictionem ab Isaac patre ejus, multam providentiam adhibuit circa ipsum Jacob edocendum, vestendum, pellibus cooperiendum, cibis patri gratissimis instruendum. Sed & providentiam magnam

(1) Vel Originum lit. P. in dictione *Prudens*, ut iam plenius annotatum & explicatum quest. 47. art. 1. relatumque ibidem ad calcem quod hic ex Boetio indicatur ; providentiam nempe dici quod *porro* (id est procul) *quasi ab excuso culmine cuncta perspicias*.

(2) De Tullio planum est qui sic supra (seu de inventione rhetorica lib. 2. num. 160. *Prudens est verum bonarum & malarum & utrarumque scientia* ; *Partes ejus memoria, intelligentia, providentia* : Sed Macrobius paulo aliter ubi supra (seu lib. 1. super somnium Scipionis) *Est politica prudentia ad rationis normam quo cogitas & agis universa diri-*

*gore, ac nihil præter rectum velle vel facere, humanisque actibus (tamquam divis arbitris) provideret. Providentia insunt ratio, intellectus, circumspacio, prudentia, docilitas, causio : Nisi aliter legendum est, ut infra notabitur : Prudens insunt ratio &c. Inde colligi tamen satis aperte potest quod prudentia pars quamdam sit providentia, si ad providentiam pertinet provideret actibus qui ab homine sunt : Dicitur autem id facere *divis arbitris*, hoc est ex arbitrio vel præscripto divino, sive quasi Deum habendo præ oculis ut recte dirigantur.*

(*) *Ita opime msi. passim. Editi quos vidimus : ad ea quæ in præsenti occurrunt, & ordinanda sunt.*

magnam ostendit faciendo decidere ipsum Jacob a patre jam benedictum ex partibus illis, donec requiesceret furor fratris ejus, scilicet Esau, & hoc, ut prudenter vitam sui filii predilecti conservaret. Secundo vides, quomodo &c.

ARTICULUS VII. 281

Utrum circumspectio possit esse pars prudentiae.

*Sup. quest. xlviij. art. un. cog. & IH.
dist. xxxii. quest. III. art. I.
quest. 2.*

AD septimum sic proceditur. Videtur quod circumspectio non possit esse pars prudentiae. Circumspectio enim videtur esse consideratio quædam eorum quæ circumstant. Huiusmodi autem sunt infinita, quæ non possunt comprehendendi ratione, in qua est prudentia. Ergo circumspectio non debet poni pars prudentiae.

2. Præterea. Circumstantiae magis videntur pertinere ad virtutes morales quam ad prudentiam. Sed circumspectio nihil aliud esse videtur quam respectus circumstantiarum (1) Ergo circumspectio magis videtur ad morales pertinere virtutes quam ad prudentiam.

3. Præterea. Qui potest videre quæ procul sunt, multo magis potest videre quæ circa sunt. Sed per providentiam homo est potens prospicere quæ procul sunt. Ergo ipsa sufficit ad considerandum ea quæ circumstant. Non ergo oportuit præter providentiam ponere circumpectionem partem prudentiae.

Sed contra est authoritas Macrobii (Lib. I. in somn. Scip. cap. viii.) ut supra dicendum est (2).

Respondeo dicendum, quod ad prudentiam sicut dictum est (art. præc. & quest. xlviij. art. 6. & 7.) præcipue pertinet recte ordinare aliquid in finem: quod quidem recte

non fit, nisi & finis bonus sit, & id quod ordinatur in finem, sit etiam bonum, & conveniens fini.

Sed quia prudentia, sicut dictum est (quest. xlviij. art. 3.) est circa singularia operabilia, in quibus multa concurrunt, contingit aliquid secundum se consideratum esse bonum, & conveniens fini, quod tamen ex aliquibus concurrentibus redditur vel malum, vel non opportunum ad finem; sicut ostendere signa amoris alicui secundum se consideratum, videtur esse conveniens ad aliciendum ejus animum ad amorem; sed si contingat in animo illius superbia, vel suspicio adulatioonis, non erit hoc conveniens ad finem. Et ideo necessaria est circumspectio ad prudentiam, ut scilicet homo id quod ordinatur in finem, comparet etiam cum his quæ circumstant.

Ad primum ergo dicendum, quod licet ea quæ possunt circumstare, sint infinita; tamen ea quæ circumstant in acta, non sunt infinita; sed pauca quædam (3) sunt, quæ immutant judicium rationis in agendis.

Ad secundum dicendum, quod circumstantiae pertinent ad prudentiam quidem, sicut ad determinandum (*) eas; ad virtutes autem morales, inquantum per circumstantiarum determinationem perficiuntur.

Ad tertium dicendum, quod sicut ad prudentiam pertinet prospicere id quod est per se conveniens fini; ita ad circumspectiōnem pertinet considerare, an sit conveniens fini secundum ea quæ circumstant (4). Utrumque autem horum habet specialem difficultatem: & ideo utrumque eorum seorsum ponitur pars prudentiae.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis, & a Macrobo insinuatum fuisse; quod circumspectio requiritur ad prudentiam. De Macrobo quidem patet in arg. contr. & q. 47. a. I.

(1) Ex ipsa vocabuli significatione quæ a circumspicendo desumpta est, quasi undique illa considerando quæ ad aliquod negotium suscipiendum vel ad aliquem actum aggredientum spectant.

(2) Quest. 48. art. unico, ubi dicitur prudentia attribuire sex partes, rationem, intellectum, circumspectiōnem, providentiam, docilitatem, cautionem: Et si ex ejus libro I. super somnium Scipionis annotavimus paulo alia serie ordinari: Nisi textus immutatus est in modernis, & sic debeat legi: *Prudentia insunt ratio, intellectus, circumspectio, prudentia,*

docilis, cautio; sicut planum est quod legerit omanino S. Thomas.

(3) Hoc versiculo comprehensa: *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*, ut ex professo quoad singula suo loco explicatum est I. 2. quest. 7. art. 3.

(4) Ita cum mss. edit. Rom. Al. eam.

(4) Juxta significationem jam notatam, & Eccles. 14. vers. 22. insinuatam ubi circumspectio Dei appellatur.

a. i. arg. i. Insinuator vero a scripturis per hoc , quod Deo & attribuitur prudentia Job 26. *Prudentia sua percussit superbū : & simul assignatur circumspetio Eccl. 14. Beata vis , &c. in sensu cogitabit circumspetionem Dei .* Ac si utrasque authoritates colligendo in unum dicatur : quod prudentia non est perfecta sine circumspetione . Id , quod sub aliis verbis dicitur , circumspetionem requiri necessario ad prudentiam . Ex divina autem prudentia , ut ab efficiente , exemplari , & fine , i. q. 44. a. i. 3. 4 derivatur omnis creaturarum prudentia : & consequenter ad omnem aliam prudentiam exigitur circumspetio . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S VIII. 282

Urum cautio debeat poni pars prudentiae .

Loci sup. art. 7. inductis .

AD octavum sic proceditur . Videtur quod cautio non debeat poni pars prudentiae . In iis enim in quibus malum non potest esse , non est necessaria cautio . Sed virtutibus nemo male utitur , ut dicit Augustinus in Lib. II. de lib. arb. (cap. xix. cir. princ.) (1) Ergo cautio non pertinet ad prudentiam , quæ est directiva virtutum .

2. Præterea . Ejusdem est providere bona , & cavere mala ; sicut ejusdem artis est facere sanitatem , & curare ægritudinem . Sed providere bona pertinet (2) ad providentiam . Ergo etiam cavere mala . Non ergo cautio debeat poni pars alia prudentiae a providentia .

3. Præterea . Nullus prudens conatur ad impossibile . Sed nullus potest præcavere omnia mala quæ possunt contingere . Ergo cautio non pertinet ad prudentiam .

Sed contra est quod Apostolus dicit ad Eph. v. 15. *Videte quomodo caute ambuletis . Respondeo dicendum , quod ea circa quæ est prudentia , sunt contingentia operabilia ; in quibus sicut verum potest admisceri falso , ita & malum bono , propter multiformitatem hujusmodi operabilium , in quibus bona plerumque impediuntur a malis , & mala habent speciem boni .*

Et ideo necessaria est cautio ad prudentiam , ut sic accipiantur bona quod vitentur mala ,

Ad primum ergo dicendum , quod cautio non est necessaria in moralibus actibus ut aliquis sibi caveat ab actibus virtutum , sed ut sibi caveat ab eis , per quæ actus virtutum impediiri possunt .

Ad secundum dicendum , quod opposita mala cavere ejusdem rationis est , & prosequi bona ; sed vitare aliqua impedimenta extrinseca , hoc pertinet ad aliam rationem : & ideo cautio distinguitur a providentia ; quamvis utrumque pertineat ad unam virtutem prudentiaz .

Ad tertium dicendum , quod malorum quæ homini vitanda occurunt , quædam sunt quæ ut in pluribus accidere solent ; & talia comprehendi ratione possunt : & contra haec ordinatur cautio , ut totaliter vitentur , vel ut minus noceant . Quædam vero sunt quæ ut in paucioribus , & casualiter accidunt : & haec , cum sint infinita , (2) ratione comprehendendi non possunt ; nec homo sufficit ea præcavere .

Quamvis per officium prudentiaz homo contra omnes fortunæ insultus se disponere possit , ut minus ledatur (3) .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a ,

(1) Ubi proinde probat eas esse magna bona : *Virtutes (inquit) quibus recte vivitur , magna bona sunt : Species autem quorumlibes corporum sine quibus recte vivi posset , minima bona sunt : Potentia autem anima sine quibus recte vivi non posset , media bona sunt . Virtutibus nemo male utitur : Ceteris autem bonis (id est mediis & minimis) non solum bene sed etiam male quisque usi posset : Et ideo virtute nemo male utitur , quia opus virtutis est bonus usus istorum quibus etiam non bene usi possumus : Nemo autem bene utendo male utitur , &c. Hinc distinctio illa frequens quod virtute nemo male utitur us principio usus ; quamvis eadem ut objecto interdum uti male possit quando superbit*

de virrute : Unde ad hoc vitandum cautione indiget ut hic .

(2) Ita ex mss. cum Garcia editi passim . Edit. Rom. cum cod. Alcan. ad prudentiam :

(2) Seu contingere infinitis & indeterminatis modis possint .

(3) Hinc S. Prosper lib. 3. de vita contemplativa cap. 29. *Cognitio rerum qua de prudentia fonte confertur spirituales a carnalibus vitiis defecatos illuminat , ut prudentes ac sapientes fiant , imminentia mala prospiciant simul & caveant ; nec patente ultra esse mala nisi que malos , efficient ; inter fallentia & solidâ bona discernant &c.*

Utrum regnativa debeat poni species prudentiae.

*Sup. quest. xlviil. art. uni corp. &c. III.
dist. xxxiiii. quest. iii. art. 1.
quest. 4.*

se a scripturis, & a Macrobio, quod cautio est pars prudentiae. Et de Macrobio quidem patet, q. 47. a. 1. arg. 1. A scripturis vero insinuatur per hoc, quod dicitur ad Eph. 5. *Vide quomodo caute ambuletis; quoniam dies mali sunt.* Propterea nolite fieri imprudentes. Ac si aperte dixerit. Imprudentia est non ambulare caute; &, ab oppositis, prudentia est ambulare caute; quoniam cautio requiritur ad prudentiam, sine qua prudentia in imprudentiam degenerat. Ubi quoque ex ly *quoniam dies mali sunt*, nota, quod Apostol. per hoc monstravit, & ad quid cautio ordinetur, & quare necessaria sit; ordinari enim illam ad vitandum malum, declaravit his verbis: & esse necessarium propter hoc, ne bonum per malum admixtionem maculetur. Secundo vides: quomodo &c.

Q U A E S T I O L

*De partibus subjectivis prudentiae,
in quatuor articulos divisa.*

Postea considerandum est de partibus subjectivis prudentiae. Et quia de prudentia per quam aliquis regit seipsum, jam dictum est. (quest. xvi. i. art. 10. & 11.) restat nunc dicendum de speciebus prudentiae quibus multitudo gubernatur; circa quas queruntur quatuor.

Primo, utrum regnativa debeat poni species prudentiae.

Secundo, utrum politica.

Tertio, utrum oeconomica.

Quarto, utrum militaris.

Summ. S.Th. Tom. VII.

A D primum sic proceditur. Videtur quod regnativa non debeat poni species prudentiae. Regnativa enim ordinatur ad justitiam conservandam: dicitur enim in V. Ethic. (1) quod princeps est custos justitiae. Ergo regnativa magis pertinet ad justitiam quam ad prudentiam.

2. Præterea. Secundum Philosophum in III. Polit. (cap. v.) regnum est una sex specierum politiarum. Sed nulla species prudentiae sumitur secundum alias quinque politias, quæ sunt aristocracia, timocracia, tyrannis, (4) oligocracia, democracia (2). Ergo nec secundum regnum debet sumi regnativa.

3. Præterea Leges ponere non solum pertinet ad reges, sed etiam ad quosdam alios principatus, & etiam ad populum, ut patet per Isidorum in Lib. V. Etymolog. (cap. x.) Sed Philosophus in VI. Ethic. (cap. viii. cir. princ.) ponit legis positivam partem prudentiae. Inconvenienter ergo loco ejus ponitur regnativa.

Sed contra est quod Philosophus dicit in III. Polit. (cap. iii. cir. med.) quod prudentia est propria virtus principis. Ergo specialis prudentia debet esse regnativa.

Respondeo dicendum, quod, sicut ex supra dictis patet (quest. xlvi. art. 8. & 10.) ad prudentiam pertinet regere, & præcipere: & ideo ubi inventitur specialis ratio regiminis, & præcepti in humanis actibus, ibi etiam inventitur specialis ratio prudentiae. Manifestum est autem quod in eo qui non solum seipsum habet regere, sed etiam communitatem perfectam civitatis, vel re-

E gni,

(1) Non sicut prius cap. 6. ubi dicitur tantum judex quoddam veluti justum sive *yus animatum*: Sed cap. 10. græco-lat. vel 11. in antiquis expresse ut hic.

(2) *Al. olicratia.*

(3) Ex græcis vocabulis quæ sic latine sonant, ut sit aristocratio optimorum seu optimatum principatus; timocratio principatus divitum vel eorum qui principatum, datio pretio comparassent, tyrannis principatus unius tantum; oligocratio, principatus paucorum, democratis gubernatio popularis, idest electus ex populo sive tota multitudine principatus. Quod autem ad populum etiam legum condendarum potestas pertineat, & sic Isidorus lib. 5. Etymologiarum vel originarum tit. Quid lex insinuat, cum ait: *Lex est constitutio populi qua majores natu simul cum plebeibus aliquid sanxerunt &c.* Sed quod pars prudentiae sit Legis positiva, ex cap. 8. græco-latino 6. Ethicorum vel cap. 7. in antiquis & apud S. Thomam lect. 7. colligitur.

gni , invenitur specialis , & perfecta ratio regimini : tanto enim regimen perfectius est , quanto universalius est , ad plura se extendeas , & ulteriorem finem attingens . Et ideo regi , ad quem pertinet regere civitatem , vel regnum , prudentia competit secundum speciale , & perfectissimam fui rationem : & propter hoc regnativa ponitur species prudentiae .

Ad primum ergo dicendum , quod omnia quae sunt virtutum moralium , pertinent ad prudentiam sicut ad dirigentem : unde & ratio recta prudentiae ponitur in definitione virtutis , ut supra dictum est (quæst . xlvi . art . 5. ad 1. & 1. 2. quæst . lviii . art . 2. ad 4.) Et ideo etiam executio iustitiae proest ordinatur ad bonum commune , quod pertinet ad officium regis , indiget directione prudentiae . Unde ista duæ virtutes sunt maxime propriæ regi , scilicet prudentia , & iustitia , secundum illud Hierem . xxiiii . 5. *Rognabis rex , & sapiens erit , & facies iudicium , & iustitiam in terra .* Quia tamen dirigere magis pertinet ad regem , exequi autem ad subditos ; ideo regnativa magis ponitur species prudentiae , quæ est directiva , quam iustitia , quæ est executiva .

Ad secundum dicendum , quod regnum inter alias politias est optimum regimen , ut dicitur in VIII . Ethic . (1) Et ideo species prudentiae magis debuit denominari a regno ; ita tamen quod sub regnativa comprehendantur omnia alia regimina recta , non autem perversa , quæ virtuti opponuntur : unde non pertinent ad prudentiam .

Ad tertium dicendum , quod Philosophus denominat regnativam a principali actu regis , qui est leges ponere : quod etiæ conveniat aliis , non convenit eis , nisi secundum quod participant aliquid de regimine regis .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse à scripturis , & Philosoph . quod regnativa est pars prudentiae , De Philosofo patet qu . 47. art . 1. argum . 1. Et hic in argumen . conser . Insinuat vero per oppositum à scripturis in hoc , quod dicitur Ecclesi . 10. Veb-

serve , cujus rex puer est . Hoc est . Vebterre , cujus rex imprudens est . Pueris enima adscribitur imprudentia propter debilitatem magnam consilii , judicii , & horum applicationis rectæ ad operandum : juxta illud 1. Corinth . 14. Notice pueri effici sensibus , sed sensibus perfecti esces . Per hoc ergo , quod scriptura vituperat regem puerum , designat , quod regi debet convenire prudentia ; & consequenter , quod regnativa est pars prudentiae . Item idipsum insinuat pot . hoc , quod Salomon dixit , 3. Reg . 3. Domine Deus , tu regnare fecisti seruum tuum pro David patre meo . Dabis ergo seruo tuo cor docile , ut populum tuum iudicare possis . Ecce , quod postular sapientiam , & intelligentiam , ut explicetur 2. Paralip . 1. ad judicandum populum , idest prudentiam magnam , eo quod institutus fuisset ad regnandum . Et maxime hoc innescit inde : quia cum illatione dicit : Dabis ergo , &c. Ac si aperte per hoc dixerit , quod ad regnandum exigitur magna prudentia , & consequenter , quod in idem redit , quod regnativa est species prudentiae . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 284

Utrum politica convenienter ponatur pars prudentiae .

Loci sup . art . 1. nos .

AD secundum sic proceditur . Videtur quod politica non convenienter ponatur pars prudentiae . Regnativa enim est pars politica prudentiae , (2) ut dictum est (art . præc .) Sed pars non debet dividiri contra totum . Ergo politica non debet ponni alia species prudentiae .

2. Præterea . Species habituum distinguuntur secundum diversa objecta . Sed eadem sunt quæ oportet regnante precipere , & subditum exequi . Ergo politica , secundum quod pertinet ad subditos , non debet ponni species prudentiae distincta a regnativa .

3. Præterea . Unusquisque subditorum est singularis persona . Sed quælibet singularis persona seipsum sufficienter dirigere potest per prudentiam communiter dictam . Ergo non

(1) Nempe cap . 12. græco-lat . vel cap . 10. in antiquis & apud S. Thomam lect . 10. ubi & tyranus idem transgressionem regni vocat , quia suum tyranus , at populi utilitatem respicit Rex .

(2) Hoc est illius quæ ad publicam administrationem pertinet , non ad societatem vel conversationem tantum , ut etiam interdum politican subintelligi vel appellari ex Philosofo superius indicatum est .

non oportet ponit aliam speciem prudentiae quae dicatur politica.

Sed contra est quod Philosophus dicit in VI. Ethic. (1) *Eius autem qua circa civitatem, hac quidem ut architectonica prudentia legis positiva; hac autem communis nomen habet politica, circa singularia existens.*

Respondeo dicendum, quod servus per imperium ~~adsumptum~~^a a domino, & subditus a principante; aliter tamen quam irrationalia, & inanimata moveantur a suis motoribus. Nam inanimate, & irrationalia agunt solum ab alio, non autem ipsa agunt seipsa, quia non habent dominium sui actus per liberum arbitrium; (2) & ideo rectitudo regiminis ipsorum non est in ipsis, sed solum in motoribus. Sed homines servi, vel quicumque subditi ita aguntur ab aliis per praeceptum, quod tamen agunt scipies per liberum arbitrium; & ideo requiritur in eis quaedam rectitudo regiminis, per quam seipso dirigant in obediendo principantibus: & ad hoc pertinet species prudentiae quae politica vocatur.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut dictum est (in corp. art. & art. præc.) regnativa est perfectissima species prudentiae: & ideo prudentia subditorum, quae deficit a prudentia regnativa, retinet sibi nomen commune, ut prudentia dicatur; sicut in logicis convertibile, quod non significat essentiam, retinet sibi commune nomen proprii.

Ad secundum dicendum, quod diversa ratio objecti diversificat habitum secundum speciem, ut ex supra dictis patet (quæst. xlvi. art. 5.) Eadem autem agenda considerantur quidem a rege secundum universaliorum rationem quam considerentur a subdito, qui obedit: uni enim regi in diversis officiis multi obediunt. Et ideo regnativa comparatur ad hanc politicam de qua loquimur, sicut ars architectonica ad eam quæ manu operatur.

Ad tertium dicendum, quod per prudentiam communiter dictam regit homo seipsum in ordine ad proprium bonum; per politiciam autem, de qua loquimur, in ordine ad bonum commune.

(1) Loco iam prius indicato, nimirum vel cap. 8. græco-latino vel cap. 7. in antiquis & apud S. Thomam lect. 7. Cur architectonicum autem vocet vel architectonicæ illam comparet, iam iterum explicatum est supra, quia sicut architecti est præcipere manualibus operariis quid exequi debeant, sic &c.

(2) Quod servitus tollere nulli potest: Errat (inquit Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 20.) si quis

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Philosopho, quod politica prudentia est pars prudentiae. De Philosopho patet hic in arg. contr. & sup. q. 47. art. 1. arg. 1. Insinuaturo vero a scripturis per hoc, quod dicitur Eccl. 3. *Filiis sapientie ecclesie iustorum, & natio illorum obedientia.* Hoc est. Filiorum valde prudentum est, in rebus iustis obedire: seu (quod in idem redit) obedientia justa convenit congregationi subditorum, si prudentes sint. Id, quod (scholastice loquendo, ut sit in text.) est dicere: Politica est pars prudentiae. Item per hoc, quod dicitur Prov. 25. *In auris aurea, & margarita fulgens; qui arguit sapientem, & aures obedientem.* Ubi patet; quod obedientia laus hæc tribuitur, quod scilicet est sapiens, seu valde prudens. Alioquin auris obedientia non vocaretur sapiens, id est, multum prudens. Ex his discurre, ut supra, ad propositum præsens. Secundo vides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur vicissim, atque consolidetur doctrina hæc angelica.

A R T I C U L U S III .

Utrum œconomica debeatponi species prudentiae.

Sup. quest. xlvi. art. 11. & quest. xlvi. art. un. cor. fin. & ad 2. & III. dist. xxxiiii. quest. iii. art. 2. quest. 4.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod œconomica non debeatponi species prudentiae. Quia, ut Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. v. cir. princ.) prudentia ordinatur ad bene vivere rerum. Sed œconomica ordinatur ad aliquem particularem finem, scilicet ad divitias, ut dicitur in I. Ethic. (cap. 1.) Ergo œconomica non est species prudentiae.

E 2 2. Præ-

exhibitas servitutem in totum hominem descendere: Pars melior ejus excepta est: Corpora obnoxia sunt & adscripta dominis: Mens quidem sui juris; que adeo libera & vaga est, ut ne ab hoc quidem carcere cui inclusa est, teneri queat &c. Corpus itaque est quod fortuna domino tradidit: Interior illa pars mancipio dari non potest: Ab hac usque quidquid venit, liberum est &c.

2. Præterea. Sicut supra habitum est (qu. xlvi. art. 13. & 14.) prudentia non est nisi bonorum. Sed œconomica potest etiam esse malorum: multi enim peccatores providunt in gubernatione familiæ. Ergo œconomica non debet poni species prudentiæ.

3. Præterea. Sicut in regno invenitur principans, & subditus, (1) & ita etiam in domo. Si ergo œconomica est species prudentiæ, sicut & politica, deberet etiam paterna prudentia poni, sicut & regnativa. Non autem ponitur. Ergo nec œconomica debet poni species prudentiæ.

Sed contra est quod Philosopher dicit in VI. Ethicor. (2) quod *illarum*, scilicet prudentiarum, quæ se habent ad regimen multitudinis, *hec quidem est œconomica, bac au- tem legispositiva, bac autem politica.*

Respondeo dicendum, quod ratio objecti diversificata secundum universale, & particolare, vel secundum totum, & partem, diversificat artes, & virtutes: secundum quam diversitatem una est principalis respectu alterius.

Manifestum est autem quod domus medio modo se habet inter unam singularem personam, & civitatem, vel regnum: nam sicut una singularis persona est pars domus, ita una domus est pars civitatis, vel regni.

Et ideo sicut prudentia communiter dicta, quæ est (*) regnativa unius, distinguitur a politica prudentia; ita oportet quod œconomica distinguiatur ab utraque.

Ad primum ergo dicendum, quod divitiæ comparantur ad œconomicam, non sicut finis ultimus, sed sicut instrumenta quadam, ut dicitur in I. Polit. (3) Finis autem ultimus œconomicæ est *totum bene vivere* secundum domesticam conversationem. Philosopher autem in I. Eth. (cap. i.) ponit exemplificando divitias finem œconomicæ, secundum studium plurimorum (4).

Ad secundum dicendum, quod ad aliqua particularia quæ sunt in domo disponenda, possunt aliqui peccatores provide se habere;

sed non ad ipsum *totum bene vivere* domesticæ conversationis, ad quod præcipue requiri vita virtuosa.

Ad tertium dicendum, quod pater in domo habet quamdam similitudinem regii principatus, ut dicitur in VIII. Ethic. (5) non tamen habet perfectam potestatem regimini, sicut rex: & ideo non ponitur separatim potestas paterna species prudentiæ, sicut regnativa.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a scripturis, & Philosopho insinuatum, quod œconomica est species prudentiæ. De Philosopho patet hic in arg. cont. & qu. 47. ar. 1. argum. i. Insinuatur vero à scripturis per hoc, quod Gen. 39. postquam de Joseph dictum fuerat, quod *Dominus Deus eras cum eo, & omnia, que gereret, ab eo dirigebantur in manu illius*, subjungitur de eodem Joseph, quod *præpositorus omnibus gubernabit creditam sibi dominum*. Huic dicto si conjungas illud Prov. 15. *Vir prudens dirigit gressus suos, tunc inferes;* quod gubernare domum secundum directionem Domini Dei, est gubernare domum prudenter. Per hoc ergo dictum, quod omnia, quæ gereret Joseph, & consequenter, quod gubernatio, qua gubernabat domum, dirigebantur in ipso a Deo, describere voluit Genesis, quod Joseph prudenter domum gubernabat. Ergo per hoc notificavit, quod œconomica debet esse connexa prudentiæ: id, quod est scholastice dicere, quod œconomica convenienter ponitur species prudentiæ. Item idipsum insinuatur per hoc, quod I. Timoth. 3. postquam dictum fuerat *ly oporet, Episcopum esse prudentem, subditur ly sue domui bene præpositum.* Ex contextu enim isto patet, quod *ly bene* stat pro prudenter, & per consequens patet, quod secundum Apostolum œconomica non administratur convenienter sine prudentia; id, quod est philosopho

(1) Sive ut eleganti allusione græce vocantur, *αγορεῖοι ἀγορεῖοι*.

(2) Eodem qui jam supra indicatus est loeo; idest vel cap. 8. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis & apud S. Thomam lect. 7. Sed quod supra ex Ethicorum 6. in argumento 1. notatum est, & ex cap. 5. græco-latino desumitur (*πρὸς τὸν ζῆν ὄλον*) significat ad prudentiam pertinere directionem totius vitae omnium actionum quæ quovis modo ad illam spectant &c.

(*) Ita miss. & editi passim. Edit. Patav. regitiva: *Idem significat.*

(3) Non sicut prius cap. 5. & 7. sed vel cap. 9. græco-lat. vel cap. 8. in antiquis & apud S. Thomam lect. 8.

(4) Alioqui deinceps tum cap. 3. græco-lat. tum in antiquis 3. negat omnino quod sint finis; quia propter aliud sunt utiles.

(5) Ut cap. 12. græco-lat. videre est, vel cap. 10. in antiquis & apud S. Thomam lect. 10.

lo sophice dictum, œconomicam convenienter ponit partem subjectivam prudentiæ. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS IV. 286

Urum militaris debet poni species prudentiæ.

Locus sup. notatis.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod *militaris* non debet poni species prudentiæ. Prudentia enim contra artem dividitur, ut dicitur in VI. Ethic. (cap. 111. & v.) Sed *militaris* videtur esse quedam ars in rebus bellicis, sicut patet per Philosophum in III. Ethic. (1) Ergo *militaris* non debet poni species prudentiæ.

2. *Præterea*. Sicut militare negotium continetur sub politico, ita etiam & plura alia negotia, sicut mercatorum, artificum, & aliorum hujusmodi. Sed secundum alia negotia quæ sunt in civitate, non accipiuntur aliquæ species prudentiæ. Ergo etiam neque secundum militare negotium.

3. *Præterea*. In rebus bellicis plurimum valet militum fortitudo. Ergo *militaris* magis pertinet ad fortitudinem quam ad prudentiam.

Sed contra est quod dicitur Proverb. xxiv. 6. *Cum dispositione initur bellum, & erit salus, ubi sunt multa consilia*. Sed consilia pertinet ad prudentiam. Ergo in rebus bellicis maxime necessaria est aliqua species prudentiæ, quæ *militaris* dicitur.

Respondeo dicendum, quod ea quæ secundum artem, & rationem aguntur, conformia esse oportet his quæ secundum naturam, quæ a ratione divina sunt instituta.

Natura autem ad duo tendit: primo quidem ad regendam unamquamque rem in seipso; secundo vero ad resistendum extrinsecis

impugnantibus, & corrupti vis: & propter hoc non dedit solum animalibus vim concupibilem, per quam moventur ad ea quæ sunt saluti eorum accommoda, sed etiam vim irascibilem, per quam animal resistit impugnantibus (2).

Unde & in his quæ sunt secundum rationem, non solum oportet esse prudentiam politicam, per quam disponantur convenienter ea quæ pertinent ad bonum commune, sed etiam militarem, per quam hostium insultus repellantur.

Ad primum ergo dicendum, quod *militaris* potest esse ars, secundum quod habet quasdam regulas recte utendi quibusdam exterioribus rebus, puta armis, & equis; sed secundum quod ordinatur ad bonum commune, habet magis rationem prudentiæ.

Ad secundum dicendum, quod alia negotia quæ sunt in civitate, ordinantur ad alias particulares utilitates; sed militare negotium ordinatur ad tuitionem totius boni communis.

Ad tertium dicendum, quod executio militiæ pertinet ad fortitudinem, sed directio ad prudentiam, & præcipue secundum quod est in duce exercitus.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scriptur. & quodam Philosoph. quod *militaris* debet poni pars subjectiva, id est species prudentiæ. Et de Philosopho quideam illo patet, qu. 47. ar. 1. argum. 1. Insinuantur autem à scripturis per hoc, quod de David dicitur 1. Reg. 18. *Posuit eum Saul super viros belli, & fecit tribunum super mille viros, & egrediebatur David, & intrabat in conspectu populi, & in omnibus prudenter agebat*. Et post pugnam victoriosam contra Philist. ibi subditur. *A principio egressionis eorum prudensius fere-*

(1) *Æquivalenter & implicite saltem, cum gymnasticam seu excitatoriam disciplinam reponit inter artes; Per gymnasticam, enim (γυμναστική) exercitatio illa intelligitur qua se ad pugnandum exercent seu pugnare milites discunt; ut videre est cap. 5. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis & apud S. Thomam lect. 7, non cap. 8. sicut prius, ubi tantum innui dicebatur: Sed expressius lib. 1. cap. 1. ubi cum fines variarum artium recensentur, ponitur Victoria pro fine militaris (ex græco στρατηγίς) adeoque presupponitur ut ars quædam.*

(2) *Hinc lib. 4. de partibus animalium c. 10. Phi-*

losophus: Natura (inquit) veluti homo prudens tristibero unicuique soles eam rem quæ commode ad suum finem uti possit: Inde probat manus homini datas esse, quia plurimum actionum instrumenta sunt quârum solus ipse capax est; natura autem ex iis quæ fieri possunt semper id facit quod melius: Et lib. 1. de generat. animalium cap. 1. Natura (inquit) simul & facultatem cuivis confert & instrumentum quo perficiere possit illud cuius ei dat facultatem: Inde probat quod singulæ animalium partes unicuique facultati accommodantur: Et similia ex aliis ejusdem locis colligi possunt.

gerebat David, quam omnes viri Saul. Ecce, quod secundum hanc dicta, debet militaris annexi prudentia. Ac si scholastice dicatur, quod convenienter ponitur militaris pro specie prudentia. Item per hoc dictum Sap. 6. Melior est vir prudens, quam fortis. Fortitudo autem maxime requiritur, & laudatur in militia. Unde ibid. cap. 8, in bello fortis. Et Eccles. 46. Fortis in bello Iesu Neve. Per hanc ergo scriptura militarem non tantum innuit convenienter esse partem prudentia: sed etiam valde convenienter. Secundo vides: quomodo &c.

Q U Ä S T I O LI.

De virtutibus adjunctis prudentiae,

In quatuor articulos divisa.

Poste considerandum est de virtutibus adjunctis prudentia, quae sunt quasi partes potentiales ipsius: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum Eubulia sit virtus.

Secundo, utrum sit specialis virtus a prudentia distincta.

Tertio, utrum synesis sit specialis virtus.

Quarto, utrum gnomie sit specialis virtus.

A R T I C U L U S I. 287

Utrum Eubulia sit virtus.

1. 2. quest. VII. art. 6. & III. dist. XXXIII.
quest. V. art. 1. quest. 2. & Lib. VI.
Ethic. lect. 8. & 9.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Eubulia non sit virtus. Quia secundum Augustinum in Lib. II. de lib. arb. (cap. xix. circ. princ.) *virtutibus nullus male usitur*. Sed Eubulia, quae est bene consiliativa, aliqui male utuntur, vel quia astuta consilia excogitant ad fines malos consequendos, aut quia etiam ad bonos fines consequendos aliqua peccata ordinant; puta qui

furatur; ut eleemosynam det. Ergo Eubulia non est virtus.

2. Præterea. Virtus perfectio quædam est, ut dicitur in VII. Phys. (text. 18.) (1) Sed Eubulia circa consilium consistit, quod importat dubitacionem, & inquisitionem, quæ imperfectionis sunt. Ergo Eubulia non est virtus.

3. Præterea. Virtutes sunt connexæ ad invicem, ut supra habitum est (1. 2. quest. lxv. art. 1.) Sed Eubulia non est connexa alijs virtutibus: multi enim peccatores sunt bene consiliativi, & multi justi sunt in consiliis tardi. Ergo Eubulia non est virtus.

Sed contra est quod *Eubulia est reductio consilii*, ut Philosophus dicit in VI. Ethic. (2) Sed recta ratio perficit rationem virtutis. Ergo Eubulia est virtus.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. XLVII. art. 4.) de ratione virtutis humanæ est quod faciat actum hominis bonum. Inter ceteros autem actus hominis proprium est ei consiliari: quia hoc importat quamdam rationis inquisitionem circa agenda, in quibus consistit vita humana: nam vita speculativa est supra hominem, ut dicitur in X. Ethic. (cap. VII. a med.) Eubulia autem importat bonitatem consilii; dicitur enim ab *it*, quod est *bonum*, & *Bullæ*, (3) quod est *consilium*, quasi *bona consilio*, vel potius *bene consiliatura*. Unde manifestum est quod Eubulia est virtus humana.

Ad primum ergo dicendum, quod non est bonum consilium, sive aliquis malum finem in consiliando præstituat, sive etiam ad bonum finem malas vias adinveniat; sicut etiam in speculativis non est bona ratiocinatio, sive aliquis falsum concludat, sive etiam concludat verum ex falsis: quia non utitur convenienti medio. Et ideo utrumque prædictorum est contra rationem Eubuliz, ut Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. IX.)

Ad secundum dicendum, quod et si virtus sit essentialiter perfectio quædam; non tamen oportet quod omne illud quod est materia virtutis, importet perfectionem. Oportet enim circa omnia humana perfici per virtutes

(1) Ubi & addit, *Unumquodque siquidem sunc maxime perfectum est cum propriam virtutem est ad eum; & precipue cum secundum naturam &c.*

(2) Non sicut prius indicabatur ad marginem cap. 9. sed vel 10. græco-lat. vel 8. & apud S. Thomam lect. 8. coformiter ad græcae voeis notationem jam su-

perius indicatam, & mox plenius explicandam.

(3) Ex qua etiam voce derivatæ videntur quæ dicuntur *Pontificie Bullæ* (non ut corrupte passim *Bulla*) quia Pontificiam deliberationem circa quiddam agendum, prohibendum, vel indulgendum continent & declarant.

tes , & non solum circa actus rationis , (1) inter quos est consilium , sed etiam circa passiones appetitus sensitivi , quae adhuc sunt multo imperfectiores .

Vel potest dici , quod virtus humana est perfectio secundum modum hominis , qui non potest per certitudinem comprehendere veritatem rerum simplicium intuitu simplici , & praecipue in agibilibus , quae sunt contingentia .

Ad tertium dicendum , quod in nullo peccatore , in quantum hujusmodi , inventur eubulia . Omne enim peccatum est contra bonam consiliationem . Requiritur enim ad bene consiliandum non solum adinventio , vel excoigitatio eorum quae sunt opportuna ad finem , sed etiam aliae circumstantiae , scilicet tempus congruum , ut nec nimis tardus , nec nimis velox sit in consiliis ; & modus consiliandi , ut scilicet sic firmus in suo consilio ; & aliae hujusmodi debitis circumstantiae ; que peccatores peccando non observant . Quilibet autem virtuosus est bene consiliatus in his quae ordinantur ad finem virtutis ; licet forte in aliquibus particularibus negotiis non sit bene consiliatus , (2) puta in mercationibus , vel in rebus bellicis , vel in aliquo hujusmodi .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas merito inserviarum fuisse a scripturis , & Philosopho quod eubulia est virtus . De Philosopho patet in arg. contra . & q. 47. a. 1. arg. 1. cum cor. Insinuantur vero a scripturis per hoc , quod dicitur Prov. 2. Si sapientia intraveris cor tuum , consilium custodiet te , & prudentia servabit te . Sapientia autem in malevolam animam non intrat . Sap. 1. Ergo consilium rectum animæ sapientia procedens est virtus , & facit animam virtuosam . Adeo , quod consilium tale custodit salutem animæ , quæ a virtutibus custoditur . Item per hoc , quod dicitur ibid. cap. 8. Ego sapientia habito in consilio , & eruditis intersum cogitationibus . Cum tamen sapientia non habebet in corpore subditum pescari . Sapien. 1. Item per hoc , quod di-

citur Eccl. 37. Cor boni consilii statutum tecum . Non est enim tibi aliud plus illo . Hoc ergo contextu monstratur , quod rectum consilium , seu rectitudo consilii , est virtus , quoniam virtus nihil utilius est in vita hominibus . Sap. 8. Consequenter scholastice loquendo , eodem contextu , sicut & aliis supradictis scripturarum locis , ostenditur , quod eubulia est virtus : ut patere potest consideranti . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 288

Uerum eubulia sit virtus distincta a prudentia .

Loci sup. art. 1. notatis .

AD secundum sic proceditur . Videtur quod eubulia non sit virtus distincta a prudentia . Quia , ut Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. v.) videtur prudentis esse bene consiliari . Sed hoc pertinet ad eubuliam ut dictum est (art. præc.) Ergo eubulia non distinguuntur a prudentia .

2. Præterea . Humani (3) actus , ad quos ordinantur humanæ virtutes , præcipue specificantur ex fine , ut supra dictum est (1. 2. quæst. XVIII. art. 4.) Sed ad eamdem finem ordinantur eubulia , & prudentia , ut dicitur in VI. Ethic. (cap. xi.) non autem ad quemdam particularem finem , sed ad communem finem totius vitæ . Ergo eubulia non est virtus distincta a prudentia .

3. Præterea . In scientiis speculativis ad eamdem scientiam pertinet inquirere , & determinare . Ergo pari ratione in operativis hoc pertinet ad eamdem virtutem . Sed inquirere pertinet ad eubuliam , determinare autem ad prudentiam . Ergo eubulia non est alia virtus a prudentia .

Sed contra est quod prudentia est præceptiva , ut dicitur in VI. Ethic. (cap. ix.) Hoc autem non convenit eubuliz . Ergo eubulia est alia virtus a prudentia .

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est supra (art. præc.) virtus proprie ordinatur ad actum quem reddit bonum : & ideo opor-

(1) Qui soli tamen vere ac proprie humani dici possunt , quia secundum illud sunt ex quo proprie constituitur homo ; sicut 1. 2. quæst. 1. dictum est ex professo : Sed humana hic extensiore sensu intelliguntur quæcunque ad hominem quovis modo pertinent ; sicut ad Rom. 8. Humanum deo propter infirmationem carnis vestra .

(2) Juxta illud quod supra notatum est filios hujus facilius prudentiores filii lucis esse in generatione sua , &c.

(3) Hic jam humani stricta significazione usurpanatur , quasi deliberati actus & ex nutu ac arbitrio rationis facti : Specificari autem eos ex fine , patet 1. 2. q. 18. art. 4. ut expressus ibi videtur est .

oportet secundum differentiam actuum esse diversas virtutes, & maxime quando non est eadem ratio bonitatis in actibus: si enim esset eadem ratio bonitatis in eis, tunc ad eamdem virtutem pertinerent diversi actus sicut ex eodem dependet bonitas amoris, desiderii, & gaudii; (1) & ideo omnia ista pertinent ad eamdem virtutem caritatis.

Actus autem rationis ordinati ad opus sunt diversi, nec habent eamdem rationem bonitatis. Ex alio enim efficitur homo bene consiliativus, & bene iudicativus, & bene præceptivus: quod patet ex hoc quod ista aliquando ab invicem separantur. Et ideo oportet aliam esse virtutem eubuliam, per quam homo est bene consiliativus; & aliam prudentiam, per quam homo est bene præceptivus. (2)

Et sicut consiliari ordinatur ad præcipere tamquam ad principalius; ita etiam eubuliam ordinatur ad prudentiam tamquam ad principaliorem virtutem, sine qua nec virtus esset sicut nec morales virtutes sive prudentia, nec cæteræ virtutes sine caritate.

Ad primum ergo dicendum, quod ad prudentiam pertinet bene consiliari imperative ad eubuliam autem elicitive.

Ad secundum dicendam, quod ad unum finem ultimum, quod est *bene vivere totum*, (3) ordinantur diversi actus secundum quemdam gradum. Nam præcedit consilium, sequitur iudicium, & ultimum est præceptum, quod immediate se habet ad finem ultimum. Alii autem duo actus remote se habent: qui tamen habent quosdam proximos fines; consilium quidem (*) inventionem eorum que sunt agenda, iudicium autem certitudinem. Unde ex hoc non sequitur quod eubulia, & prudentia non sint diversæ virtutes; sed quod eubulia ordinetur ad prudentiam, sicut virtus secundaria ad principalem.

Ad tertium dicendum, quod etiam in speculativis alia rationalis scientia est dialeætica, que ordinatur ad inquisitionem inventivam; (4) & alia scientia demonstrativa, que est veritatis determinativa.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuatum a scripturis, & Philos. quod eubulia est virtus distincta a prudentia. Et quidem de Philos. patet in *arg. cour.* Insinuatur autem per hoc, quod dicitur 3. Reg. 12. *In iis confilium Rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone patre ejus, cum adhuc vivere, & ait.* Quod datis consilium, &c. Ecce, quod Rex, ad quem maxime prudentia pertinet, q. 50. art. 1. distinguitur a consiliariis suis. Quod vero dicitur hic de rege, & suis consiliariis, quoad distingui ab invicem, etiam de David rege, & suis, 2. Reg. &c. de Naaman principe, & suis 4. Reg. 5. De Job, qui erat magnus inter omnes orientales c. 1. & suis, dum inquit de ipsis c. 19. *Abominati sunt me quondam consiliarii mei.* Et universaliter ad primatem quemlibet, quasi distinguendo eum a consiliariis dicitur Eccl. 6. *Consiliarius sit tibi unus de mille.* Per præmissa namque omnia, & singula, tum dicta, tum facta datur manifeste intelligi: quod ad aliquem in persona distinctum pertinet officium consilium dandi ei, qui prudentiam principaliter habere debet: & consequenter per hæc virtualiter commonistratur, scholastice loquendo (ut patet consideranti) quod eubulia est virtus distincta a prudentia: ordinata tamen ad eam, sicut virtus secundaria ad principalem: in respon. ad secundum. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 289

Utrum synesis sit virtus.

i. 2. quest. lviii. art. 6. & III. dist. xxxviii.
quest. iii. art. 1. quest. 2. & VI.

Ethic. libet. 9.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod synesis non sit virtus. Virtutes enim non insunt nobis a natura, ut dicitur in II. Ethic. (cap. 1.) Sed synesis inest aliquibus a na-

(1) Ex eo enim quod amamus aliquod bonum, desideramus illud nobis, & postquam eo desiderato jam fruimur, de illius fruitione gaudemus.

(2) Ut scilicet aliqui bene consiliari sciunt, vel bene iudicare de iis que in consilium veniunt, etsi non bene sciunt præcipere que agenda sunt.

(3) Ex græco τὸ ζῆν στοιχεῖον quod perinde est ac to-

ta vita eius recta gubernatio ad prudentiam spectat simpliciter consideratam, per oppositum ad prudentiam alicujus particularis officii vel negotii directivam.

(*) *Al. intentionem.*

(4) Ea nimirum Logicæ pars que proinde Topicis & prioribus analyticis continetur.

a natura, ut dicit Philosophus in VI. Ethic. (cap. xi. a med.) Ergo synesis non est virtus.

2. Præterea. Synesis, ut in eodem Lib. dicitur est solum judicativa (1) Sed judicium solum sine præcepto potest esse etiam in malis. Cum ergo virtus sit solum in bonis, videtur quod synesis non sit virtus.

3. Præterea. Numquam est defectus in præcipiendo, nisi sit aliquis defectus in judicando, salet in particulari operabili, in quo omnis malus errat (2). Si ergo synesis ponitur virtus ad bene judicandum, videtur quod non sit necessaria alia virtus ad bene præcipiendum: & ideo prudentia erit superflua: quod est inconveniens. Non ergo synesis est virtus.

Sed contra. Judicium est perfectius quam consilium. Sed ebulia, quæ est bene consiliativa, est virtus. Ergo multo magis synesis, quæ est bene judicativa, est virtus.

Respondeo dicendum, quod synesis importat judicium rectum, non quidem circa speculabilia, sed circa particularia operabilia, circa quæ etiam est prudentia. Unde secundum synesim dicuntur aliqui in græco σύνετοι, id est sensati, (3) vel σύνερτοι, id est homines boni sensus; sicut e contrario qui carent hac virtute, dicuntur ἀσύνετοι, id est insensati.

Oportet autem quod secundum differentiam actuum qui non reducuntur in eamdem causam, sit etiam diversitas virtutum. Manifestum est autem quod bonitas consilii, & bonitas judicij non reducuntur in eamdem causam: multi enim sunt bene consiliativi, qui tamen non sunt bene sensati, quasi recte judicantes; sicut eriam in speculativis aliqui sunt bene inquirentes, propter hoc quod ratio eorum prompta est ad differendum per diversa; quod videtur provenire ex dispositione imaginativæ virtutis,

Summ. S. Tb. Tom. VII.

quæ de facili potest formare diversa phantasmatæ: & tamen hujusmodi quandoque non sunt boni judicij; quod est propter defectum intellectus, qui maxime contingit ex mala dispositione communis sensus non bene judicantis. Et ideo oportet præter ebuliam esse diadem virtutem, quæ est bene judicativa; & hæc dicitur synesis.

Ad primum ergo dicendum, quod rectum judicium in hoc consistit quod vis cognoscitiva apprehendat rem aliquam, secundum quod in se est: quod quidem provenit ex recta dispositione virtutis apprehensivæ; sicut in speculo, si fuerit bene dispositum, imprimuntur formæ corporum, secundum quod sunt; si vero fuerit speculum male dispositum, apparent ibi imagines distortæ, & prave se habentes. Quod autem virtus cognoscitiva sit bene disposita ad recipiendum res secundum quod sunt, contingit quidem radicahiter ex natura, consummative autem ex exercitio, vel ex munere gratiæ; & hoc dupliciter. Uno modo directe ex parte ipsius cognoscitivæ virtutis; puta quia non est imbuta pravis conceptionibus, sed veris, & rectis: & hoc pertinet ad synesim, secundum quod est specialis virtus. Alio modo indirecte ex bona dispositione appetitivæ virtutis; ex qua sequitur quod homo bene judicet de appetibiliis: & sic bonum virtutis judicium consequitur habitus virtutum moralium, sed circa fines; synesis autem est magis circa ea quæ sunt ad finem.

Ad secundum dicendum, quod in malis potest quidem judicium rectum esse in universalis; sed in particulari agibili semper eorum judicium corruptitur, ut supra habitum est (qæst. xlvi. art. 13.)

Ad tertium dicendum, quod contingit quandoque id quod bene judicatum est, differti, vel negligenter agi, aut inordinate;

F & ideo

(1) Non cap. 10. sicut prius indicabatur ad marginem, sed vel cap. 11. græco-lat. vel in antiquis s. & apud S. Thomam lect. 9.

(2) Ex cap. 2. græco-lat. libri 3. Ethicorum vel c. 3. in antiquis & apud S. Thomam lect. 3. ubi generalia quidem agendi principia neminem ignorare nisi insanum dicit, sed in eorum applicatione ignorantiam contingere: Unde vulgare illud ex eo loco sumptum, *Omnis peccans, ignorans.*

(3) Sive intelligentes iuxta usum proprium hujus vocis; accipiendo sensum prout analogice de intellectu dici solet: Sicut ap. 6. vers. 16. cogitare de illo sensus est consummatus (etsi φόνος græce seu prædicens) Sap. 7. vers. 7. Optavi & datus est mihi

sensus (ubi φόνος rursum) Sap. 8. vers. 6. & autem sensus operatur (φ.φ.ον. ut & Sap. 9. vers. 17. Sensum tuum quis scies? græce θυμον̄ seu consilium) Ecclesiast. 1. vers. 30. Labia multorum enarrabunt sensum illius, ubi σύνετον græce ut hic: Ecclesiast. 14. v. 22. In sensu cogitabitis circumspetitionem Dei εἰς σύνετον) Ecclesiast. 24. vers. 36. Qui adimpleret quas Euphrates sensum σύνετον) Ut & pro sensato σύνετος Ecclesiast. 6. vers. 3. Ecclesiast. 7. v. 23. & 27. Ecclesiast. 10. v. 1. Ecclesiast. 16. v. 5. Ecclesiast. 18. v. 29. Ecclesiast. 21. vers. 19. Pro insensato quoque σύνετος Ecclesiast. 22. vers. 4. Sapient. 11. vers. 16. ut & aliis passim locis.

& ideo post virtutem quæ est bene judicativa , necessaria est finalis virtus principalis , quæ est bene præceptiva , scilicet prudentia .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse . a scripturis , & Philosopho , quod synesis est virtus . De Philosopho quidem patet , q. 47. a. 1. arg. 1. cum corp. A scripturis vero insinuatur per hoc , quod dicitur 1. Cor. 2. *Spiritualis judicat omnia* . Hoc est . Qui habet rectum judicium in omnibus , est spiritualis , idest virtuosus , ad differentiam hominis animalis , de quo præmiserat . Propter ly *rectum judicium in omnibus* , vide a. 4. arg. 1. Ergo Apostolus per dictum illud monstrat , quod (ut scholastice loquamur) synesis , quæ est formaliter bene judicativa , idest per quam homo bene judicat , est virtus . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 290

Utrum gnome sit specialis virtus .

Loci sup. art. 3. citatis .

AD quartum sic proceditur . Videtur quod gnome non sit specialis virtus a synesi distincta . Quia secundum synesim dicitur aliquis bene judicativus . Sed nullus potest dici bene judicativus , nisi in omnibus bene judicer . Ergo synesis se extendit ad omnia dijudicanda . Non est ergo aliqua alia virtus bene judicativa , quæ *gnome* dicatur (1) .

2. Præterea . Judicium medium est inter consilium , & præceptum . Sed una tantum virtus est bene consiliativa , scilicet eubulia ; & una tantum virtus est bene præceptiva , scilicet prudentia . Ergo etiam una tantum est virtus bene judicativa , scilicet synesis .

3. Præterea . Ea quæ raro accidunt , in

A R T . III. & IV.

quibus oportet aliquando a communibus legibus discedere , videntur præcipue casualia esse : quorum non est ratio , ut dicitur in II. Phyl. (2) Omnes autem virtutes intellegentes petinent ad rationem rectam . Ergo circa prædicta non est aliqua virtus intellegentia .

Sed contra est quod Philosophus determinat in VI. Ethic. (cap. xi.) gnomen esse specialem virtutem .

Respondeo dicendum , quod habitus cognoscitivi distinguntur secundum altiora , vel inferiora principia ; sicut sapientia in speculatibus altiora principia considerat quam scientia ; & ideo ab ea distinguitur : & ita etiam oportet esse in activis . Manifestum est autem quod illa quæ sunt præter ordinem inferioris principii , sive causæ , reducuntur quandoque in ordinem altioris principii ; sicut monstruosi partus animalium sunt præter ordinem virtutis activæ in semine ; tamen cadunt sub ordine altioris principii , scilicet celestis corporis , vel ulterius , providentias divinas : unde ille qui consideraret virtutem activam in semine , non posset certum judicium ferre de hujusmodi monstribus ; (3) de quibus tamen potest judicari secundum considerationem divinæ providentiae .

Contingit autem quandoque aliquid esse faciendum præter communes regulas agendorum , puta cum impugnatori patriz non est depositum reddendum , vel aliud aliud hujusmodi . Et ideo oportet de hujusmodi judicare secundum aliqua altiora principia , quam sint regulæ communes , secundum quas judicat synesis : & secundum illa altiora principia exigitur altior virtus judicativa , quæ vocatur *gnome* , quæ importat quædam perspicacitatem judicii .

Ad primum ergo dicendum , quod synesis est vere judicativa de omnibus quæ secundum communes regulas fiunt ; sed præter communes regulas sunt quædam alia dijudicanda , ut jam dictum est (in corp. art.)

Ad

(1) Ex greco γνώμη quod a cognitione derivatum est & accipitur pro sententia patrum , quia de iis tantum sententia , sive privatum sive publicè ferri debet , quæ certo cognoscimus .

(2) Partim text. 48. ubi ea quæ sunt a casu vel fortuna , distinguuntur ab eis quæ frequenter vel semper fiunt : Partim text. 57. ubi eorum quæ frequenter vel semper fiunt , dicitur esse quædam ratio cur sic fiunt , sed non eorum quæ a fortuna fiunt vel a casu , quia præter deliberationem rationis contingunt : Minus autem expresse sicut prius text. 57.

(3) Quippe cum ejus , quod alicuius gratia facit seu propter finem operatur , aberramenta quædam & peccata sint (ἀμαρτήματα) ut dicitur 2. Phytorum text. 82. Unde secundum naturalem partium legem de illis judicari non potest : Et si universales quædam rationes cur frant redi possunt , ut lib. 4. de generatiōe animalium & 3. prope finem indicat , quales a Democrito redi refert cap. 4. Sed neque de omnibus omnino monstribus , nec de illis particuliāres , per quas plene cognosci possit unde talia producantur .

Ad secundum dicendum, quod judicium debet sumi ex principiis propriis rei; inquisitio autem fit etiam per communia. Unde etiam in speculativis Dialectica, quæ est inquisitiva, procedit ex communibus; Demonstrativa autem, quæ est judicativa, procedit ex propriis. Et ideo eubulia, ad quam pertinet inquisitio consilii, est una de omnibus; non autem synesis, quæ est judicativa. Preceptum autem respicit in omnibus unam rationem boni: & ideo etiam prudentia non est nisi una.

Ad tertium dicendum, quod omnia illa, quæ præter communem cursum contingere possunt, considerare pertinet ad solam providentiam divinam; sed inter homines ille qui est magis perspicax, potest plura horum sua ratione dijudicare: & ad hoc pertinet gnome, quæ importat quamdam perspicacitatem judicii (1).

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a scripturis, & Philosopho insinuatum, quod gnome est virtus specialis, idest distincta a synesi. De Philosopho patet in argumento contr. & colligitur quest. 47. articul. 1. cum corpor. A scripturis vero insinuatur per hoc; quod introducuntur aliqui laudabiliter dixisse 1. Machabæor. 2. omnis homo, qui venerit ad nos in bello in die sabbatorum, pugnemus cum illo. Vide supra quest. 40. articul. 4. argument. contr. & append. Et tamen secundum communes legis regulas sciebant, observandum esse, & quidem strictissime, diem sabbatorum, idest tunc esse feriandum. Ecce ergo per hoc eorum factum denotatum fuisse (ut scholastice dicatur) gnomen esse virtutem specialem. Secundo vides, quomodo &c.

Q U Æ S T I O L II.

*De dono consilii,
in quatuor articulos divisa.*

POstea considerandum est de dono consilii, quod respondeat prudentiæ: & circa hoc quæruntur quatuor.

Primo, utrum consilium debeat ponи inter septem dona Spiritus sancti.

Secundo, utrum donum consilii respondeat virtuti prudentiæ.

Tertio, utrum donum consilii maneat in patria.

Quarto, utrum quinta beatitudo, quæ est, Beati misericordes &c. respondeat dono consilii.

A R T I C U L U S I. 291

*Utrum consilium debeat ponи inter dona
Spiritus sancti.*

III. dist. xxxv. quest. II. art. 4. quest. I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod consilium non debeat ponи inter dona Spiritus sancti. Dona enim Spiritus sancti in adjutorium virtutum dantur, ut patet per Gregorium in II. Moral. (2) Sed ad consiliandum homo sufficienter perficitur per virtutem prudentiæ, vel etiam eubuliz, ut ex dictis patet (quest. xlvi. art. 1. & 2. & quest. præc. art. 1. & 2.) Ergo consilium non debeat ponи inter dona Spiritus sancti.

2. Præterea. Hæc videtur esse differentia inter septem dona Spiritus sancti, & gratias gratis datas, quod gratiæ gratis datæ non dantur omnibus, (3) sed distribuuntur diversis; dona autem Spiritus sancti dantur omnibus habentibus Spiritum sanctum. Sed consilium videtur esse de his quæ specialiter aliquibus a Spiritu sancto dantur, secundum illud I.

F 2 Ma-

dernjs.

(1) Ex usu vocis vel significacione ad quam imponitur, non autem sic præcise si attendatur primænotio vocis vel significatio a qua imponitur: Ni quod quia (ut diximus) ex græca voce cognitionem importante sumitur, & ad certitudinem cognitionis requiritur perspicacitas judicii, eam non immrito significare videri potest.

(2) Nempe cap. 36. in antiquis Exemplaribus, ut prius ad marginem indicabatur, sed 27. in mo-

(3) Sicut 1. ad Cor. 12. vers. 4. expresse patet, ubi dicitur: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: Et mox vers. 7. Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem: Alii quidem per spiritum datur sermo sapientia, alii sermo scientie secundum eundem spiritum &c.* ut in suo loco 1. 2. quest. IIII. art. 4. plenius relatum est, cum de gratiis gratis datis.

Machab. II. 65. *Ecce Simon frater vester ipse vir consilii est.* Ergo consilium magis debet poni inter gratias gratis datas, quam inter septem dona Spiritus sancti.

3. Præterea. Rom. VIII. 14. dicitur: *Qui sp̄ ritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt.* Sed his qui ab alio aguntur, non competit consilium. Cum ergo dona Spiritus sancti maxime competant filiis Dei, qui accepérunt spiritum adoptionis filiorum, videtur quod consilium inter dona Spiritus sancti poni non debeat.

Sed contra est quod Isaï. XI. 2. dicitur: *Requiesces super eum spiritus consilii, & fortitudinis.*

Respondeo dicendum, quod dona (1) Spiritus sancti, ut supra dictum est (I. 2. quest. LXVII. art. 1.) sunt quedam dispositiones, quibus anima redditur bene mobilis a Spiritu sancto. Deus autem movet unumquodque secundum modum ejus quod moveatur; sicut creaturam corporalem movet per tempus, & locum; creaturam autem spiritualiem per tempus, & non per locum, ut Augustinus dicit in VIII. super Gen. ad lit. (cap. xx.)

Est autem proprium rationali creaturæ quod per inquisitionem rationis moveatur ad aliquid agendum: quæ quidem inquisitio consilium dicitur: & ideo Spiritus sanctus dicitur per modum consilii creaturam rationalem movere: & propter hoc consilium ponitur inter dona Spiritus sancti.

Ad primum ergo dicendum, quod prudenteria, vel eubulia, sive fit acquisita, sive fit infusa, (2) dirigit hominem in inquisitione consilii, secundum ea quæ ratio comprehendere potest: unde homo per prudentiam, vel eubuliam fit bene confilians vel sibi, vel aliis. Sed quia humana ratio non potest comprehendere (*) singularia, & contingentia, quæ occurtere possunt, fit quod cogitationes mortalium sint timide, & incertæ providentie nostræ, ut dicitur Sap. IX. 14. Et ideo indiger homo in inquisitione consilii di-

rigi a Deo, qui omnia comprehendit: quod fit per donum consilii, per quod homo dirigitur quasi consilio a Deo accepto: sicut etiam in rebus humanis qui sibi ipsi non sufficiunt in inquisitione consilii, a sapientioribus consilium requirunt.

Ad secundum dicendum, quod hoc potest pertinere ad gratiam gratis datum, quod ali, quis ita sit boni consilii, quod aliis consilium præbeat; sed quod aliquis a Deo oonsilium habeat, quid fieri oporteat in his quæ sunt necessaria ad salutem, hoc est commune omnium sanctorum.

Ad tertium dicendum, quod filii Dei aguntur a Spiritu sancto secundum modum eorum, salvato scilicet libero arbitrio, (3) quod est facultas voluntatis, & rationis; & sic in quantum ratio a Spiritu sancto moveretur, vel instruitur de agendis, competit filiis Dei donum consilii.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse connumeratum consilium inter dona Spiritus sancti ab Isa. XI. *Requiesces super eum spiritus Domini, &c. Spiritus consilii.* Hoc est: Consilium, quod est donum Spiritus Domini. Nam Spiritus Domini secundum se est unus tantum, non multiplex. Cum ego dicitur multiplex, sive, ut hic semper encuplex, tunc intelligitur secundum suos effectus, seu dona sumi, non secundum se; unde Ecclesia sancta explicans hoc in hymno Pentecostes *veni creator Spiritus, &c.* inquit. *Tu septiformis munere.* Hoc est. Tu non es septiformis secundum substantiam tuam, sed secundum munera tua. Dicitur ergo *Spiritus consilii*, idest consilium Spiritus sancti donum, *Spiritus fortitudinis*, idest fortitudo donum Spiritus sancti. Et sic de ceteris ibi ab Isaia numeratis. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, declaretur &c.

A R .

(1) Proprio sensu dicta & numero septenario comprehensa: Communi aliqui acceptione, vel extensivo sensu virtutes quoque *dona* interdum appellantur, ut & propriis locis notatum est; quia nonnisi a Spiritu sancto sive a Deo dari possunt.

(2) Non per se quidem, sed per accidens; quia virtus infusa per se non videtur nisi propter objectum supernaturale dari quod excedat humanam rationem: Infusa vero per accidens quæ per humanos

quidem actus acquiri potest, sed per divinam tamē infusionem datur, non excedit objectum naturale vel rationem, sed ei se conformat ut perficiat actum eius.

(*) Ita edit. Rom. cum codd. Alcan. & Tarac. aliisque. At singularia contingentia.

(3) Quo scilicet illius motionem vel sequi possunt vel abdicere, ut Concilium Tridentinum Sess. 6. cap. 5. ex professo explicat.

ARTICULUS II. 292

Utrum donum consilii respondeat virtuti prudentiae.

III. dist. XXXIV. quest. 1. art. 2. cor. &
dist. XXXV. quest. 1. art. 4. quest. 1.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod donum consilii non respondeat convenienter virtuti prudentiae. *Inferius enim in suo supremo attingit id quod est superiorius*, ut patet per Dionysium VII. cap. de div. Nom. (a med. lect. 4.) sicut homo attingit Angelum secundum intellectum. Sed virtus cardinalis est inferior dono, ut supra habitum est (1. 2. quest. LXVIII. art. 8.) (1) Cum ergo consilium sit primus, & infraactus prudentiae, supremus autem actus ejus praecepere, medius autem judicare; videtur quod donum respondens prudentiae non sit consilium sed magis (2) judicium, vel praeceptum.

2. Præterea. Uni virtuti sufficienter auxilium præbetur per unum donum; quia *quanto aliquid est superiorius, tanto est magis unum ut probatur in Libro de causis* (3) Sed prudentiae auxilium præbetur per donum scientiae, quæ non solum est speculativa, sed etiam practica, ut sup. habitum est (quest. IX. art. 3.) Ergo donum consilii non respondet virtuti prudentiae.

3. Præterea. Ad prudentiam proprie pertinet dirigere, ut supra habitum est (quest. XLVII. art. 8.) Sed ad donum consilii pertinet quod homo dirigatur a Deo, sicut dictum est (art. præc.) Ergo donum consilii non pertinet ad virtutem prudentiae.

Sed contra est quod donum consilii est circa ea quæ sunt agenda propter finem. Sed circa hæc est etiam prudentia. Ergo sibi invicem correspondent.

Respondeo dicendum, quod principium motivum inferius adjuvatur præcipue, & perficitur per hoc quod movetur a superiori motivo principio, sicut corpus in hoc (*) quod movetur a spiritu.

Manifestum est autem quod rectitudo rationis humanæ comparatur ad rationem divinam, (**) sicut principium motivum inferius, quod movetur ad superiorius, (4) & refertur in ipsum: ratio enim æterna est suprema regula omnis humanæ rectitudinis.

Et ideo prudentia, quæ importat rationis rectitudinem, maxime perficitur, & juvatur secundum quod regulatur, & movetur a Spiritu sancto: quod pertinet ad donum consilii ut dictum est (ar. præc. (***)). Unde donum consilii respondet prudentiae, sicut ipsam adjuvans, & perficiens.

Ad primum ergo dicendum, quod judicare & præcipere non est moti, sed moventis. Et quia in donis Spiritus sancti mens humana non se habet ut movens, sed magis ut mota, ut supra dictum est (ar. præc. & 1. 2. quest. LXVIII. art. 1.) inde est quod non fuit conveniens quod donum correspondens prudentiae præceptum diceretur, vel *judicium*, sed *consilium*: per quod potest significari motionis mentis consiliata ab alio consiliante (5).

Ad secundum dicendum, quod scientia donum non directe respondet prudentiae, cum sit in speculativis, sed secundum quamdam extensionem eam adjuvat; donum autem consilii directe respondet prudentiae, sicut circa eadem existens.

Ad tertium dicendum, quod movens motum, ex hoc quod movetur, movet. Unde mens humana ex hoc ipso quod dirigitur a Spiritu sancto, fit potens dirigere se, & alios.

A P.

(1) Ubi queritur an virtutes sint præferendæ donis.

(2) Adversativo sensu; quasi nullo modo sit consilium, ut ex adjunctis patet.

(3) Sic enim ibi Proposit. 4. *Esse est supra sensum & supra animas & supra intelligentias; & non est post causam primam latius neque prius causam ipso: Propterea id ergo factum est superiorius causatis rebus omnibus & vehementius unitum, propter suam propinquitatem uni puro & vero &c.* Et Proposit. 10. *Primitus intelligentias est virtus magna, quantum sunt vehementioris unitatis quam intelligentiae secundæ universitatis in interiori &c.*

(4) In cod. Alcan. defuit sequentia usque Ad

primum. *Habent edit. omnes, cum aliis m/s.*

(5) Vel transposita constructione mentis consiliata motione ab alio consiliante; ut mens consiliata intelligatur ab alio consiliante moveri; ethi morali tantum esse metaphorica motione.

(*) In cod. Alcan. defuit quod.

(**) Ita omnes edit. cum pluribus m/s. Cod. Alcan.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scriptur. quod consilium respondet prudentie. Insinuantur autem per hoc , quod dicitur Deuteronom. 32. *Generatio absque consilio est , & sine prudentia.* Ac si dicat , si haberet prudentiam , haberet & consilium : quoniam duo haec sibi correspondent . Item per dictum Proverb. 2. *Consilium custodiet te , & prudentia servabit te .* Unde patet , quod stant simul prudentia , & consilium , tamquam unum correspondens alteri . Et cap. 13. *Qui omnia agunt cum consilio , reguntur sapientia .* Hoc est . Reguntur prudentia . Et infra . *Astutus omnia agit cum consilio .* Ubi ly astutus stat pro prudente : ut patet contextum legendi . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 293

Utrum donum consilii maneat in patria .

*III. dist. xxxv. quæst. III. art. 4.
quæst. 3.*

AD tertium sic proceditur . Videtur quod donum consilii non maneat in patria . Consilium enim est eorum quæ sunt agenda propter finem . Sed in patria nihil erit agendum propter finem , quia ibi homines ultimo fine potentier . Ergo in patria non est donum consilii .

2. Præterea . Consilium dubitationem importat : (1) in his enim quæ manifesta sunt ridiculum est consiliari , sicut patet per Philosophum in III. Ethic. (cap. 111.) In patria autem tolletur omnis dubitatio . Ergo in patria non erit consilium .

3. Præterea . In patria Sancti maxime Deo conformantur , secundum illud I. Joan.

(1) 2. *Cum apparueris , similes ei erimus .*
(2) *Sed Deo non convenit consilium , secundum illud Rom. 11. 34. Quis consiliarius ejus fuit ? Ergo etiam neque Sanctis in patria competit donum consilii .*

Sed contra est quod Gregorius dicit XVII.

(3) Moral. *Cumque uniuscuiusque gentis vel culpa vel justitia ad superna curia consilium ducitur ejusdem gentis prepositus vel obtinuisse in certamine , vel non obtinuisse peribetur .*

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (ar. præc. & I. 2. quæst. LVIII. art. 1.) dona Spiritus sancti ad hoc pertinent quod creatura rationalis moveatur a Deo .

Circa motionem autem humanae mentis a Deo duo considerari oportet . Primo quidem quod alia est dispositio ejus quod movetur , & alia , dum est in termino motus . Et quidem quando movens est solum principium movendi , cessante motu , cessat actio moventis super mobile , quod jam pervenit ad terminum ; sicut domus , postquam ædificata est , non ædificatur ulterius ab ædificatore . Sed quando movens non solum est causa movendi , sed etiam est causa ipsius formæ , ad quam est morus , tunc non cessat actio moventis etiam post adoptionem formæ ; sicut Sol illuminat acretionem , etiam postquam est illuminatus . Et hoc modo Deus causat in nobis & virtutem , & cognitionem , non solum quando primo acquirimus , sed etiam quamdiu in eis perseveramus . Et sic cognitionem agendorum causat Deus in beatis , non quasi in ignorantibus , sed quasi continuando in eis cognitionem eorum quæ agenda sunt . Tamen quædam sunt quæ beati , vel Anegli , vel homines non cognoscunt quæ non sunt de esse etiæ beatitudinis ; sed pertinent ad gubernationem rerum secundum diuinam providentiam : & quantum ad hoc est aliud considerandum , scilicet quod mens beatorum movetur aliter a Deo , & aliter mens viatorum : nam mens viatorum movetur a Deo in agendis per hoc quod sedatur anxieties

(1) *Quia inquisitio quædam vel quæstio est , ut jam sup. & ex 3. Ethic. cap. 5. græco-lat cum adjunctis mox colligitur , vel cap. 7. in antiquis .*

(2) *Non cum apparueris Deus ut communiter subintelligi solet , sed cum apparueris quid erimus , ut patet ibi ex adjunctis .*

(3) *Ex cap. 7. in antiquis vel cap. 8. in modernis , occasione Angelorum qui ab invicem dissentire interdum indicantur cum voluntatem Dei nondum sciunt . sed concordare tandem cum didicerunt , super illud Job. 25. Qui facit concordiam sublimibus : Ubi*

post recitatam pugnam inter Angelos qui volebant populum judaicum in Babylone retineri , & inter illos qui eum cupiebant ex Babylone liberari , sicut Danielis 10. videtur est , Ratio dicitur , (inquit) quod contra se Angelis venient , quia subjectorum habet gentium vicissim merita contradicunt : Nam sublimas spiritus eidem gentibus principantes nequaquam pro iuste agentibus decertant , sed eorum facta iuste judicantes examinant : Cumque uniuscuiusque gentis vel culpa vel justitia ad superna curia consilium ducitur &c.

tas dubitationis in eis præcedens ; in mente vero beatorum circa ea quæ non cognoscunt, est simplex nescientia , a qua etiam Angeli purgantur , secundum Dionysium viii. cap. cæl. Hier. (a med.) Non autem præcedit in eis inquisitio dubitationis, sed simplex con versio ad Deum : & hoc est Deum consule re ; sicut Augustinus dicit V. super Gen. ad litteram quod (1) *Angeli de inferioribus Deum consulunt* . Unde & instructio qua super hoc a Deo instruuntur, *consilium* dicitur .

Et secundum hoc donum consilii est in beatis, in quantum in eis a Deo continuatur cognitio eorum quæ sciunt, & in quantum il luminantur de his quæ nesciunt circa agenda .

Ad primum ergo dicendum, quod etiam in beatis sunt aliqui actus ordinati ad finem vel quasi procedentes ex consecutione finis, sicut quod Deum laudant, vel quibus alios pertrahunt ad finem, quem ipsi sunt consecuti, sicut sunt ministeria Angelorum, & orationes Sanctorum : & quantum ad hoc habet in eis locum donum consilii .

Ad secundum dicendum, quod dubitatio pertinet ad consilium secundum statum virtutis præsentis, non autem pertinet, secundum quod est consilium in patria ; sicut etiam virtutes non habent omnino eosdem actus in patria & in via .

Ad tertium dicendum, quod consilium non est in Deo sicut in recipiente, sed sicut in dante . Hoc autem modo conformantur Deo Sancti in patria, sicut recipiens influenti .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Beato Gregorio, quod consilium donum manet in patria. Insinuator vero per hoc, quod Beatus Gregorius dicit: consilium esse in superna curia: ut in argumento contrario recitat. Item a sacra scriptura per hoc, quod dicitur Psalm. 18. *Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi*. Ac si a simili diceretur, dona Spiritus sancti permanent in seculum seculi. Nam timor est donum ip-

fius, q. 19. ar. 9. Et permanere in seculum seculi est permanere in patria: ibidem articulo undecimo. Item per dictum Psalmum 88. *Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum*. Hoc est, loquendo in præcipuo sensu, Beatorum in patria existentium. Ut etiam ex contextu habetur. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, declaretur vicissim angelica hæc doctrina, & consolidetur.

A R T I C U L U S I V . 294

Utrum quinta beatitudo, que est de misericordia, correspondeat dono consilii.

1. 2. quest. lxix. art. 3. ad 3. & III. diff. xxxiv. quest. 1. ar. 4. cor. & Matth. v.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod quinta beatitudo, quæ est de misericordia, non respondeat dono consilii. Omnes enim beatitudines sunt quidam actus virtutum, ut supra habitat est (1. 2. quest. lxix. ar. 1.) Sed per consilium in omnibus virtutum actibus dirigimur. Ergo consilio non respondeat magis quinta beatitudo quam alia.

2. Præterea. Precepta dantur de his quæ sunt de necessitate salutis; consilium autem datur de his quæ non sunt de necessitate salutis. (2) Misericordia autem est de necessitate salutis, secundum illud Iacobi 11. 13. *Judicium sine misericordia illi qui non facit misericordiam*: paupertas autem non est de necessitate salutis, sed pertinet ad perfectionem virtutis, ut pater Matth. xix. (3) Ergo dono consilii magis respondet beatitudo paupertatis quam beatitudo misericordie.

4. Præterea. Fructus consequuntur ad beatitudines: important enim delectationem quamdam spiritualem, quæ consequitur perfectos actus virtutum. Sed inter fructus non ponitur aliiquid respondens dono consilii, ut patet Galat. v. Ergo etiam beatitudo misericordie non respondet dono consilii.

Sed

(1) Ut cap. 10. statim a principio videre est; ubi plenius: *Non sane propter inferiorum scientiam nuntius indiges, quasi per eos fiat scientior: Habet autem nuntius propter nos & propter ipsos; quia ita modo Deo parere & assistere ut cum de inferioribus consulant, ejusque supernis preceptis & iussis obtemperent, bonum est eis in ordine propria nostra sequere substantie.*

(2) Ut ex professo 1. 2. quest. 108. art. 4. explicatum est; & ex Patribus anno 1atum.

(3) Ubi diviti cuidam adolescenti postulanti quid adhuc sibi post precepta deest, quæ se dicebat implevisse, respondit Christus ver. 21. *Si vis perficius esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.*

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. I. de sermone Domini in monte (cap. iv. parum a princ.) *Consilium convenit misericordibus : quia unicum remedium est de tantis malis erui, dimittere aliis, & dare.* (1)

Respondeo dicendum, quod consilium proprie est de his quæ sunt utilia ad finem. Unde ea quæ maxime sunt utilia ad finem, maxime debent correspondere dono consilii. Hoc autem est misericordia, secundum illud I. ad Tim. iv. 8. *Pietas ad omnia utilis est.* Et ideo specialiter dono consilii respondet beatitudo misericordiæ, non sicut elicienti, sed sicut dirigenti.

Ad primum ergo dicendum, quod etsi consilium dirigat in omnibus actibus virtutum, specialiter tamen dirigit in operibus misericordiæ, ratione jam dicta (in corp.)

Ad secundum dicendum, quod consilium, secundum quod est donum Spiritus sancti dirigit nos in omnibus quæ ordinantur in finem vita æternæ, sive lîte de necessitate salutis, sive non : & tamen non omne opus misericordiæ est de necessitate salutis.

Ad tertium dicendum, quod fructus importat quiddam ultimum. In practicis autem non est ultimum in cognitione, sed in operatione, quæ est finis. Et ideo inter fructus nihil ponitur quod pertineat ad cognitionem practicam ; sed solum ea quæ pertinent ad operationes, in quibus cognitio practica dirigit : inter quæ ponitur *bonitas*, & *benignitas*, quæ respondent misericordiæ.

A P P E N D I X.

EX artic. habes primo : quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuum a scripturis, & August. quod consilium respondeat beatitudini de misericordia. Et quidem de B. Augustino patet in arg. contr. Ubi nota diligenter ly *unicum remedium est.* A scripturis vero per dictum Daniel. 4. *Consilium meum regi placeat ; peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.* Ac si, in proposito, dicatur.

Consilium respicit misericordiam, tamquam dirigens hominem in operibus misericordiæ. Secundo vides : quomodo &c.

Q U A S T I O L III.

De vitiis prudentie oppositis, & primo de imprudentia,

In sex articulos divisa.

DOstea considerandum est de vitiis oppositis prudenter. Dicit enim Augustinus in IV. contra Julianum (cap. iv. cir. med.) quod *omnibus virtutibus non solum sunt virtus manifesta discretione contraria, sicut prudentia temeritas ; verum etiam vicina quodammodo.* (2) nec *veritate, sed quadam specie falliente similia, sicut ipsi prudentia astutia.* Primo ergo considerandum est de vitiis quæ manifeste contrarietatem habent ad prudentiam ; quæ scilicet virtus proveniunt ex defectu prudentiae, vel eorum quæ ad prudentiam requiruntur. Secundo de vitiis quæ habent quamdam similitudinem falsam cum prudentia, quæ scilicet contingunt per abusum eorum quæ ad prudentiam requiruntur.

Quia vero sollicitudo ad prudentiam pertinet, circa primum consideranda sunt duo. Primo quidem de imprudentia. Secundo de negligentia, quæ sollicitudini opponitur.

Et circa primum queruntur sex.

Primo de imprudentia, utrum sit peccatum.

Secundo, utrum sit speciale peccatum.

Tertio de precipitacione, sive temeritate.

Quarto de inconsideratione.

Quinto de inconstancia.

Sexto de origine horum vitiorum.

A R T I C U L U S I. 295

Utrum imprudentia sit peccatum.

AD primum sic proceditur. Videtur quod imprudentia non sit peccatum. Omne enim

(1) Sive paulo aliis verbis : *Hoc enim unum remedium est de tantis malis evadendi, ut dimittamus sicut nobis dimitti volumus ; & adjuvemus in quo possumus alios, sicut & nos in quo non possumus, cupimus adjuvari ; ut videre est in antiquis cap. o. ex quo prius indicabatur ad marginem, sed in modernis 4. Et jam antea præmisserat : Perseveransibus in labore datur evadendi consilium ; quia nisi quisque adjuvetur a superiori, nullo modo sibi est idoneus ut se de tantis misericordiarum implicementis excedat. Est autem justum consilium ut qui se a po-*

tentiori adjuvari vult, adjuvet & infirmiores in quo est ipse potentior : Itaque beati misericordes &c.

(2) Non ut inepte in quibusdam exemplaribus & in ipso Coloniensi, verum etiam virtus quodammodo : Est enim antithesis inter virtus quodammodo quæ manifeste a virtutibus discerni possunt ut contraria illis ; & alia quæ quandam præ se feru & similitudinem virtutum nec tam facile discernuntur ; unde dicuntur virtutibus vicina quodammodo seu affinia quoad apparentiam, licet remotissima quoad veritatem ; & tanto magis periculosa quanto similiora illis, &c.

enim peccatum est voluntarium, ut Augustinus dicit (Lib. de vera relig. cap. xiv. cir. princ.) (1) Imprudentia autem non est aliquid voluntarium: nullus enim vult esse imprudens. Ergo imprudentia non est peccatum.

2. Præterea. Nullum peccatum nascitur cum homine, nisi originale. Sed imprudentia nascitur cum homine, unde & juvenes imprudentes sunt; nec est originale peccatum, quod opponitur originali justitiae. Ergo imprudentia non est peccatum.

3. Præterea. Omne peccatum per poenitentiam tollitur. Sed imprudentia non tollitur per poenitentiam. Ergo imprudentia non est peccatum.

Sed contra. Spiritualis thesaurus gratiae non tollitur nisi per peccatum. Tollitur autem per imprudentiam, secundum illud Proverb. xxii. 20. *Theſauruſ deſiderabiliſ, & oleuſ in habitaculo iuſti, & homo imprudens diſpabit illud.* (2) Ergo imprudentia est peccatum.

Respondeo dicendum, quod imprudentia dupliciter accipi potest, uno modo privative, alia modo contrarie: Negative autem non proprie dicitur, ita scilicet quod proprie importet solam carentiam prudentiae, quæ potest esse sine peccato. Privative quidem imprudentia dicitur, in quantum aliquis caret prudentia quam quis natus est, & debet habere: & secundum hoc imprudentia est peccatum ratione negligentiae, qua quis non adhibet studium ad prudenter habendam.

Contrarie vero accipitur imprudentia, secundum quod ratio contrario modo movetur, vel agit prudentiae; puta si recta ratio prudentiae agit consiliando, imprudens consilium sperrit; & sic de aliis, quæ in actu prudentiae consideranda sunt. Et hoc modo imprudentia

Summ. S.Th. Tom. VII.

(1) Sic enim ibi: *Uisque adeo peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium: Et hoc ita manifestum est, ut nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diffensat.*

(2) Ubi paulo alio sensu Beda videtur explicare, ut non imprudens dispare intelligatur in seipso sed in alio, cum sic ait: *Claritas honorum operum Deo. Semper amabilis. & pinguedo dilectionis in Sanctorum Ecclesia refuges: Verum reprobri non tantum virtutes non aequi sed & persequi & quantum valent in bonis obruere festinant. Ac deinde subiungit: Potest & hic profecto versus de quibus martyrum accipi; in cuius habitaculo (tibet corpora) anima sancta (Dei videlicet thesaurus) observatur; abundat &*

tia est peccatum secundum rationem propriam prudentiae. Non enim potest hoc contingere quod homo contra prudentiam agat, nisi divertens a regulis quibus ratio prudentiae rectificatur.

Unde si hoc contingat per aversionem a regulis divinis, est peccatum mortale; puta cum quis quasi contemnens, & repudians divina documenta, precipitante agit. Si vero præter eas agat ablique contemptu, & absque detimento eorum quæ sunt de necessitate salutis, est peccatum veniale.

Ad primum ergo dicendum, quod deformitatem imprudentiae nullus vult; sed actum imprudentiae vult reinerarius, qui vult præcipitanter agere. Unde & Philosophus dicit in Vl. Ethic. quod ille qui circa (*) prudentiam peccat volens, minus acceptatus (3),

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit de imprudentia, secundum quod sumitur negative. Sciendum tamen, quod carentia prudentiae, & cujuslibet virtutis includitur in carentia originalis justitiae, quæ totam animam perficiebat. Et secundum hoc omnes isti defectus virtutum possunt reduci ad originale peccatum.

Ad tertium dicendum, quod per poenitentiam restituuntur prudentia infusa; & sic cefas carentia hujus prudentiae. Non tamen restituuntur prudentia acquisita quantum ad habitum; sed tollitur (**) actus contrarius, in quo proprie consistit peccatum imprudentiae.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis fuisse: quod imprudentia est peccatum. Insinuat autem per hoc, quod dicitur Prov. 21. ut in arg. contr. Item Eccl. 20.

G'

Eß

unctio gratia spiritualis: At persequatur imprudens, hujusmodi habitaculum disruptero potest; thesaurum vero qui habitaculo tenebatur & oleum nequam tangere potest.

(*) *Al. male imprudentiam.*

(3) Ut ex cap. 5. græco-latinæ colligitur, vel in antiquis 4. & apud S. Thom. lect. 4. ubi paulo aliis verbis dicitur esse magis eligibilis (ἀπειρότερος) qui circa aurem volens peccat, sed non qui circa prudentiam: Non sicut prius parum prudenter mutatum est, circa imprudentiam.

(**) *Ita cum codd. Alcan. Tarrac. Camerac. & Paris. Nicolajus, & posteriores editiones. Al. habilitus.*

*Est qui perdit animam suam p̄e confusione, & imprudentia. Item Prov. 14. *Imprudentia stultorum errans*. Item ibi. *Fauitas stultorum imprudentia*. Patet autem, quod non nisi peccatum perdit animam; & quod error, & fuitas in genere morum, in quo genere loquuntur proverbia, sunt peccata. Per dicta ergo illa voluit denotare scriptura, quod imprudentia est peccatum. Secundo vides: quomodo &c.*

ARTICULUS II. 296

Verum imprudentia sit speciale peccatum.

AD secundum sic proceditur. Videlur quod imprudentia non sit speciale peccatum. Quicumque enim peccat, agit contra rationem rectam, quae est prudentia (1). Sed imprudentia consistit in hoc quod aliquis agit contra prudentiam, ut dictum est (art. præc.) Ergo imprudentia non est speciale peccatum.

2. Præterea. Prudentia magis est affinis moralibus actibus quam scientia. Sed ignorantia, quae opponitur scientiæ, ponitur inter generales causas peccati. Ergo multo magis imprudentia.

3. Præterea. Peccata contingunt ex hoc quod virtutum circumstantiaz corrumputantur: unde & Dionysius dicit i. v. cap. de div. Nom. (part. 4. lect. 22.) quod *malum contingit ex singularibus defectibus*. Sed multa requiruntur ad prudentiam, sicut ratio, intellectus, docilitas, & cetera quae supra posita sunt (quest. xlvi.) (2) Ergo multæ sunt prudentiæ species. Ergo non est speciale peccatum.

Sed contra. Imprudentia contraria est prudentiæ, ut dictum est (art. præc.) (3) Sed prudentia est una virtus specialis. Erga & imprudentia est unum vitium speciale.

Respondeo dicendum, quod aliquod vitium vel peccatum potest dici generale dupliciter

uno modo absolute, quia scilicet est generale respectu omnium peccatorum; alio modo quae est generale respectu quorundam virtuum, quæ sunt species ejus.

Primo autem modo potest dici aliquod vitium generale dupliciter. Uno modo per essentiam, quia scilicet prædicatur de omnibus peccatis: & hoc modo imprudentia non est generale peccatum, sicut nec prudentia generalis virtus; cum sit circa actus speciales, scilicet ipsos actus rationis. Alio modo per participationem: & hoc modo imprudentia est generale peccatum: sicut enim prudentia participatur quodammodo in omnibus virtutibus, inquantum est directiva earum; ita & imprudentia in omnibus vitiis, & peccatis: nullum enim peccatum potest accidere, nisi sit defectus in aliquo actu rationis diligenter; (4) quod pertinet ad imprudentiam.

Si vero dicatur peccatum generale non simpliciter, sed secundum aliquod genus, quia scilicet continet sub se multis species; sic imprudentia est generale peccatum. Continet enim sub se diversas species tripliciter. Uno quidem modo per oppositum ad diversas partes subjectivas prudentiæ in monastricam, quae est regitiva unius, & in alias species prudentiæ, quae sunt multitudinis regitiva, ut supra habitum est (5) ita etiam imprudentia. Alio modo secundum partes quasi potentiales prudentiæ, quae sunt virtutes adiunctæ, & accipiuntur secundum diversos actus rationis: & hoc modo quantum ad defectum consilii, circa quod est ebulia, est præcipitatio, sive temeritas, imprudentiæ species; quantum vero ad defectum judicii, circa quod sunt synesis, & gnome, est inconfidatio; quantum vero ad ipsum præceptum, quod est proprius actus prudentiæ, est inconstitutio, & negligentia. Tertio modo potest sumi per oppositum ad ea quae requiruntur ad prudentiam: quae sunt quasi partes integrales prudentiæ. Sed quia omnia illa ordinantur ad dirigendos prædictos tres (6) rationis

(1) Prout *ratio recta* significat habitum quandam perfectivum ad actus rationi conformes: Alioqui ratio potentiam importat, que subjectum potius prudentiæ quam prudentia dici debet.

(2) Ubi singulis articulis tractantur ex professo.

(3) Nec solummodo contraria extenso illo sensu quo quelibet quomodo libet opposita sic appellantur, sed stricta significatione qua opposita tantum positiva sic dici solent, quatenus distinguuntur a privativis, ut in corpore articuli explicatum est; quamvis nomine privativo significari videatur; sicut *irrationalis* privative videtur dici, quamvis aliquid positi-

vum importet, &c.

(4) Vel transposita constructione: *Nisi sit in aliis quo actu defectus rationis diligenter*; prout per diligenter rationem intelligitur habitus ut jam supra.

(5) Tum quest. 47 art uno, ubi generaliter proponuntur, tum quest. 50. ubi tractantur singillatim; art. sc. 1. regativa; & sequentibus politica, & economica, militaris.

(6) Scilicet *ebuliam* vel *consilium*: *synesim*, *five gnomen*, idest *judicium* vel *intelligentiam*, in *judicando*; & *præceptum*, vel *firmitatem* *judicii* ad aliorum actus dirigendos.

nis actus, inde est quod omnes defectus oppositi reducuntur ad quatuor prædictas partes, sicut incautela, & in circumspectio includuntur sub *inconsideratione*, quod autem aliquis deficiat a docilitate, vel memoria, vel ratione, pertinet ad *precipitationem*: improvidentia vero & defectus intelligentia, & solertia pertinet ad *negligentiam*, & *inconstantiam*.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de generalitate quæ est secundum participationem.

Ad secundum dicendum, quod, quia scientia est magis remota a moralibus quam prudencia, (1) secundum propriam rationem utriusque, inde est quod ignorantia non habet de se rationem peccati moralis, sed solum ratione negligentia præcedens, vel effectus sequentis; & propter hoc ponitur inter generales causas peccati. Sed imprudentia secundum propriam rationem importat vitium (*) morale: & adeo magis potest dici speciale peccatum.

Ad tertium dicendum, quod quando corruptio diversarum circumstantiarum habet idem motivum, non diversificatur peccati species; sicut ejusdem speciei est peccatum ut aliquis accipiat non sua, & ubi non debet, & quando non debet. Sed si sint diversa motiva, tunc essent diversæ species; puta si unus acciperet ubi non deberet ut faceret injuriam loco sacro, quod faceret speciem sacrilegii; (2) alius quando non debet, propter solum superfluum appetitum habendi, quod esset simplex avaritia. Et ideo defectus eorum quæ requiruntur ad prudentiam, non diversificant species, nisi quantum ordinantur ad actus rationis, ut dictum est (in corp. art. & 1. 2. quæst. lxxii. art. 9.)

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, quod imprudentia est speciale peccatum. Insinuantur vero per hoc, quod distincte ab aliis vitiis, maxime quibus idem

videri posset, narratur, quasi per hoc innendo, quod multo magis a ceteris omnibus distinguitur. Ut Eccl. 22. *Arenam, & salem, & massam ferri, facilius est ferre, quam hominem imprudentem, & fatum, & impium.* Item cap. 16. *Imprudens, & errans cogitant fulta.* Et cap. 29. *Lascivus, & imprudens non servabit tempus.* Item 1. Pet. 4. *Sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmucescere facias imprudentium hominum ignorantiam: ubi patet, quod hominum imprudentia distinguitur ab ipsorum ignorantia, sicut supra ab lascivia, errore, impietate, fatigante. Vide q. 46. art. 1. corp. & 47. 1. 3. arg. cont. & sic patebit magis ex praesertibus adductis scripturarum locis conclusum iri, quod in principio diximus, intentum. Secundo vides; quomodo &c.*

ARTICULUS III. 297

Utrum præcipitatio sit peccatum sub imprudentia contentum.

Inf. art. 5. cor. & quæst. cxxvii. ora 1. ad 2. & mal. quæst. xv. art. 4. cor.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod præcipitatio non sit peccatum sub imprudentia contentum. Imprudentia enim opponit virtuti prudentiae; Sed præcipitatio opponit dono consilii: dicit enim Gregorius in II. Mor. (3) quod *donum Consilii durat contra præcipitationem*. Ergo præcipitatio non est peccatum sub imprudentia contentum.

3. Præterea. Præcipitatio videtur ad temeritatem pertinere. Temeritas autem præsumptionem importat, quæ pertinet ad superbiem. Ergo præcipitatio non est vitium sub imprudentia contentum.

3. Præterea. Præcipitatio videtur importare quandam inordinatam festinationem. (4) Sed in consiliando non solum contingit esse peccatum per hoc quod aliquis est festinus, sed etiam si sit nimis tardus, ita quod prætereat opportunitas operis, & etiam secundum inordinationes aliarum circumstan-

G 2 tia-

(1) Sive minus affinitatis habet cum ipsa morum directione, quam prudentia; quia circa singularia versantur mores quæ dignoscuntur per prudentiam, non autem circa universalia præcise quæ cognoscuntur per scientiam.

(*) *Ita mss. & editi paſſim. Al mortale.*

(2) Et gravissimam quidem, si ea formaliter intentione id facaret, ut verba ipsa pre se ferunt; et-

si sacrilegium nihilominus esset quovis modo in Ecclesia furaretur.

(3) Ut ex c. 36. prius indicabatur ad marginem juxta Exemplaria vetera sed cap. 27. in modernis habetur, ut jam supra.

(4) Per oppositum ad aliam quæ in Scriptura paſſim commendatur, vel de qua vetus proverbium est, *festina lente.*

tiarum , ut dicitur in VI. Ethic. (1) Ergo non magis præcipitatio debet poni peccatum sub imprudentia contentum , quam tarditas , aut aliqua alia hujusmodi ad inordinationem consilii pertinentia .

Sed contra est quod dicitur Proverb. iv. 19. *Via impiorum tenebrosa , nesciunt ubi corrugant . Tenebrosæ autem viæ impietatis pertinent ad imprudentiam .* (2) Ergo corrue, sive præcipitari ad imprudentiam pertinet .

Respondeo dicendum , quod præcipitatio in actibus animæ metaphorice dicitur , secundum similitudinem a corporali motu acceptam . Dicitur autem præcipitari secundum corporalem motum quod a superiori in ima pervenit secundum impetum quemdam proprii motus , vel alicujus impellentis , non ordinate descendendo per gradus .

Summum autem animæ est ipsa ratio : inum autem est operatio per corpus exercita , gradus autem medi , per quos oportet ordinate descendere , sunt *memoria* præteriorum , *intelligentia* præsentium , *solenia* in considerandis futuris eventibus , *ratiocinatio* conferens unum alteri , *docilias* per quam aliquis acquiescit sententiis majorum : per quos quidem gradus aliquis ordinate descendit recte consiliando .

Si quis autem feratur ad agendum per impetum voluntatis , vel passionis , per transitus hujusmodi gradibus , erit præcipitatio . Cum ergo inordinatio consilii ad imprudentiam pertineat , manifestum est quod vitium præcipitationis sub imprudentia continetur .

Ad primum ergo dicendum , quod consilii rectitudine pertinet ad donum consilii , & ad virtutem prudentiarum ; licet diversimode , ut supra dictum est (quæst. præc. art. 2.) & ideo præcipitatio utriusque contrariatur .

Ad secundum dicendum , quod illa dicuntur fieri temere quæ ratione non reguntur : quod quidem potest contingere dupliciter : (3) uno modo ex impetu voluntatis , vel passionis ; alio modo ex contemptu regulæ dirigentis : unde videtur ex ea radice superbiæ

provenire quæ refugit subesse regulæ alienæ . Præcipitatio autem se habet ad utrumque . Unde temeritas sub præcipitatione continetur ; quamvis præcipitatio magis respiciat primum .

Ad tertium dicendum , quod in inquisitione consilii multa particularia sunt consideranda : & ideo Philosophus dicit in VI. Eth. (cap. ix. a princ.) *Oportet consiliari tardie . Unde præcipitatio directius opponitur rectitudini consilii quam tarditas superflua , quæ habet quamdam similitudinem recti consilii .*

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis : quod præcipitatio continetur sub imprudentia . Insinuatur vero per hoc , quod dicitur Prov. 4. *Via impiorum tenebrosa , nesciunt , ubi corrugant .* Tenebrosas enim viæ importat imprudentiam : & corrue præcipitationem . Ac si ergo dicatur . Ideo nesciunt impii , quo præcipitent semetiplos , quia ipsorum via est tenebrosa : hoc est , quia sunt imprudentes , ideo præcipitationem incurront . Item per dictum Eccl. 10. *Labia insipientis precipitabunt eum .* Ut per ly *insipientis intelligas imprudentem :* & per ly *labia* interiorum motum ad captandum , quod ajunt , consilium . Secundo vides quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 298

Utrum inconsideratio sit speciale peccatum sub imprudentia contentum .

Sup. ans. 2. cor. &c. inf. art. 5. cor. &c. mal. quæst. xv. art. 4. cor.

AD quartum sic proceditur . Videtur quod inconsideratio non sit peccatum speciale sub imprudentia contentum . Lex enim divina ad nullum peccatum nos inducit , secundum illud Ps. xvi. 9. *Lex Domini immaculata .*

(1) Colligitur vel ex cap. 12. & 13. græco-latino , vel ex cap. 9. & cap. 10. in antiquis .

(2) Juxta illud Ecclesiastæ 7. vers. 26. *Lustri universa ut cognoscere impietatem stulti & errorem imprudentium : Ubi 70. Circuivi cor meum vel circuivi ego & cor meum , &c.* Et sensus est , ut Hieronymus ibi explicat , eum omnia pertinasse sive in sua quæsivisse sapientia quod in rebus humanis malum universa precedat mala , & quenam res impiantis , erroris , recordie seneat principatum : Et dicit se omnium malorum caput mulierem reperiisse ,

que pretiosas animas virorum capit , qua facit adolescentium evolare corda , & que cum in mentem miseri amatoris inciderit , trahit eum in precepit &c.

(3) Huc pertinere potest factum Ozæ quem propter arcæ tactum percussisse super temeritate Deus dicitur 2. Reg. 6. vers. 7. & monitum Sapientis Ecclesiæ 5. vers. 1. *Ne temere quid loquaris , neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem :* Et Act. 19. vers. 36. *Oportet vos sedatos esse & nibil temere agere , &c.*

enata. (1) Inducit autem ad non considerandum , secundum illud Matth. x. 19. *Nolite cogitare , quomodo , aut quid loquamini . Ergo inconsideratio non est peccatum .*

2. Præterea . Quicumque consiliatur , oportet quod multa consideret . Sed per defectum consilii est præcipitatio , & per consequens ex defectu considerationis . Ergo præcipitatio sub inconsideratione continetur . Non ergo inconsideratio est speciale peccatum .

3. Præterea . Prudentia consistit in actibus rationis practicæ , qui sunt *consiliari , judicare de consiliatis , & præcipere* , Sed considerare (2) precedit omnes illos actus , quia pertinet etiam ad intellectum speculativum . Ergo inconsideratio non est speciale peccatum sub imprudentia contentum .

Sed contra est quod dicitur Proverb. iv. 25. *Oculi tui videant recta , & palpebre tuae precedant gressus tuos : quod pertinet ad prudentiam . Sed contrarium hujus agitur per inconsiderationem . Ergo inconsideratio est speciale peccatum sub imprudentia contentum .*

Respondeo dicendum , quod consideratio importat actum intellectus veritatem rei intuentis . Sicut autem inquisitio pertinet ad rationem , ita judicium pertinet ad intellectum . Unde & in speculativis demonstrativa scientia dicitur judicativa , in quantum per resolutionem in prima principia intelligibilia de veritate inquisitorum dijudicatur . Et ideo consideratio maxime pertinet ad judicium .

Unde & defectus recti judicij ad vitium inconsiderationis pertinet , prout scilicet aliquis in recte judicando deficit ex hoc quod contemnit , vel neglit attendere ea ex quibus rectum judicium procedit . Unde manifestum est quod inconsideratio est peccatum .

Ad primum ergo dicendum , quod Domi-

nus non prohibet considerare ea quæ sunt agenda , vel dicenda , quando homo habeat opportunitatem ; sed dat fiduciam discipulis in verbis inductis , ut deficiente sibi opportunitate vel propter imperitiam , vel quia subito præoccupantur , in solo divino confidant consilio : quia cum ignoramus quid agere debeamus , hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad Deum , sicut dicitur II. Paralip. xx. 12. alioquin si homo prætermittat facere quod potest , solum divinum auxilium expectans , videtur tentare Deum .

Ad secundum dicendum , quod (*) tota consideratio eorum quæ in consilio attenduntur , ordinatur ad recte judicandum : & ideo consideratio in judicio perficitur . Unde etiam inconsideratio maxime opponitur restitudini judicij .

Ad tertium dicendum , quod inconsideratio hic accipitur secundum determinatam materiam , id est secundum agibilia humana , in quibus plura sunt attendenda ad recte judicandum , quam etiam in speculativis : quia operationes sunt in singularibus .

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum , quod inconsideratio est speciale peccatum sub imprudentia contentum . Insinuatur vero per dictum Proverb. 4. *Oculi tui videant recta , & palpebre tuae precedant gressus tuos .* Hoc autem ut ex supradictis patet , pertinet ad prudentiam : & consequenter hujus contrarium (scilicet non videre recta , nec prævidere agenda , nec providere de agendis , ut bene fiant) pertinet ad imprudentiam . Sicut ergo illud , scilicet , *oculi tui videant , &c.* est consideratio , & speciale bonum subpru-

(1) Sive , ut Ambrosius & alii etiam legunt juxta grecum ἀνυπόλητος , irreprehensibilis : quia nihil præcipit nisi bonum , nec ullum prorsus malum permittit , &c.

(2) Vel consideratio ipsa de qua sic eleganter Bernardus I. 1. ad Eugenium cap. 7. Per omnia & in omnibus preferendam & vel solam vel maxime colendam eam quæ ad omnia vales , id est pietatem , prorsus irrefragabilis ratio monstrat : Quid sit pietas quaris ? Vacare considerationi : Et paulo post : Quid tam pertinet ad cultum Dei quam quod ipsehortatur (Psal. 45.) Vacate & videte quoniam ego sum Deus ? Quod sane in partibus considerationis præcipuum est : Quid denique tam ad omnia valet , quam quæ ipsius quoque actionis partes , be-

nigna quadam presumptione suas facit , peragenda quodammodo & præordinando quæ agenda sunt ? Nec esset fare ; ne forte quæ & prævisa & premedita poterant esse proficia (id est utilitati) præcipitata magis periculo fiant . Rursusque paulo infra : Et primum quidem ipsum fontem suum (id est mentem de qua oritur) purificat consideratio : Deinde regit affectus , dirigit actus , corrigit excessus , componit mores , vitam honestas & ordinat : Pergit subinde ostendere quam arcto nexu cum prudentia , justitia , fortitudine , temperantia conjungatur . quæ nec virtutes absque illa penitus esse possunt .

(*) Ita cum pluribus mss. recensiones editi . At deest tota .

prudentia contentum : ita istud , scilicet , non videre , &c. est inconsideratio , & speciale malum sub imprudentia contentum . Hæc itaque omnia insinuare voluit præmissa Proverb. authoritas . Item per dictum ibid. cap. 14. *Sapiens timet , & declinat a malo : stultus transflit , & confidit* . Hoc est . Sapiens considerat gressus suos (ut etiam ibidem præmisserat) & propterea timet timenda : stultus autem non considerat , ideoque timenda non timet , sed tamquam confidens transflit , & afflictus est damno , c. 22. Inconsiderationem ergo esse malam sub imprudentia contentum , per hoc designatur : quoniam prudens nomine sapientis intelligitur , juxta illud c. 16. *Qui sapiens est corde , appellabitur prudens* . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS V. 299

Utrum inconstans sit vitium sub imprudentia contentum .

AD quintum sic proceditur . Videtur quod inconstans non sit vitium sub imprudentia contentum . Inconstans enim videatur in hoc consistere quod homo non persistat in aliquo difficulti . Sed persistere in difficultibus pertinet ad fortitudinem . Ergo inconstans magis opponitur fortitudini quam prudentiæ .

2. Præterea . Jacobi 111. 16. dicitur : *Ubi zelus , & contentio , ibi inconstans , & omne opus pravum* . Sed zelus ad invidiam pertinet . Ergo inconstans non pertinet ad imprudentiam , sed magis ad invidiam .

3. Præterea . Ille videtur esse inconstans qui non perseverat in eo quod proposuerat : quod quidem pertinet in delectationibus ad incontinentem , in tristitia autem ad mollem , sive delicatum , ut dicitur in VII. Ethic. (1) Ergo inconstans non pertinet ad imprudeniam .

Sed contra est quod ad prudentiam perti-

net præferre majus bonum minus bono . Ergo desistere a meliori pertinet ad imprudentiam . Sed hoc est inconstans . Ergo inconstans pertinet ad imprudentiam .

Respondeo dicendum , quod inconstans importat recessum quendam a bono proposito definito (2) . Hujusmodi autem recessus principium quidem habet a vi appetitiva : non enim aliquis recedit a priori bono proposito , nisi propter aliquid quod sibi inordinate placet . Sed iste recessus non consummatur nisi per defectum rationis , quæ fallitur in hoc quod repudiat id quod recte acceptaverat . Et quia cum possit resistere impulsu passionum , si non resistat , hoc est ex debilitate ipsius , quæ non tenet se firmiter in bono proposito concepto ; ideo inconstans quantum ad sui consummationem pertinet ad defectum rationis . Sicut autem omnis rectitudo rationis practicæ pertinet aliquiter ad prudentiam , ita omnes defectus ejusdem pertinent ad imprudentiam . Et ideo inconstans secundum sui consummationem ad imprudentiam pertinet .

Et sicut præcipitatio est ex defectu circa actum consilii , & inconsideratio circa actum judicii ; ita inconstans circa actum præcepti . Ex hoc enim dicitur aliquis esse inconstans quod ratio deficit in præcipiendo ea quæ sunt consiliata , & judicata .

Ad primam ergo dicendum , quod bonum prudentiæ participatur in omnibus virtutibus moralibus ; & secundum hoc persistere in bono pertinet ad omnes virtutes morales , præcipue tamen ad fortitudinem , quæ patitur majorem impulsu ad contrarium (3) .

Ad secundum dicendum , quod invidia , & ira , quæ est contentionis principium , faciunt inconstans ex parte appetitivæ virtutis , ex qua est principium inconstantiæ , ut dictum est (in cor. art.)

Ad tertium dicendum , quod continentia , & perseverantia (4) non videntur esse in vi appetitiva , sed solum in ratione . Continenens enim patitur quidem perversas concupiscentias ,

(1) Ex cap. 8. græcolat. colligitur , vel cap. 7. in antiquis & apud S. Thomam lext. 7. ubi dicitur incontinentia a voluptate vinci , mollis autem vel delicatus a dolore , ne alteruter in proposito perseveret .

(2) Sive a bono proposito quod quis apud se definiuit , idest firmiter se facturum statuit ; juxta modum loquendi quem usurpat Scriptura i. Reg. 20. vers. 33. Intellexis Jonathas quod definitum esset a Patre ut interficeretur David : i. Machab. 1. vers. 65. Definierunt apud se ut non manducarent im-

munda . Luc. 22. vers. 22. *Filius hominis secundum quod definitum est , vadit* : Et Act. 2. vers. 23. *Hunc definito consilio Dei traditum affligentes interemisis* , &c.

(3) Pericula scilicet mortis quæ terribilissimum omnium terribilium , ut suo loco expressius dicetur .

(4) Ex græco καρπεια quæ non simplicem perseverantiam , sed cum tolerantia , significat : Unde perseverantem καρπεικον reddit recentior Interpres tolentem .

tias , & perseverans graves tristitias (quod designat defectum appetitivæ virtutis ;) sed ratio firmiter persilit , continentis quidem contra concupiscentias , perseverantis autem contra tristitias . Unde continentia , & perseverantia videntur esse species constantiæ ad rationem pertinentis , ad quam etiam pertinet inconstantia .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , & in sensu recto intelligas , merito fuisse insinuatum a scripturis , quod inconstantia est vitium sub imprudentia contentum . Insinuatur autem per dictum Eccl. 27. *Stultus , ut luna , mutatur .* Vide inconstantiam , in ly *ut luna mutatur* ; vide imprudentiam , in ly *stultus* . Nam stultus sumitur plerumque pro imprudente ; sicut & sapiens plegamque pro prudente . Unde legitur Prover. 16. *Qui sapiens est conde , appellabitur prudens .* Item per dictum Sap. 4. *Inconstantia concupiscentie transvertit sensum sine malitia .* Hoc est , Inconstantia , quæ a concupiscendo unum , ad concupiscendum aliud transitus est ; contraponitur prudentiæ . Prudentia siquidem rectum sensum sine malitia importat : & inconstantia illa sensum talem transvertit . Secundo vides , &c.

A R T I C U L U S VI. 300

Utum predicta vitia oriuntur ex luxuria .

*Inf. quest. cl. ix. art. 4. & 5. & mal.
quest. xv. art. 4.*

AD sextum sic proceditur . Videtur quod predicta vitia non oriuntur ex luxuria : Inconstantia enim oritur ex invidia , ut dictum est (art. præc. ad 2.) Sed invidia est vitium distinctum a luxuria . Ergo predicta vitia non oriuntur ex luxuria .

2. Præterea . Jacobi 1. 8. dicitur : *Vir du-*

plex animo inconfans est in omnibus viis suis . Sed duplicitas non videtur ad luxuriam pertinere , sed magis ad dolositatem , quæ est frilia avaritiae , secundum Gregorium XXXI. Moral. (1) Ergo predicta vitia non oriuntur ex luxuria .

3. Præterea . Predicta virtus pertinet ad defectum rationis . Sed virtus spiritualia propinquiora sunt rationi quam virtus carnalia . Ergo predicta virtus magis oriuntur ex vitiis spiritualibus quam ex vitiis carnalibus .

Sed contra est quod Gregorius XXXI. Moral. (loc. cit.) (2) ponit predicta virtus ex luxuria oriri .

Respondeo dicendum , quod , sicut Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. v. & Lib. VII. cap. xi.) *delectatio maxime corruptis estimationem prudentiae* ; (3) & præcipue delectatio quæ est in venereis , quæ totam animam absorbet ; & grabit ad sensibilem delectationem .

Perfectio autem prudentiæ , & cuiuslibet intellectualis virtutis consistit in abstractione a sensibilibus . Unde cum predicta virtus pertineant ad defectum prudentiæ , & rationis practicæ , sicut habitum est (art. x. & 5. hu. quest.) sequitur quod ex luxuria maxime oriuntur .

Ad primum ergo dicendum , quod invidia , & ira causant inconstantiam , pertrahendo rationem ad aliud ; sed luxuria causat inconstantiam , totaliter extinguedo iudicium rationis . Unde Philosophus dicit in VII. Eth. (cap. vi. in princ.) quod *incontinens ire audit quidem rationem , sed non perficie ; incontinentis autem concupiscentia solititer eam non audit .*

Ad secundum dicendum , quod etiam duplicitas animi est quoddam consequens ad luxuriam , sicut & inconstantia ; prout duplicitas animi importat veritatem animi ad diversa . Unde & Terentius in Eunuchō (act. i. scena 1.) dicit , quod *in amore est bellum , & rursus pas , & inducit .*

Ad tertium dicendum , quod virtus carna-

lia

(1) Ubi cap. 31. in antiquis , vel 17. in modernis , de avaritia (inquit) *prudicio , fraus , fallacia* , quod idem est ac dolositas .

(2) Ubi sic ait : *De luxuria vacitas mentis , inconsideratio , inconstantia , precipitatio : &c.*

(3) Äquivalenter saltem cap. 5. græcolat. vel in antiquis cap. 1. & apud S. Thomam lect. 4. ubi dicitur appellari temperantia *moderationem* quia *moderationem* , seu *prudensiam salvat* , quasi *estimationem ejus conservans quam voluptas & tristitia , non in*

omnibus quidem , sed solum in agendis corruptit : Ut & lib. 7. cap 12. græco lat. vel 11. in antiquis , ubi dicuntur volupates , & venereis potissimum , impedimento esse prudentia . Appendix autem sequens ex cap. 7. græco lat. colligitur , vel in antiquis cap. 6. ubi exemplo festinantis ministri five servi qui non expectans donec audiatur ex integro domini sui voluntatem , aliud pro alio fecit , explicat quoniam pacto audiat ira quodammodo , sed non perfecte rationem , prouindeque ab officio absenseret .

lia intantum magis extinguunt judicium rationis, inquantum longius abducunt a ratione.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, insinuatum fuisse a scripturis, & B. Gregorio, quod predicta vitia, scilicet imprudentia, precipitatio, inconsideratio, & inconstancia oriuntur ex luxuria. Hoc siquidem ab eo dictum esset pater 31. *Moral.* Insinuatum vero est a lib. *Judic.* 16. per hoc, quod ibid. narratur, quod Sampson, medianante sua luxuria, fuit ab inimicis obsecratus. Per hoc enim denotatur: quod ex luxuria oriuntur predicta vitia: cum cœscitas omnia illa secum, significando, importet, ut consideranti patet. Secundo vides; quomodo &c.

QUESTIO LIV.

De negligentia.

* in tres articulos divisæ.

POstea considerandum est de negligentia: & circa hoc queruntur tria.

Primo, utrum negligentia sit peccatum speciale.

Secundo, cui virtutis opponatur.

Tertio, utrum negligentia sit peccatum mortale.

ARTICULUS I. 301

Utrum negligentia sit peccatum speciale.

AD primum sic proceditur. Videtur quod negligentia non sit peccatum speciale. Negligentia enim diligentia oppositur. Sed diligentia requiritur in qualibet virtute. (*)

(1) Ergo negligentia non est peccatum speciale.

1. Præterea. Illud quod invenitur in quolibet peccato, non est speciale peccatum. Sed negligentia invenitur in quolibet peccato: quia omnis qui peccat, negligit ea per quæ a peccato retrahitur; & qui in peccato perseverat, negligit conteri de peccato. Ergo negligentia non est speciale peccatum.

3. Præterea. Omnes speciale peccatum habet materiam determinatam. Sed negligentia non videtur habere determinatam materiam: neque enim est circa mala, aut indifferenta, quia ea prætermittente nulli ad negligentiam deputatur; similiter etiam non est circa bona, quia si negligentia aguntur, jam non sunt bona. Ergo videtur quod negligentia non sit vitium speciale.

Sed contra est quod peccata quæ committuntur ex negligentia, distinguuntur contra peccata quæ committuntur ex contemptu.

Respondeo dicendum, quod negligentia importat defectum debitæ sollicitudinis. Omnis autem defectus debiti actus habet rationem peccati. Unde manifestum est quod negligentia habet rationem peccati: & e modo quo sollicitudo est specialis virtutis actus, necesse est quod negligentia sit speciale peccatum. Sunt enim aliqua peccata specialia, quia sunt circa aliquam materiam specialem, sicut luxuria est circa venerea; quædam autem sunt vitia specialia propter specialitatem actus se extendentis ad omnem materiam; & hujusmodi sunt omnia vitia quæ sunt circa actum rationis, nam quilibet actus rationis se extendit ad quilibet materiam moralem. Et ideo cum sollicitudo sit quidam specialis actus rationis, ut supra habatum est (quæst. xlvi. art. 9.) consequens est quod negligentia, quæ importat sollicitudinis defectum, sit speciale peccatum (2).

Ad primum ergo dicendum, quod diligentia

(*) Ita cum Theologis ex codicibus pluribus editi omnes quos vidiimus libri. In cod. Alcan. additur sicut & eligentia.

(1) Quo maxime referri potest illud Ecclesiastici 31. v. 27. *In omnibus operibus tuis es velox* (a. pat. 25.) ut currentis in morem diligenter ea facias: Quod autem est magis proprium opus hominis quam quod pertinet ad virtutem? Annon & ad eundem sensum referri possit illud lib. 2. Paralip. cap. 19. vers. 7. *Sit timor Domini vobiscum & cum diligentia cuncta facies;* Quod licet Judicibus ad justitiam administrandam constitutis Josaphat nominatum dirigat, ut ex ibi adjunctis patet, ad omnem tamen

actum virtutis cuiuslibet extendi potest, cum & ad officium iusti Judicis virtus quilibet pertineat.

(2) Præsertim vero circa ea quæ sunt salutis per se, vel ad salutem ordinantur; puta vel spiritualia vel etiam temporalia quæ propter usum spiritualium necessaria esse posunt. Nam aliqui negligere temporalia propter aliquam causam spiritualem vel de illis non esse sollicitum pertinet ad virtutem; secundum illud Proverb. 12. vers. 26. *Qui negligit dominum propter amicum, justus est:* Quanto magis qui propter Deum vel omnia dat, vel rapi sibi cum gaudio sustinet? Ut ibidem concludit Beda.

tia videtur esse idem sollicitudini : quia in his quæ diligimus , majorem sollicitudinem achibemus . Unde diligentia , sicut sollicitudo , requiritur ad quamlibet virtutem , in quantum in qualibet virtute requiruntur debiti actus rationis .

Ad secundum dicendum , quod in qualibet peccato necesse est esse defectum circa aliquem actum rationis , puta defectum consilii , & aliorum hujusmodi . Unde sicut præcipitatio est speciale peccatum propter specialem actum rationis , qui prætermittitur , scilicet consilium , quamvis possit inveniri in qualibet genere peccatorum ; ita negligentia est speciale peccatum propter defectum specialis actus rationis , qui est sollicitudo , quamvis inveniatur aliqualiter in omnibus peccatis .

Ad tertium dicendum , quod materia negligentiaz proprie sunt bona quæ quis agere debet ; non quod ipsa sint bona , cum negligentia aguntur ; sed quia per negligentiam accidit defectus bonitatis in eis , sive prætermittitur totaliter actus debitus propter defectum sollicitudinis , sive etiam aliqua debita circumstantia actus .

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito fuisse a scripturis insinuatum , quod negligentia & est peccatum , & est speciale peccatum . Quod sit peccatum , insinuatur per dictum Hierem. 48. *Maledictus qui facit opus Dei negligentia . Ecce mirum . Iste facit opus Dei , & tamen maledictus est : sed non maledicitur , quia facit opus Dei : sed quia negligentia facit illud . Contra istam negligentiam vide armatos Sum. Pontif. & per hoc ipsam esse peccatum confirmantes in Clem. de celebrat. missar. c. 1. & extra de celebrat. missarum cap. Dolentes . Quod vero sit speciale pecca-*

Summ. S. Tb. Tom. VII.

tum , insinuatur per hoc , quod negligentia dividitur contra despectum , seu contemptum Proverb. 1. *Despexit omne consilium meum , & increpationes meas neglexit .* Ac si dicatur . Peccatum ex negligentia factum contra peccatum ex despectu , idest contemptu , ideo distinguitur , quia negligentia est peccatum speciale , sicut & contemptus . Secundo vides : quomodo ex iis bene pensatis , & applicatis declaretur vicissim angelica doctrina præsens , & confirmetur .

A R T I C U L U S II. 302

Utrum negligentia opponatur prudentia .

Sup. quest. lili. art. 1. corp. & Philip. iv.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod negligentia non opponatur prudentia . Negligentia enim videtur esse idem quod pigritia , vel torpor , qui pertinet ad accidiam , ut patet per Gregorium XXXI. Moral. (1) . Accidia autem non opponitur prudentia , sed magis caritati , ut supra dictum est (quest. xxxv. art. 2.) Ergo negligentia non opponitur prudentia .

2. Præterea . Ad negligentiam videtur pertinere omne peccatum omissionis . Sed peccatum omissionis non opponitur prudentia , sed magis virtutibus moralibus executivis . Ergo negligentia non opponitur prudentia .

3. Præterea . Imprudentia est circa aliquem actum rationis (2) . Sed negligentia non importat defectum neque circa consilium , in quo deficit præcipitatio ; neque circa iudicium , in quo deficit inconsideratio ; neque circa præceptum , in quo deficit inconstans . Ergo negligentia non pertinet ad imprudentiam .

4. Præterea . Eccle. vii. 19. dicitur : *Qui timet Deum , nihil negligit* (3) . Sed unum-
H quo-

(1) Sub nomine non acediz sed tristitia , ut in antiquis 31. cap. vel 17. in modernis ; ubi dicitur : *De tristitia , malitia , rancor , pusillanimitate , desperatione , torpor circa precepta , &c.*

(2) Non formaliter ut rationis , quia sic rectus est , sed materialiter tantum , quia est rationis ab officio aberrantis .

(3) Et in Vulgata v. 13. & sic etiam Hieronymus justa 70. legi notat , legitque ipse veluti ex hebreo , *Qui timet Deum , egreditur ad omnia ; & sic explicat quod omnibus tam iustis quam iniustis abjusus respectu personarum beneficere festinabit ; vel quod quia vita huc mutabilis diversis quotidie varia tur eventibus tam ad adversa quam ad prospera ju-*

si animus preparatur ; & nec prosperis elevatur , nec opprimitur adversis : In Sixtiana tamen Editione 70. Interpretum alterius nunc legitur : *Timensibus Deum (φ. θυμένοις) egreditur omnia :* Quasi sit sensus quod omnia prospere ac feliciter evenient : sed in veteri Manuscripto cum levi vocis mutatione *θυμένοις Q. : timet Deum ; egreditur omnia , ut & a quid Synnachum , perstran sit omnia :* Quasi nullus impedimentis ab opere virtutis retardari significetur , vel omnia mundana conteuere ac transcurrere ut potiatur Deo , vel omnia e contrario percurrere , aegredi , & excedi que ad honorem Dei spectant : Quod in Vulgata sensum reddit .

quodque peccatum præcipue excluditur per virtutem oppositam. Ergo negligentia magis opponitur timori quam prudentiæ.

Sed contra est quod dicitur Eccli. xx. 7. *Lascivus, & imprudens* (*) non obseruant tempus. Sed hoc pertinet ad negligentiam. Ergo negligentia opponitur prudentiæ.

Respondeo dicendum, quod negligentia directe opponitur sollicitudini. Sollicitudo autem pertinet ad rationem, & rectitudo sollicitudinis ad prudentiam. Unde per oppositum negligentia ad imprudentiam pertinet.

Et hoc etiam ex ipso nomine appareat: quia, sicut Isidorus dicit in Lib. X. Etymolog. (ad lit. N.) *negligens dicitur quasi nec eligens*. Elecio autem recta eorum quæ sunt ad finem, ad prudentiam pertinet. Unde negligentia pertinet ad imprudentiam.

Ad primum ergo dicendum, quod negligentia consistit in defectu interioris actus, ad quem pertinet etiam electio; pigritia autem, & torpor magis pertinent ad executionem; ita tamen quod pigritia importat tarditatem ad exequendum, torpor remissionem quamdam importat in ipsa executione. Et ideo convenienter torpor ex accidia nascitur, quia accidia est tristitia aggravans, idest impediens animum ab operando.

Ad secundum dicendum, quod omissione pertinet ad exteriorem actum: est enim omissione, quando prætermittitur aliquis actus debitus: & ideo opponitur justitiæ, & est effectus negligentiae, sicut etiam executio iusti operis est effectus rationis rectæ.

Ad tertium dicendum, quod negligentia est circa actum præcipiendi, ad quem etiam pertinet sollicitudo. Aliter tamen circa actum hunc deficit negligens, & aliter inconstans: inconstans enim deficit in præcipiendo, quasi ab aliquo impeditus; negligens autem per defectum promptæ voluntatis.

Ad quartum dicendum, quod timor Dei operatur ad vitationem cuiuslibet peccati: quia, ut dicitur Proverb. xv. 27. *per timorem Domini declinatus omnis a malo*. Et ideo timor facit negligentiam vitare; non tamen ita quod directe negligentia timori opponatur, sed in quantum timor excitat hominem ad actus rationis. Unde etiam supra habitum est (1. 2. quæst. xliv. art. 2.) cum de passionibus ageretur, quod timor facit consiliativos.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, quod negligentia opponitur prudentiæ. Insinuatur vero per hoc dictum Eccl. 20. *Lascivus, & imprudens non observant tempus*. Patet enim, quod non observare tempus dicit negligentiam. Cum igitur hoc, scilicet non observare tempus attribuitur imprudenti, consequens est: quod negligentia attribuatur eidem, & per hoc opponatur prudentiæ. Insinuatur etiam per dictum Matth. 25. quo negligentia accipiendo oleum in vasis cum lampadibus attribuitur fatuitati, seu imprudentiæ fatuarum, & consequenter opposita monstratur prudentiæ aliarum virginum, quæ oleum in vasis sumperunt. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 303

Utrum negligentia possit esse peccatum mortale.

Sup. quæst. lxxii. art. 1. corp. & Philip. IV. lect. 3.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod negligentia non possit esse peccatum mortale. Quia super illud Job ix. *Verebas omnia opera mea &c.* dicit Glossa Gregorii (ordin. ex Lib. IX. Moral. cap. xvii. cir. med.) quod *illam*, scilicet negligentiam, *minor amor Dei exaggerat*. Sed ubicumque est peccatum mortale, totaliter tollitur amor Dei. Ergo negligentia non est peccatum mortale.

2. Præterea. Super illud Eccli. vii. *De negligentia tua purga te cum paucis*, dicit Glossa (1) *Quamvis oblatio parva sit, multorum delictorum purgat negligentias*. Sed hoc non esset, si negligentia esset peccatum mortale. Ergo negligentia non est peccatum mortale.

3. Præterea. In lege fuerant statuta sacrificia pro peccatis mortalibus, sicut patet in Levit. Sed nullum fuit statutum sacrificium pro negligentia. Ergo negligentia non est peccatum mortale.

Sed contra est quod habetur Proverb. xix. 15. *Qui*

(*) *Vulgata* non servabant.

(1) Ex Rabano desumpta sic plenius dicente: *Oblossen que ex humili mente & pura dilectione Deo*

offertur, licet parva sit quantitate, multorum delictorum negligentias purgat.

16. *Qui negligit viam suam, mortificabitur* (1).

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc. ad 3.) negligentia provenit ex quadam remissione voluntatis, per quam contingit quod ratio non solicitatur ut præcipiat ea quæ debet, vel eo modo quo debet.

Potest ergo duplicitate contigere quod negligentia sit peccatum mortale. Uno modo ex parte ejus quod prætermittitur per negligentiam: (2) quod quidem si sit de necessitate salutis sive sit actus, sive circumstantia, erit peccatum mortale.

Alio modo ex parte causæ. Si enim voluntas intantum sit remissa circa ea quæ sunt Dei, ut totaliter a Dei caritate deficiat, talis negligentia est peccatum mortale: & hoc præcipue contingit quando negligentia sequitur ex contemptu.

Alioquin si negligentia consistat in præmissione alicujus actus, vel circumstantiarum quæ non sit de necessitate salutis; nec hoc fiat ex contemptu, sed ex aliquo defectu fervoris, qui impeditur interdum per aliquod veniale peccatum; tunc negligentia non est mortale peccatum, sed veniale.

Ad primum ergo dicendum, quod minor amor Dei potest intelligi duplicitate. Uno modo per defectum fervoris caritatis; & sic causatur negligentia quæ est peccatum veniale. Alio modo per defectum ipsius caritatis sicut dicitur minor amor Dei, quando aliquis diligit Deum solum amore naturali; & tunc causatur negligentia quæ est peccatum mortale.

Ad secundum dicendum, quod parva oblatio cum humili mente, & pura dilectione

facta, ut ibidem dicitur, non solum purgat peccata venialia, sed etiam mortalia.

Ad tertium dicendum, quod quando negligentia consistit in prætermissione eorum quæ sunt de necessitate salutis, tunc trahitur ad aliud genus peccati magis manifestum. Peccata enim quæ consistunt in interioribus actibus, sunt magis occulta: & ideo pro eis certa sacrificia non injungebantur in lege: quia sacrificiorum oblatio erat quædam publica protestatio peccati, quæ non est facienda de peccato occulto.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito a scripturis suis insinuatum, quod negligentia est peccatum mortale. Insinuaturo vero per Hier. 48. *Malodictus*, qui facit opus Dei negligentem. Vide art. i. app. Item per dictum Prov. 19. *Qui negligit viam suam, mortificabitur*. Item per hoc; quod fatuæ virgines propter negligentiam suam de non ornatis lampadibus tempore opportuno (scilicet quando media nocte clamor factus illis dixit: *Exite obviam sponsu nunc venienti*) fuerunt a regno nuptiarum Agni exclusæ, Mat. 25. Item per hoc, quod Dominus servum de negotiatione talenti accepti negligentem, jussit talento ipso antea privatum in tenebras exteriore mitte, Matth. 25. Secundo vides: quomodo &c.

(1) Sic Vulgata vers. 16. quasi dicat, *incurrit mortem*: Vnde 70. legunt, *απολεῖται περιβίται*; & *Qui negligit vias suas*, vel *Qui contemnit* (χαράσσων τὸν ὁδὸν) quia plures quidem viæ sunt sed quæ ad unam revocantur.

(2) Quale illud quod Apostolus ad Heb. 2. vel 3. ait: *Quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem?* quæ cum initium accepisset narrari per Dominum, ab iis qui audierunt, in nos confirmata est &c. Quia si negligentes fuerimus, puniemur, non tantum amittendo bonum, sed incurriendo malum damnationis quam effugere non poterimus: ait ibidem S. Thomas. Et Levit. 20. vers. 4. quoad negligentiam ex contemptu: *Quod si negligens populus terre* & quasi parvipendens imperium meum &c. Deuter. 8. vers. 11. *Cave ne quando obliviscaris Domini Dei tui* & negligas mandata ejus &c. Prov. 1. vers. 25. *Desperisti omne consilium meum* & in-

crepationes meas negligisti. Quod Greg. porro de mortali negligentia id intelligat quod relatum est supra, ex ibidem adjunctis patet, ubi ad eum sensum refert quod Hierem. 48. vers. 10. *juxta veritas translationem* (inquit) id est juxta 70. (dicitur). *Maledictus qui facit opus Domini negligentem*: Pro quo vulgata legit fraudulenter: Non autem incurrit maledictio nisi ex peccato mortali. Talem fuisse putat negligentiam Heli Sacerdotis, de quo sic ait in libri 1. Reg. cap. 3. *Qui divina indignationis magnitudinem placare poruit, dum neglexit quod audivit, incurrit quod meruit*: Et inferius: *Ecce qui divina indignatione pro culpa perpetrata negligenter projicitur, nullo timore sollicitus fuisse percibetur*. Ut & lib. 7. epistolarum Indict. 2. epist. 39. *Sicut causa provisio & culparum vias obstrueret, & novit quæ sunt noxia declinare, ita neglectus patet excessibus, & quæ sunt cavenda, solet incurrire*.

Q U Ä S T I O L V .

De vitiis oppositis prudentia secundum similitudinem.

in octo articulos divisa.

Postea considerandum est de vitiis oppositis prudentia, que habent similitudinem cum ipsa: & circa hoc queruntur octo.

Primo, utrum prudentia carnis sit peccatum.

Secundo, utrum sit peccatum morale.

Tertio, utrum astutia sit peccatum speciale.

Quarto de dolo.

Quinto de fraude;

Sexto de sollicitudine temporalium rerum.

Septimo de sollicitudine futurorum.

Octavo de origine horum vitiorum.

A R T I C U L U S I . 304

Utrum prudentia carnis sit peccatum.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod prudentia carnis non sit peccatum. Prudentia enim est nobilior virtus quam aliae virtutes morales, utpote omnium regitiva. Sed nulla iustitia, vel temperantia est peccatum. Ergo neque aliqua prudentia est peccatum.

2. Praeterea. Prudenter operari ad finem qui licite amatur, non est peccatum. Sed caro licite amatur: *nemo enim umquam carnem suam odio habuit*, ut habetur ad Eph. v. 29. Ergo prudentia carnis non est peccatum.

3. Praeterea. Sicut homo tentatur a carne ita etiam tentatur a mundo, & a diabolo. Sed non ponitur inter peccata aliqua prudentia mundi, vel etiam diaboli. Ergo neque debet poni inter peccata aliqua prudentia carnis.

Sed contra. Nullus est inimicus Deo nisi propter iniquitatem, secundum illud Sap. xiv. 9. *Similiter odio sunt Deo impius, &*

impietas ejus. Sed, sicut dicitur ad Rom. viii. 7. (*) *prudentia carnis inimica est Deo.* Ergo prudentia carnis est peccatum.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. xlvi. art. 13.) prudentia est circa ea quae sunt ad finem totius vita. Et ideo prudentia carnis proprie dicitur, secundum quod aliquis bona carnis habet ut ultimum finem suae vita. Manifestum est autem quod hoc est peccatum: per hoc enim homo deordinatur circa ultimum finem qui non consistit in bonis corporis, sicut supra habitum est (1. 2. quest. ii. art. 5.)

Et ideo prudentia carnis est peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod iustitia, & temperantia in sui ratione important id unde virtus laudatur, scilicet æqualitatem, & concupiscentiarum refrenationem: (1) & ideo numquam accipiuntur in malo. Sed nomen prudentia sumitur a providendo, sicut supra dictum est (quest. xlvi. art. 1. & qu. xlvi. art. 6.) quod etiam ad mala extendi potest. Et ideo licet prudentia simpliciter dicta in bono accipiatur, aliquo tamen addito potest accipi in malo: & secundum hoc dicitur prudentia carnis esse peccatum.

Ad secundum dicendum, quod caro est propter animam, sicut materia propter formam, & instrumentum propter principale agens. Ed ideo sic licite diligitur caro, ut ordinetur ad bonum animæ sicut ad finem. Si autem in ipso bono carnis constituantur ultimus finis, erit inordinata, & illicita dilectio: & hoc modo ad amorem carnis ordinatur prudentia carnis.

Ad tertium dicendum, quod diabolus nos tentat non per modum appetibilis, sed per modum suggestoris. Et ideo cum prudentia importet ordinem ad aliquem finem appetibilem, non ita dicitur *prudentia diaboli*, (2) sicut prudentia respectu alicujus mali finis, sub cuius ratione tentat nos mundus, & caro, inquantum scilicet proponuntur nobis ad appetendum bona mundi, vel carnis. Et ideo dicitur *prudentia carnis*, & etiam *prudentia mundi*, secundum illud Lucæ xvi. 8. *Filiis hujus seculi prudentiores sunt in generatione sua* Eccl. Apołtolus autem totum compre-

(3) *Vulgata sapientia.*

(1) *Æqualitatem* quidem quantum ad iustitiam; *concupiscentiarum refrenationem* quoad temperantiam. A providendo porro nomen prudentia defumi, ut hic proxime subiungitur, subintellige dictum esse tum quest. 4^o. art. 1. tum quest. 49. art. 6.

(2) Comparative ad nos ut significet prudentiam

quam in actibus nostris ex illius instinctu exercemus: Nam quoad illum quidem sic appellari potest propter astutam illam vanitatem quam ipse nos tentando exercet; Unde intelligitur per serpenteum qui Eavam in Genesi decepit, & qui *cunctis animantibus collidit* (vel *prudentior juxta græcum φρονιμότερος*) appellatur.

prehendit sub *prudentia carnis*, quia etiam exteriores res mundi appetimus propter carnem.

Potest tamen dici, quod quia prudentia quodammodo dicitur *sapientia*, ut supra dictum est (quest. xlvi. art. 2. ad 1.) ideo secundum tres tentationes potest intelligi triplex prudentia. Unde Jacobi 111. dicitur *sapientia esse terrena, animalis, & diabolica*, ut supra expositum est (quest. xlvi. art. 1. ad 1.) cum de sapientia ageretur.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem destruas errorem *Venustianorum* dicentium: quod carnis libertati indulgendum est, quia ex ea impune flagitia omnia pululant. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, errorem illud merito damnari a Rom. 8. si secundum carnem vixeritis, morierimini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Item Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, que sunt, &c. prædicto vobis, sicut predixi, quoniam, qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Item a Rom. 8. Prudentia carnis inimica est Deo. Tertio vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 305

Utrum prudentia carnis sit peccatum mortale.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod prudentia carnis sit peccatum mortale. Rebellare enim divinæ legi est peccatum mortale: quia per hoc Deus contemnitur. Sed *prudentia carnis* (1) non est subjecta legi Dei, ut habetur Rom. viii. 7. Ergo prudentia carnis est peccatum mortale.

2. Præterea. Omne peccatum in Spiritum sanctum est peccatum mortale. Sed prudentia carnis videtur esse peccatum in Spiritum sanctum: non enim potest esse subjecta legi Dei, ut dicitur Rom. viii. & ita videtur

esse peccatum irremissibile; quod est proprium peccati in Spiritum sanctum. Ergo prudentia carnis est peccatum mortale.

3. Præterea. Maximo bono maximum malum opponitur, ut patet in VIII. Ethic. (2) Sed prudentia carnis opponitur prudentia, quæ est præcipua inter virtutes morales. Ergo prudentia carnis est præcipua inter peccata mortalia; & ita est peccatum mortale.

Sed contra. Illud quod diminuit peccatum non importat de se rationem peccati mortalis. Sed caute prosequi ea quæ pertinent ad curam carnis, quod videtur ad prudentiam carnis pertinere, diminuit peccatum. Ergo prudentia carnis de sui ratione non importat peccatum mortale.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. xlvi. art. 2. ad 1. & art. 13.) (3) prudens dicitur aliquis dupliciter: uno modo simpliciter, scilicet in ordine ad finem totius vitæ; alio modo secundum quid, scilicet in ordine ad finem aliquem particularem; puta sicut dicitur aliquis prudens in negotiacione, vel in aliquo hujusmodi.

Si ergo prudentia carnis accipiatur secundum abolutam prudentiam rationem, ita scilicet quod in cura carnis constituantur ultimus finis totius vitæ, sic est peccatum mortale, quia per hoc homo avertitur a Deo; cum impossibile sit esse plures fines ultimos, ut supra habitum est (1. 2. quest. 1. art. 5.)

Si vero prudentia carnis accipiatur secundum rationem particularis prudentia, sic prudentia carnis est peccatum veniale. Contingit enim quandoque quod aliquis inordinate afficitur ad aliquod delectabile carnis, absque hoc quod avertatur a Deo per peccatum mortale: unde non constituit finem totius vita in delectatione carnis: & sic adhibere studium ad hanc delectationem consequendam, est peccatum veniale, quod pertinet ad prudentiam carnis.

Si vero aliquis actu curam carnis referat in finem honestum, puta cum aliquis studet commestioni propter corporis sustentationem,

(1) non

(1) Vel C quod idem est) *sapientia carnis*, ut exprimitur ver. 7. et si prudentia nomine v. 6. Sic enim ibi plene: *Nam prudentia carnis mors est, quoniam sapientia carnis inimica est Deo: Legi enim Dei non est subjecta: Nec enim potest &c.*

(2) Ubi proinde probat pessimum esse inter omnia regiminum genera tyrrannidem, quia optimo regiminum omnium opponitur, scilicet regno; ut cap. 12. greco-latino videre est, vel cap. 10. in antiquis &

apud S. Thomam lect. 10.

(3) Ubi perfecta prudentia dicitur esse quæ recte nos ordinat ad bonum finem totius vitæ; sed imperfecta tantum quæ ad aliquem finem particularem nos disponit; Præter aliam falsam quam præmitit ibidem, ac proinde non pertinentem ad hunc locum, ubi de vera tantum questione est, quallem utramque illam esse notat.

(1) non vocatur prudentia carnis , quia sic uititur homo cura carnis ut ad finem .

Ad primum ergo dicendum , quod Apostolus loquitur de prudentia carnis , secundum quod (*) finis totius vitæ humanæ constituitur in bonis carnis : & sic est peccatum mortale .

Ad secundum dicendum , quod prudentia carnis non importat peccatum in Sp̄itum sanctum . Quod enim dicitur , quod non potest esse subjecta legi Dei , non sic est intelligentum , quasi ille qui habet prudentiam carnis non possit converti , & subjici legi Dei ; sed quia ipsa prudentia carnis legi Dei non potest esse subjecta ; nec calor potest esse frigidus quamvis calidum possit esse frigidum .

Ad tertium dicendum , quod omne peccatum opponitur prudentiæ , sicut & prudentia participatur in omni virtute . Sed ideo non oportet quod quolibet peccatum prudentiæ oppositum sit gravissimum , sed solum quando opponitur prudentiæ in aliquo maximo .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito a scripturis insinuatum quod prudentia carnis est , & non est peccatum mortale : & quod non omnis cura carnis dicitur prudentia carnis . Quod sit mortale , insinuatur Rom. 8. *Qui in carne sunt , Deo placere non possunt*. Item Galat. 5. *Qui Christi sunt , carnem suam crucifixerunt cum vitiis , & concupiscentiis*. Item per dictum Eph. 2. *Aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ , facientes voluntatem carnis* . Quod autem non sit , insinuatur Eph. 5. *Nemo umquam carnem suam odio habuit : sed nutrit , & fovet eam* . Quod vero curam gerere carnis non semper dicatur prudentia carnis , insinuatur 1. Timoth. 5. *Noli adhuc aquam bibere , sed modico vino utere , propter stomachum tuum : & frequentes suas infirmitates* . Secundo habes : quomodo per rationem de-

struas errorem illum , de quo a. i. app. dictum est . Nam conclusio prima cum sua probacione faciunt contra ipsum ; quoniam error ille de indulgere carni etiam per aversionem a Deo , loquitur : cum & absolute sermonem de hoc faciat , & ly flagitia omnia ; quod ibi a Venustianis ponitur , hoc manifeste indicet . Terrio vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 306

Utrum astutia sit speciale peccatum .

Inf. art. 4. cor. & quest. lxix. art. 1. cor. & quest. xcvi. art. 3. ad 3.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod astutia non sit speciale peccatum . Verba enim sacræ Scripturæ non inducunt aliquid ad peccandum . Inducunt autem ad astutiam , secundum illud Proverb. 1. 4. *Unde parvulis astutia* . Ergo astutia non est peccatum .

2. Præterea . Proverb. xiii. 16. (2) dicitur : *Astutus omnia agit cum consilio* Aut ergo ad finem bonum , aut ad finem malum . Si ad finem bonum , non videtur esse peccatum ; si autem ad finem malum , videtur pertinere ad prudentiam carnis , vel sæculi . Ergo astutia non est speciale peccatum a prudentia carnis distinctum .

3. Præterea . Gregorius . X. Moral. (cap. xvi.) exponens illud Job xii. *Deridetur justi simplicitas* , dicit : „ Sapientia hujus mundi est cor machinationibus tegere , sensum verbis velare ; quæ falsa sunt , vera ostendere ; quæ vera sunt , falsa demonstrare . “ „ Et possea subdit : (3) Hæc prudentia usum a juvenibus scitur , a pueris pretio discitur . “ Sed ea quæ prædicta sunt , videntur ad astutiam pertinere . Ergo astutia non distinguuntur a prudentia carnis , vel mundi ; & ita non videtur esse speciale peccatum .

Sed contra est quod Apostolus dicit II. ad Cor. iv.

(1) Eo modo quo Augustinus in illa verba Psal. 46. *Laudate Dominum quia bonus est psalmus* , dicit & ex eodem Beda super 1. Corinth. 10. refert : *Sed ad refectionem corporis reparationemque membrorum sumis quod manducas & bibas , grasiás agens ei qui bac tibi fragili & mortali supplementorum solatia prebuit , cibis tuus & potus laudes Deum* : Nempe , modeste , frugaliter , & temperanter manducando , sicut præmittit .

(*) Ita cum Garcia omnes posteriores editiones .

Codices & Edit. Rom. finis constituitur in bonis carnis totius vitæ humanæ , *ordine verborum inverso* .

(2) In Vulgata ; sed græce pro astute *ταρᾶψε* quasi solers & actuofus in omnibus , qui & omnia cum scientia sive cognitione *μεταγνῶσες* facere indicatur , quod perinde est ac *facere cum consilio* .

(3) Immediate post prædicta quæ prius ad marginem veluti ex cap. 27. notabantur ; sed juxta novas editiones ex cap. 16. reponimus .

Cor. iv. 2. Abdicamus occulta dedecoris, (1) non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei. Ergo astutia est quoddam peccatum.

Respondeo dicendum, quod prudentia est *recta ratio agibilium*, sicut scientia est *recta ratio scibitum*. Contingit autem contra *rectitudinem scientiae* duplicitate peccari in speculatibus: uno quidem modo, quando ratio inducitur ad aliquam conclusionem falsam, quæ appareat vera; alio modo ex eo quod ratio procedit ex aliquibus falsis, quæ videntur esse vera, sive sint ad conclusionem veram, sive ad conclusionem falsam.

Ita etiam aliquod peccatum potest esse contra prudentiam, habens aliquam similitudinem ejus duplicitate. Uno modo quia studium rationis ordinatur ad finem qui non est vere bonus, sed apparenS: & hoc pertinet ad prudentiam carnis.

Alio modo inquantum aliquis ad finem aliquem consequendum vel bonum, vel malum, utitur non veris viis, sed simulatis, & apparentibus: & hoc pertinent ad peccatum astutiae. Unde est quoddam peccatum prudentiae oppositum, & a prudentia carnis distinsum.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in IV. contra Jul. (2) sicut prudentia abusive quandoque in malo accipitur, ita & astutia quandoque in bono & hoc propter similitudinem unius ad alterum. Proprie tamen astutia in malo accipitur, sicut & Philosophus dicit in VI. Ethic. (cap. xii. ad fin.)

Ad secundum dicendum, quod astutia potest consiliari & ad finem bonum, & ad finem malum: nec oportet ad finem bonum falsis viis pervenire, & simulatis, sed veris. Unde etiam astutia; si ordinetur ad bonum finem, est peccatum.

Ad tertium dicendum, quod Gregorius sub *prudentia mundi* accepit omnia quæ possunt ad falsam prudentiam pertinere. Unde etiam sub hac comprehenditur astutia.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas: merito insinuatum fuisse a scripturis, quod astutia est quoddam peccatum. Insinuatur vero per dictum 2. Cor. 4. *Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei.* Ecce, quod astutia pertinet ad occulta dedecoris, & per consequens est peccatum, quoniam occultum dedecoris moralis, ut ibi sumitur, peccatum, imo & peccati quoddam turpitudinem sonat, inquantum non venit ad lucem, ut non arguatur. *Ioann. 3.* Viis namque simulatis tendere ad finem intentum, etiam bonum dedecet hominem ratione viagentem, & consequenter debentem vivere secundum rationem, non secundum simulationem. Dixi in princip. append. ly & in sensu recto intelligas, ad denotandum, quod quandoque invenies in scripturis astutiam pro vera prudentia sumptam abusive, ut in *ad Primum*, & in 2. Cor. 12. *cum esset astutus, dolo vos cepi.* Ubi & ly *astutus*, & ly *dolo*, sumuntur in bonum. Secundo vides, quomodo, ex iis bene pensatis, & applicatis, &c.

ARTICULUS IV. 307

Utrum dolus sit peccatum ad astutiam pertinens.

Inf. quest. lxix. art. 2. cor. & quest. cxii. art. 3. ad 2.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod dolus non sit peccatum ad astutiam pertinens. Peccatum enim in perfectis viris non invenitur, & præcipue mortale. Invenitur autem in eis aliquis dolus, secundum illud II. ad Cor. xii. 16. *Cum esset astutus, dolo vos cepi.* Ergo dolus non est semper peccatum.

2. Præterea. Dolus maxime ad linguam perti-

(1) *Vel occulta confusione*, ut ex græco ἀστύπος legitur Augustinus & ex eodem Beda refert: Perinde tamen quoad sensum, quia erubescientia vel confusio ex dedecore: Unde ibidem S. Thomas *immunda & turpia explicat que hominem dedecoratum efficiunt:* Pro illis quoque verbis, *adulterantes verbum Dei* græce ἀστύτες quasi *dolos depravantes*; nimisrum vel per falsam doctrinam; vel per vanam gloriam, vel per amorem veri, vel per simulationem & hypocri-

sim, ut ibi partim Beda ex Augustino, partim etiam S. Thomas.

(2) Sic enim ibi cap. 3. ante medium, *Astutia visum est* (inquit) *quoniam in Scripturis sanctis & in bono accipiatur quod dictum est.* Astuti ut serpentes; & in malo quod in *Paradiso* erat serpens *prudentissimus bestiarum* (juxta 70. ut jam supra) Similia etiam lib. 11. super Genes. ad lit. cap. 2. & epist. 29.

pertinere videtur , secundum illud Psalm. v. 11. *Linguis suis dolose agebant* . (1) Astutia autem , sicut & prudentia est in ipso actu rationis . Ergo dolus non pertinet ad astutiam .

3. Præterea . Proverb. xii. 20. dicitur : *Dolus in corde cogitantium mala* . Sed non omnis malorum cogitatio pertinet ad astutiam . Ergo dolus non videtur ad astutiam pertinere .

Sed contra est quod astutia ad circumveniendum ordinatur , secundum illud Apostoli ad Ephes. iv. 14. *In astutia ad circumventionem erroris* : ad quod etiam dolus ordinatur . Ergo dolus pertinet ad astutiam .

Respondens dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. præc.) ad astutiam pertinet assumere vias non veras sed similitudines , & apparentes ad aliquem finem prosequendum vel bonum , vel malum . Assumptio autem harum viarum potest dupliciter considerari . Uno quidem modo in ipsa ex cogitatione viarum hujusmodi : & hoc proprie pertinet ad astutiam , sicut etiam ex cogitatio rectarum viarum ad debitum finem pertinet ad prudentiam .

Alio modo potest considerari talium viarum assumptio secundum executionem operis & secundum hoc pertinet ad dolum . Et ideo dolus importat quamdam executionem astutiae ; & secundum hoc ad astutiam pertinet .

Ad primum ergo dicendum , quod sicut astutia proprie accipitur in malo , abusive autem in bono ; ita etiam & dolus , qui est astutiae executio . (2)

Ad secundum dicendum , quod executio astutiae ad decipiendum primo quidem & principaliter fit per verba , quæ præcipuum locum tenent intersigna , quibus homo significat aliquid alteri , ut patet per Augustinum

in Lib. de doct. christ. iii.) & ideo dolus maxime attribuitur locutioni . Contingit tamen esse dolum & in factis , secundum illud Psalm. cv. 25. *Et dolum fecerunt in servos ejus* . Est etiam dolus in corde , secundum illud Eccli. xix. 23. *Interiora ejus plena sunt dolo* sed hoc est , secundum quod aliquis dolos ex cogitat , secundum illud Psal. xxxvii. 13. *Et dolos tota die meditabansur* .

Ad tertium dicendum , quod quicunque cogitant aliquod malum facere , necesse est quod ex cogitent alias vias ad hoc quod suum propositum impleant ; & ut plurimi in ex cogitent vias dolos , quibus facilius propositum consequantur : quamvis contingat quandoque quod absque astutia , & dolo aliqui aperte , & per violentiam malum operentur ; sed hoc , quia difficilis fit , in paucioribus accidit ,

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , quod dolus pertinet ad astutiam . Insinuatur vero Hierem. 5. *sicut decipula plena eritis* , sic domus eorum plene de lo . Patet enim , quod decipula ab astuto tenditur ad aves capiendas . Item per dictum Machab. i. *locutus est ad eos verba pacifica in dolo* . Exterius enim pacem fingere verbis , & interius circumventionem moliri , est officium hominis astuti . Ideo ad hoc significandum dicitur Ephes. 4. *In astutia ad circumventionem erroris* . Secundo vides &c.

A R .

(1) Sicut etiam Psalm. 13. vers. 3. reperitur , & inde ad Rom. 3. vers. 13. Itemque Psal. 9. vers. 19. *Cujus maledictione os plenum est & amaritudine & dolo* : Ps. 11. vers. 3. *Labia dolosa in corde & corde loquuntur sunt* : *Disperdat Dominus universa labia dolosa* : Psal. 14. vers. 3. *Non egit dolum in lingua sua* : Psalm. 16. vers. 1. *Non in labiis dolosus* : Psal. 30. vers. 19. *Muta fiant labia dolosa* : Psal. 49. vers. etiam 19. *Lingua sua concinnabat dolos* : Psal. 51. vers. 6. *Verba præcipitationis lingua dolosa* Psal. 1c8. v. 2. *Loquebantur adversum me linguam dolosam* : Psal. 119. vers. 2. *Libera animam meam a labiis iniquis & a lingua dolosa* &c.

(2) Nec tamen assertive id Apostolus de se dicit , sed ex eorum existimatione qui hoc ei poterant exprobrare : Sic enim ibi vers. 16. *Sed ego vos*

non gravavi , sed cum essem astutus , dolo cepi: Numquid per aliquem eorum quos misi ad vos , circumveni vos ? Unde ipse ibidem S. Thomas : *Possit istorum esse suspicio quod ideo ab eis per seipsum non accepit , ut per alios dolos ab eis plus accipiat* : Et ideo dicit hoc ponens : *Esto , ideo dato & concessu quod ego in persona mea non gravavi vos , sed (sicut credidistis) cum essem astutus dolo vos cepi , hoc est per alios detracti vobis bona plurima* : *Sed hoc est falsum , quia nihil ex dolo feci* : Hanc ergo suspicionem consequenter excludit dicens : Numquid per aliquem circumveni vos ? &c. Unde nihil ex eo loco ad astutiam bono sensu accipiendam colligi potest : Sed ne dubium ullum remaneret , non immixtio sic recipi respondit S. Thomas , ex hypothesi quod assertive illud intellexerit Apostolus .

A R T I C U L U S V. 308

Utrum fraus ad astutiam pertineat.

Sup. art. 4. & locis ibi citatis.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod fraus ad astutiam non pertineat. Non enim est laudabile quod aliquis decipi se patiatur; ad quod astutia tendit. Est autem laudabile quod aliquis patiatur fraudem, secundum illud I. ad Corinth. vi. 7. *Quare non magis fraudem patimini?* Ergo fraus non pertinet ad astutiam.

2. Præterea. Fraus pertinere videtur ad illicitamceptionem, vel retentionem exteriorum rerum: dicitur enim Act. v. 1. quod *vir quidam nomine Ananias cum Sapphira uxore sua vendidit agrum, & fraudavis de pretio agri.* Sed illicite usurpare, vel retinere res exteriores pertinet ad injustitiam, vel illiberalitatem. Ergo fraus non pertinet ad astutiam, quæ opponitur prudentiæ.

3. Præterea. Nullus astutia utitur contra seipsum. Sed aliorum fraudes sunt contra seipso: dicitur enim Proverb. i. 18. de quibusdam, quod moluntur fraudes contra animas suas. Ergo fraus non pertinet ad astutiam.

Sed contra. Fraus ad deceptionem ordinatur, secundum illud Job. xxii. 9. *Numquid decipietur, ut homo, vestris fraudulentiis?* Ad idem etiam ordinatur astutia. Ergo fraus ad astutiam pertinet.

Respondeo dicendum, quod sicur dolus consistit in executione astutiæ, ita etiam & fraus.

Sed in hoc differre videntur, quod dolus pertinet universaliter ad executionem astutiæ sive fiat per verba, sive per facta; fraus autem magis proprie pertinet ad executionem astutiæ, secundum quod fit per facta.

Ad primum ergo dicendum, quod Apostolus non inducit fideles ad hoc quod decipiatur in cogoscendo, sed ad hoc quod (*) effectum deceptionis patienter tolerent in sustinendis injuriis fraudulenter illatis (1).

Ad secundum dicendum, quod executio astutiæ potest fieri per aliquod aliud vitium,
Summ. S. Th. Tom. VII.

sicut & executio prudentiæ fit per virtutes: & hoc modo nihil prohibet defraudationem pertinere ad avaritiam, vel illiberalitatem.

Ad tertium dicendum, quod illi qui fraudes faciunt, ex eorum intentione non moluntur aliquid contra seipso, vel contra animas suas; sed ex justo Dei judicio provenit ut id quod contra alios moluntur, contra eos retorqueatur, secundum illud Psalm. vii. 16. *Incidit in foream quam fecit.*

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuatum a scripturis, quod fraus pertinet ad astutiam. Insinuator vero per hoc quod dicitur Job 13. *Nunquid decipietur, ut homo, vestris fraudulentiis?* Et Sap. 10. *In fraude circumvenientium eum illi affuit.* Et Josue 9. *Cum nos decipere fraude voluistis?* Et Hester 16. *Aures principum callida fraude decipiunt.* Per hæc enim singula monstratur: quod fraus ordinatur ad decipiendum; & consequenter commonistratur, quod ordinata est ad illum finem, ad quem & astutia ordinatur, secundum illud Eph. 4. *In astutia ad circumventionem erroris.* Illorum autem, quæ finem eundem habent, est aliqua affinitas inter se; ut pater. Per hoc ergo, quod ad eundem finem ordinari fraudem, & astutiam scripturæ ostendunt, ostendisse se pariter volunt quod fraus ad astutiam pertinet. Secundo vides quomodo &c.

A R T I C U L U S VI. 309

Utrum licitum sit sollicitudinem habere de temporalibus rebus.

Inf. queſt. cxxviii. art. 7. cor. & III. con. cap. cxxiv. fin. & quol. vii. art. 17. ad 2. & P̄b̄sp. IV.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod licitum sit sollicitudinem habere de temporalibus rebus. Ad præsidentem enim pertinet sollicitum esse de his quibus præst, secundum illud Rom. xii. 8. *Qui præst. in sollicitudine.* Sed homo præst ex divina ordi-

I natio-

(*) Ita codd. Alcan. & Tarrac. Nicolajus, & posteriores edit. Al. defectum.

(1) De quibus ibi Apostolus loquitur: *Delictum est in vobis* (inquit v. 7.) *quod iudicia* (id est li-

tes) *habebitis inter vos.* *Quare non magis fraudem patimini?* *Sed vos injuriam facitis & fraudatis:* Et hoc fratribus.

natione temporalibus rebus , secundum illud Psalm. viii. 8. *Omnia subiecti sub pedibus ejus oves , & boves &c.* Ergo homo debet habere sollicitudinem de temporalibus rebus .

2. Præterea . Unusquisque sollicitus est de fine propter quem operatur . Sed licitum est hominem (1) operari propter temporalia , quibus vitam sustentet : unde Apostolus dicit II. ad Thessal. iii. 10. *Si quis non vult operari , non manducet.* Ergo licitum est sollicitari de rebus temporalibus .

3. Præterea . Sollicitudo de operibus misericordiæ laudabilis est , secundum illud II. ad Timoth. i. 17. (2) *Cum Romam venisset , solcite me quæsivit.* Sed sollicitudo temporalium rerum quandoque pertinet ad opera misericordiæ , puta cum quis sollicitudinem adhibet ad procurandum negotia pupillorum , & pauperum . Ergo sollicitudo temporalium rerum non est illicita .

Sed contra est quod Dominus dicit Matth. vi. 31. *Nolite solicieti esse , dicentes : Quid manducabimus , aut quid bibemus , aut quo operiemur ? Quæ tamen sunt maxime necessaria .*

Respondeo dicendum , quod sollicitudo importat studium quoddam adhibitum ad aliquid consequendum . Manifestum est autem quod majus studium adhibetur , ubi est timor deficiendi : & ideo ubi est securitas consequendi , minor intervenit sollicitudo .

Sic ergo sollicitudo temporalium rerum tricliciter potest esse illicita . Uno quidem modo ex parte ejus de quo sollicitamur , si scilicet temporalia tamquam finem queramus : unde & Augustinus dicit in Lib. de operibus monach. (cap. xxvi. paulo a princ.) (3) *Cum Dominus dicit , Nolite solicieti esse &c. hoc dicit , ut non ista intueantur , & propter ista faciant quidquid in Evangelii prædicatio ne facere jubentur .*

Alio modo potest esse temporalium sollicitudo illicita propter superfluum studium , quod apponitur ad temporalia procuranda , propter quod homo a spiritualibus , quibus principalius inservire debet , retrahitur : & ideo dicitur Matth. xii. 27. *quod sollicitudo seculi suffocat verbum* (4).

Tertio modo ex parte timoris superflui , quando scilicet aliquis timet ne faciendo quod debet , necessaria sibi deficiant : quod Dominus tripliciter excludit . Primo propter majora beneficia homini praestita divinitus præter suam sollicitudinem , scilicet corpus , & animam . Secundo propter subventionem , qua Deus animalibus , & plantis subvenit absque opere humano , secundum proportionem suæ naturæ . Tertio ex divina providentia , propter cuius ignorantiam Gentiles circa temporalia bona querenda principalius sollicitantur . Et ideo concludit , quod principalius nostra sollicitudo esse debet de spiritualibus bonis , sperantes quod etiam temporalia nobis provenient ad necessitatem , si fecerimus quod debemus .

Ad primum ergo dicendum , quod temporalia bona subjecta sunt homini , ut eis utatur ad necessitatem , non ut in eis finem , constitutam , & superflue circa ea sollicitetur .

Ad secundum dicendum , quod sollicitudo ejus qui corporali labore panem acquirit , non est superflua , (*) sed moderata : & ideo Hieronymus dicit (sup. illud Matth. vi. *Ne solicieti sitis*) quod *labor exercendus est , sollicitudo tollenda , superflua scilicet , animum inquietans .*

Ad tertium dicendum , quod sollicitudo temporalium in operibus misericordiæ ordinatur ad finem caritatis : & ideo non est illicita , nisi sit superflua .

A P-

(1) Sic etiam in Manuscripto , & construi sic debet , *Licitum est ut homo operetur :* Alioqui dicendum fuit , *Licitum est homini &c.*

(2) Ad commendandam Onesiphori misericordiam dictum vers. 16. ubi plenius : *Des misericordiam Dominum Onesiphori domui , quia sapientia refrigeravit , & catenam meam non erubuit , sed cum Romam venisset , solcite me quæsivit & invenerit.* Quippe qui ex Afia Romam &c. fine venerat nullis vel itineris difficultatibus vel saevitiis Imperatoris crudelissimi deterritus , ut super eum locum Theodoretus commentatur , qui & Onesiphorum illum propterea *procuras superior seu terbeatum* vocat , qui tantam hanc ab Apostoli lingua benedictionem accepit .

(3) Ubi paulo plenius : *Non est ista non procurans quoniam necessitati sensis est unde honeste peractum ,*

sed es non ista insueatus &c.

(4) Ideo opprimit , ne possit pullulare ac fructum ferre . Unde in eum locum Autho^r operis imperfecti sub Chrysostomi nomine homil. 31. inquit quod sollicitudo divitiarum Ecclesiarum se frequens dare non permittit , ut nutritur verbis quod acceperisti : *Et sic rennis corpore , non venis mente : Vei si audis auribus , non audis corde : Totus animus tuus in illis est de quibus sollicitus es :* Item si verbum Dei veneris in periculum , in qua times perdere qua habes , vel concupiscis acquirere qua non habes , veritatem fidem palam non confiteris : *Vides quomodo sollicitudo divitiarum suffocat verbum & fructificare non finis .*

(*) Ita edit. passim cum codd. Terrat. & Alcan. Edit. Rom. cum aliis si sit moderata .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , & in recto sensu intellegas , merito a scripturis insinuatum fuisse , quod de temporalibus solicito non est licita . Insinuator vero per hoc , quod dicitur Matth. 6. *Nolite solliciti esse dicentes* , *quid manducabimus* , *aut quid bibemus* , *aut quo operiemur* . Pro cuius captu ampliori vide sup. qu. 47. art. 9. , & 1. 2. qu. 108. art. 3. Secundo vides : quomodo ex iis bene pensatis , & applicatis , declaretur vicissim angelica praefens doctrina , & confirmetur .

A R T I C U L U S VII. 310

Utrum quis debeat esse sollicitus futurorum .

*Inf. quæst. clxxxviii. art. 7. ad 2. & III.
cont. cap. cxxxv. fin.*

AD septimum sic proceditur . Videtur quod aliquis debeat sollicitus esse futurorum . Dicitur enim Proverb. vi. 6. *Vade ad formicam* , *o piger* , *& considera vias ejus* , *& disco sapientiam* : *qua cum non habeat ducem* , *nec præceptorem* , *parat in aestate cibum sibi* , *& congregas in messe quod comedat* . Sed hoc est in futurum sollicitari . Ergo laudabilis est sollicitudo futurorum .

2. Præterea . Sollicitudo ad prudentiam pertinet (1) . Sed prudentia præcipue est futurorum : præcipua enim pars ejus est prudenteria futurorum , ut supra dictum est (quæst. xl ix. art. 6.) Ergo virtuosum est sollicitari de futuris .

3. Præterea . Quicumque reponit aliquid in posterum conservandum , sollicitus est in futurum . Sed ipse Christus legitur Joan. xii. loculos habuisse ad aliquid conservan-

dum , quos (2) Judas deferebat : Apostoli etiam conservabant pretia prædiorum , quæ ante pedes eorum ponebantur , ut legitur Act. iv. Ergo licitum est in futurum sollicitari .

Sed contra est quod Dominus dicit Matth. vi. 34. *Nolite solliciti esse in crastinum* . Cras autem ibi ponitur pro futuro , sicut dicit Hieronymus (in hunc loc.) (3)

Respondeo dicendum , quod nullum opus potest esse virtuosum , nisi debitum circumstantiis vestiatur : inter quas una est debitum tempus , secundum illud Eccle. viii. 6. *Omnis negotio tempus est* , & *opportunitas* : quod non solum in exterioribus operibus , sed etiam in interiori sollicitudine locum habet . Unicuique enim tempori competit propria sollicitudo ; sicut tempori æstatis competit sollicitudo metendi (*) ; ipsi autumno autem competit sollicitudo vindemiarum . Si quis ergo tempore æstatis de vindemia jam esset sollicitus , superflue præoccuparet futuri temporis sollicitudinem . Unde hujusmodi sollicitudinem tamquam superfluam Dominus prohibet , dicens : *Nolite solliciti esse in crastinum* : unde subdit : *Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi* , id est suam propriam sollicitudinem habebit , quæ sufficiet ad animum afflendum . Et hoc est quod subdit : *Sufficit dicere malitia sua* , id est afflictio sollicitudinis .

Ad primum ergo dicendum , quod formica habet sollicitudinem congruam tempori : & hoc nobis imitandum proponitur .

Ad secundum dicendum , quod ad prudentiam pertinet providentia debita futurorum . Esset autem inordinata futurorum providentia , vel sollicitudo , si quis temporalia , in quibus dicitur *præteritum* , & *futurum* , tamquam fines quæteret ; vel si superflua quæteret ultra præsentis vitæ necessitatem ; vel si tempus sollicitudinis præoccuparet .

Ad tertium dicendum , quod , sicut Augu-

I 2

stinus

(1) Ut ex professo propositum & probatum est quæst. 47. art. 9. sicut etiam quod sequitur , indicatum est quæst. 49. art. 6.

(2) Supple loculos , ut ex Joannis textu suppleri debet , proindeque quos , ut est in Manuscripto & in impressis passim , non quod (ut in quibusdam) legi .

(3) Qui sic plenius ibi : *Cras in Scripturis futurum tempus intelligitur* , dicente Jacob , *Exaudiens me cras iustitia mea* : *Et in Samuelis phantasmatu Pythonis loquitur ad Saulum* , *Cras eris mecum* : Et priuayor quidem illud Genes. 30. vers. 33. videre est juxta Editionem 70. Interpretum , ubi vulgata legit Respondebit mihi cras &c. Secundum autem 1. Reg.

28. v. 9. ubi pluraliter dicitur , *Cras autem tu & filii tuis mecum eris* : Neutrum porro illorum post alterum præcise diem fuisse factum constat : Unde indefinite pro futuro accipi debet : Nam Jacob quidem hoc dicebat respicendo tempus quo patere deberent oves quæ nominis postea conceperunt , ut ex adjunctis ibi patet : Prælium autem in quo Interfetus est Saul & Jonathas filius ejus , post aliquot a Samuelis apparitione dies initium indicatur cap. 31. aliaque interferuntur ibi cap. 29. & 30. quæ per illos intermedios dies facta fuisse referuntur .

(*) Ita communiter . Nicolajus tempori autem competit &c.

stius dicit in Lib. II. de serm. Domini in monte (cap. xvii. circ. med.) cum videbimus aliquem servum Dei providere , ne ista necessaria sibi defint , non judicemus eam de crastino solicitum esse : nam & ipse Dominus propter exemplum loculos habere dignatus est : & in Actibus Apostolorum scriptum est , ea que ad victimam sunt necessaria , procurata esse in futuram propter imminentem famem . Non ergo Dominus improbat , si quis humano more ista procuret , sed si quis propter ista (*) militet Deo .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , & in recto sensu intelligas , merito insinuatum a scripturis , quod non licet esse solicitum in futurum de rebus temporalibus . Insinuatur vero Matb. 6. ut in argum. cont. Pro meliori captu vide ar. 6. Nam maxime assimilantur , quamvis post illum motus sit hic *septimus ar.* non quia in ipso virtualiter , inferendo negative , ut non licet de temporalibus solicitari . ergo nec de illis in crastinum , non contineatur , sed quia habet seorsum speciales difficultates , ut hic visum est . Vide & Decretum 12. q. 1. t. Videntes , & cap. Habebat . Secundo vides , quomodo &c.

A R T I C U L U S VIII. 311

Utrum hujusmodi vitia oriuntur ex avaritia .

Inf. quest. cxviii. art. 7. & 8. & II. dift. xlii. quest. 11. art. 3. & mal. quest. xiii. art. 3.

AD octavum sic proceditur . Videtur quod hujusmodi virtus non oriantur ex avaritia . Quia , sicut dictum est (quæst. xlii. art. 6.) per luxutiam maxime ratio patituri defectum in sua rectitudine . Sed hujusmodi virtus opponuntur rationi rectæ , scilicet prudentiæ . Ergo hujusmodi virtus maxime ex

luxuria oriuntur ; præsertim cum Philosophus dicat in VII. Ethic. (1) quod *Venus est dolosa , & ejus corrigia est varia* ; & quod ex insidiis agit incontinentis concupiscentiæ .

2. Præterea . Prædicta virtus habent quamdam similitudinem prudentiæ , ut dictum est (art. 3. hujus quæst. & quæst. xlvi. art. 13.) Sed ad prudentiam , cum sit in ratione , majorem propinquitatem habere videntur virtus magis spiritualia , ut superbia , & inanis gloria . Ergo hujusmodi virtus magis videntur ex superbia oriri quam ex avaritia .

3. Præterea . Homo insidiis utitur non solum in diripiendis bonis alienis , sed etiam in machinando aliorum cædes ; quorum primum pertinet ad avaritiam , secundum ad iram . Sed insidiis uti pertinet ad astutiam , dolum , & fraudem . Ergo prædicta virtus non solum oriuntur ex avaritia , sed etiam ex ira . Sed contra est quod Gregorius XXXI. Moral. (cap. xvii. a med.) ponit fraudem sicut avaritiæ .

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (art. 3. hujus quæst. & quæst. xlvi. art. 13.) prudentia carnis , & astutia cum dolo , & fraude , quamdam similitudinem habent cum prudentia in aliquali usu rationis . Præcipue autem inter alias virtutes morales usus rationis rectæ appetit in justitia , quæ est in appetitu rationali . Et ideo usus rationis indebitus etiam maxime appetit in virtutis oppositis justitiae : opponitur autem ipsi maxime avaritia .

Et ideo prædicta virtus maxime ex avaritia oriuntur .

Ad primum ergo dicendum , quod luxuria propter vehementiam delectationis , & concupiscentiæ totaliter opprimit rationem , ne prodeat in actum . In prædictis autem virtutis aliquis usus rationis est , licet inordinatus . Unde prædicta virtus non oriuntur directe ex luxuria . Quod autem Philosophus (2) *Venrem dolosam* appellat , hoc dicit secundum quamdam similitudinem , in quantum scilicet hominem subito surripit , sicut & in dolis agitur ; non tamen per astutias , sed magis per violentiam concupiscentiarum , & delectationis :

(*) *Ica mss. & editi passim. Edit. Rom. non militet.*

(1) Ut cap. 7. greco lat. videre est vel in antiquis cap. 6. & apud S. Thomam lect. 6. ubi ex Homero id refert θολωτλόνος vocante , id est *dolos occidentem* &c. Pro corrigia porro varia quam Homerus κίσθια vocat , Zosim reddit Interpres quasi variegata , versicolorem , acu pīstam , ut hinc amo-

rem conciliat : Unde In Proverb. cestis veneris &c. Et si aliter S. Thomas (ubi sup.) corrigiam explicat concupiscentiam quæ mentes ligat ; variam vero quæ tendit in aliquid quod apparet bonum , inquantum est delectabile , & rāmen est simpliciter malum .

(2) Vel apud Philof. Homerus ut proxime indicatum est .

nis : unde & subdit, quod *Venus furatur in tellum multum sapiens*. (1)

Ad secundum dicendum, quod ex insidiis agere, ad quamdam pusillanimitatem pertinet videtur. Magnanimus enim in omnibus vult manifestum esse, ut Philosophus dicit in IV. Ethic. (cap. III. a med.) Et ideo quia superbia quamdam similitudinem magnanimitatis habet, vel fingit; inde est quod non directe ex superbia hujusmodi vitia oriuntur, quæ utuntur fraude, & dolo; magis autem hoc pertinet ad avaritiam, quæ propriam utilitatem querit, parvipendens excellentiem.

Ad tertium dicendum, quod ira habet subitum motum: unde præcipitanter agit, & absque consilio, quo utuntur prædicta vitia licet inordinate. Quod autem aliqui insidiis utantur ad cædes aliorum, non provenit ex ira, sed magis ex odio: quia iracundus appetit esse manifestus in nocendo, ut dicit Philosophus in II. Rhet. (cap. IV. cire. fin.)

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a Beato Gregorio fuisse, quod prædicta vitia oriuntur ex avaritia. Insinuatur autem ab eo per hoc: quod 31. *Moral.* ponit fraudem esse filiam avaritiae. Nam in fraude quasi virtualiter continentur omnia prædicta. Et de astutia quidem, & dolo, hoc manifestum est; quamvis de prudentia carnis, non item. Si quis tamen profundius inspiciat, videbit hoc ipsum de illa. Prudentia namque carnis sub quodam prætextu bona provisionis ad sustentandam carnem, *articulo primo*; *respons. ad 2. 3.* seipsum nobis ingerere conatur, & ideo fraudem quamdam nobis texere, ex insidiisque agere videtur. Non abs re ergo a Beato Gregorio nomine fraudis & ipsam virtualiter importatam, diximus. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis vi-

cissim Angelica declaretur doctrina hæc, & confirmetur.

Q U Æ S T I O L V I .

De præceptis pertinentibus ad prudentiam;

In duos articulos divisa.

DEinde considerandum est de præceptis pertinentibus ad prudentiam; & circa hoc quæruntur duo.

Primo de præceptis pertinentibus ad prudentiam.

Secundo de præceptis pertinentibus ad vitia opposita.

A R T I C U L U S I . 312

Utrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta Decalogi.

AD primum sic proceditur. Videtur quod de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta Decalogi. De principaliori enim virtute principaliora præcepta (2) dari debent. Sed principaliora præcepta legis sunt præcepta Decalogi. Cum ergo prudentia sit principalior inter virtutes morales videtur quod de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta Decalogi.

2. Præterea. In doctrina evangelica continetur lex maxime quantum ad præcepta Decalogi. Sed in doctrina evangelica datur præceptum de prudentia, ut Matth. x. 16. *Estate prudentes, heus serpentes.* Ergo inter præcepta Decalogi debuit præcipi actus prudentiae.

3. Præterea. Alia documenta veteris Testamenti ad præcepta Decalogi ordinantur: unde & Malach. ult. 4. dicitur: *Memento legis Moysi servi mei, quam mandavi ei in Horeb.* Sed in aliis documentis veteris Testamenti dantur præcepta de prudentia, sicut Proverb. 1:1. 5. *Ne innitaris prudentie tua & infra IV. cap. 25. Palpebre tuae precedant gressus*

(1) Aut ut vetus verbo habet *spisse sapientis*, quod S. Thomas tamen ibi explicat *multum sapiens*. Graece autem *τύκατος* ex Hornero; quod poetum vocabulum novus Interpres reddit, *perspicio*; velut idem quod *spisse*, conformiter ad phrasim Italicanam *spesse volte*; id est *frequenter*. Sequens autem appendix Philosophi de magnanimo ex cap. 8. græco-lat. vel cap. 10 in antiquis plenius colligitur, ubi dicitur *manifestus amator esse ac manifestus eorum quia latro, timor etiam est.* Quod item subiungitur de iracun-

do ex 2. Rheticorum, insinuatur ibi cap. 4. prope finem.

(2) Ut est in Manuscripto & in impressis passim, non ut inepte in quibusdam & in Parisiensi quidem quod ad manum est, *principaliora præcepta Decalogi*; quia idem per item nugatorie probaretur, & unus atque idem terminus ter contra formam syllogisticam poneretur; nimis in ultraque præmissa & in conclusione repetitus.

gressus suos (1). Ergo & in lege debuit aliquod præceptum de prudentia dari, & præcipue inter præcepta Decalogi.

Sed contrarium patet enumeranti præcepta Decalogi.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (i. 2. quæst. c. art. 1.) cum de præceptis ageretur, præcepta Decalogi sicut data sunt omni populo, ita etiam cadunt in existimationem omnium quæs ad naturalem rationem pertinentia. Præcipue autem sunt de dictamine rationis naturalis fines humanæ vitæ: qui se habent in agendis, sicut principia naturaliter cognita in speculativis, ut ex supradictis patet (quæst. xlvi 1. art. 6.) Prudentia autem non est circa finem, sed circa ea quæ sunt ad finem, ut supra dictum est ibid.

Et ideo non fuit conveniens ut inter præcepta Decalogi aliquod præceptum poneretur ad prudentiam pertinens directe: ad quam tamen omnia præcepta Decalogi pertinent, secundum quod ipsa est directiva omnium virtuosorum actuum.

Ad primum ergo dicendum, quod licet prudentia sit simpliciter principalior virtus omnibus aliis virtutibus moralibus; justitia tamen principalius respicit rationem debiti, quod requiritur ad præceptum, ut supra dictum est (quæst. xliv. art. 1. & 1. 2. quæst. lx. art. 3.) Et ideo principalia præcepta legis, quæ sunt præcepta Decalogi, magis debuerunt ad justitiam quam ad prudentiam pertinere.

Ad secundum dicendum, quod doctrina evangelica est doctrina perfectionis (2) & ideo oportuit quod in ipsa perfecte instrueretur homo de omnibus quæ pertinent ad redditum vitez, sive sint fines, sive sint ea quæ sunt ad finem. Et propter hoc oportuit in doctrina evangelica etiam de prudentia præcepta dari.

Ad tertium dicendum, quod sicut alia do-

Etrina veteris Testamenti ordinatur ad præcepta Decalogi ut ad finem; ita etiam conveniens fuit ut in subsequentibus documentis veteris Testamenti homines instruerentur de actu prudentiæ, qui est circa ea quæ sunt ad finem.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, bene factum, quod in decalogi præceptis non præcipieretur specialiter de actu prudentiæ. Quod vero ibid non fuerit de prudentia mandatum, patet enumeranti præcepta decalogi posita Exod. 20. Valent ad hoc i. 2. q. c. or. &c. & 2. 2. qu. 122. a. &c. Secundo vides &c.

A R T I C U L U S II. 313

Utrum in veteri lege fuerint convenientior præcepta prohibitiva propria de vitiis oppositiis prudentiæ.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod in veteri lege fuerint inconvenienter præcepta prohibitiva propria de vitiis oppositiis prudentiæ. (3) Opponuntur enim prudentiæ non minus illa quæ habent directam oppositionem ad ipsam (sicut imprudentia, & partes ejus) quam illa quæ cum ipsa similitudinem habent (sicut astutia, & quæ ad ipsam pertinent). Sed hæc vicia prohibentur in lege: dicitur enim Levit. xix. 13. Non facies calumnians proximo tuo: & Deuter. xxv. 13. Non habebis in succulo tuo diverse pondera, minus, & majus. Ergo & de illis vitiis quæ directe opponuntur prudentiæ alii quæ præcepta prohibitiva dari debuerunt.

2. Præterea. In multis aliis rebus potest fieri fraus quam in emptione, & venditione. Inconvenienter ergo fraudem in sola emptione, & venditione lex prohibuit.

3. Pro-

(1) Postquam dictum est ver. 25. *Oculi sui recta videant;* quæ ad prudentiam pertinere significetur; sicut & ex hebreo *Palpebra tua dirigant coram te:* Unde ibid. Beda ex Gregor. mutuatus in Pastorali: Parte 3. admonit. 15. prope finem: *Palpebra gressus præcedunt,* cum operationem nostram consilia recta præveniunt: *Qui enim negligit considerando prævidere quid faciat;* gressus tendit, oculus claudit; per gendo iter conficit, sed prævidendo sibi metu non antecedit, atque idcirco citius corruit, quia quo rem operis ponere debeat per palpebram consiliis non prævidet (vel sicut est in Gregorii textu, non attendit)

(2) Per quam hoc loco patet non intelligi perfectionem consiliorum, sed præceptorum; quia de illa perfectione intelligitur quæ omnibus necessaria est ad salutem; qualis utique non est consiliorum perfectio; ut infra suo loco (scilicet quæst. 184 art. 3.) quadam utramque perfectionem expendetur.
(3) Nempe quia dumtaxat de quibusdam vitiis quæ indirecte opponuntur; data sunt, non de illis etiam quæ directe: Hoc enim sensu inconvenienter data videri probat subiunctum argumentum, quia potius de indirectis quam de directis: Alio autem sensu argumentum tertium probat inconvenienter data quia nec debuerunt dati quæ data sunt.

APPENDIX.

3. Præterea. Eadem ratio est præcipiendi actum virtutis, & prohibendi actum vitii oppositi. Sed actus prudentiaz non inveniuntur in lege præcepti. Ergo nec aliqua opposita vitia debuerunt in lege prohiberi.

Sed contrarium patet per præcepta legis inducta (in arg. 1.) (1).

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc.) justitia maxime resipicit rationem debiti, quod requiritur ad præceptum: quia justitia est ad reddendum debitum alteri, ut infra dicitur (quæst. lviii. art. 1.) Astutia autem quantum ad executionem maxime committitur in his circa quæ est justitia, ut dictum est (quæst. lv. art. 5.)

Et ideo conveniens fuit ut præcepta prohibitiva darentur in lege de executione astutiaz, inquantum ad injustitiam pertinet; sicut cum dolo, & fraude aliquis alicui calumniam ingerit, vel ejus bona surripit.

Ad primum ergo dicendum, quod illa via quæ directe opponuntur prudentiaz manifesta contrarietate, non ita pertinent ad injustitiam, sicut executio astutiaz: & ideo non ita prohibentur in lege sicut fraus, & dolus, quæ ad injustitiam pertinent.

Ad secundum dicendum, quod omnis dolus, vel fraudus commissa in his quæ ad injustitiam pertinent, potest intelligi esse prohibita Levit. xix. in prohibitione calumniaz. Præcipue autem solet fraudus exerceri, & dolus in emptione, & venditione, secundum illud Eccli. xxvi. 28. *Non justificabitur campus a peccato laborum.* (2) Propter hoc specialiter præceptum prohibitivum datur in lege de fraude circa emptiones, & venditiones commissa.

Ad tertium dicendum, quod omnia præcepta de actibus justitiaz in lege data pertinent ad executionem prudentiaz, sicut & præcepta prohibitiva data de furto, calumnia, & fraudulentia venditione pertinent ad executionem astutiaz.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuatum a scripturis, quod in lege veteri convenienter data fuerunt præcepta prohibitiva vitiorum prudentiaz oppositorum, scilicet fraudis, & dolii. Insinuat autem per dicta Levit. 19. & Deut. 25. ut in arg. 1. Nam quæcumque præcepta vel prohibita in scripturis certissime tenentur esse convenienter ibi posita sive sic, sive sic. Unde ad hoc, immo & universaliter ad omnia ibi, ut ibi, narrata, significandum in persona ipsius sacrae sapientiaz scripturarum dicitur Pro. 8. *Justi sunt omnes sermones mei; non est in eis pravum quid, neque perversum. Recti sunt intelligentibus: & aequi invenientibus scientiam.* Hæc ibi multum pro semper notanda, & memoranda. Secundo vides &c.

QUESTIO LVII.

De jure,

In quatuor articulus divisa.

Consequenter post prudentiam considerandum est de justitia: circa quam quadrupliciter consideratio occurrit. Prima est de justitia. Secunda de partibus ejus. Tertia de dono ad hoc pertinente. Quarta de præceptis ad justitiam pertinentibus.

Circa justitiam vero consideranda sunt quatuor. Primo quidem de jure. Secundo de ipsa justitia. Tertio de injustitia. Quartio de judicio.

Circa primum queruntur quatuor.

Primo, utrum jus sit objectum justitiae.

Secundo, utrum jus convenienter dividatur in jus naturale, & positivum.

Tertio, utrum jus gentium sit idem quod jus naturale.

Quar-

(1) Puta Præcepta calumnias prohibentia Levit. 19. vers. 13. vel fraudem Deuteronom. 25. ubi maior & minus pondus prohibetur, ut & modius major & minor; Quibus etiam addi possunt falsa testimonia, furtum, & similia.

(2) Vel a peccatis laborum, sicut est in Vulgata; etiæ dumtaxat græce, non justificabitur a peccato: Peccata porro laborum dicuntur mendacia vel jura menta quæ ad suas res cariori pretio divendendas

usurpat paffim capio: Et non justificari a peccato dicitur, ut vix tale peccatum in vendendo nos incurere indicetur: quasi sit sensus quod non erit immunis a peccato: Sic enim sepe in Scriptura justificandi verbum usurpatum sine prejudicio alterius etiam significationis quæ idem est justificare ac iustum effere, ut suo loco 1. a. quæst. 112. ex professo indicatum est.

Quarto, utrum jus dominativum, & paternum debeat specialiter distingui.

ARTICULUS I. 314

Utrum jus sit objectum justitiae.

Inf. quest. ix. art. i. corp.

AD primum sic proceditur. Viderur quod jus non sit objectum justitiae. Dicit enim Celsus Jurisconsultus (Lib. I. ss. de just. & jur.) (1) quod *jus est ars boni, & equi.* Ars autem non est objectum justitiae, sed est per se virtus intellectualis. Ergo jus non est objectum justitiae.

2. Præterea. *Lex*, sicut Isidorus dicit in Lib. V. Etymol. (2) *juris est species Lex* autem non est objectum justitiae, sed magis prudentiae: unde & Philosophus *legispositivam* partem prudentiae ponit (Lib. VI. Ethic. cap. VIII. in princ.) Ergo jus non est objectum justitiae.

3. Præterea. Justitia principaliter subicit hominem Deo: dicit enim Augustinus in Lib. de moribus Ecclesiarum (cap. xv. circ. fin.) quod *justitia est amor tantum Deo serviens, & ob hoc bene imperans ceteris quæ homini subjecta sunt.* Sed jus non pertinet ad divinam, sed solum ad humana: dicit enim Isidorus in Lib. V. Etymol. (cap. II.) quod *hæc lex divina est, jus autem lex humana.* Ergo jus non est objectum justitiae.

Sed contra est quod Isidorus dicit in eodem Libro (cap. III.) quod *jus dictum est, quia est justum.* Sed *justum est objectum justitiae*: dicit enim Philosophus in V. Ethic. (cap. I. circ. prænc.) (3) quod *omnes tales habent volunt dicere justitiam, a quo operari justorum sunt.* Ergo jus est objectum justitiae.

Respondeo dicendum, quod justitia proprium est inter alias virtutes ut ordinet ho-

minem in his quæ sunt ad alterum. Importat enim æqualitatem quamdam, ut ipsum nomen demonstrat: dicuntur enim vulgariter ea quæ adæquantur, *justari*; (4) æqualitas autem ad alterum est. Aliæ autem virtutes perficiunt hominem solum in his quæ ei convenient secundum seipsum.

Sic ergo illud quod est rectum in operibus aliarum virtutum, ad quod tendit intentio virtutis quasi in proprium objectum, non accipitur nisi per comparationem ad agentem; rectum vero quod est in opere justitiae, etiam præter comparationem ad agentem, constituitur per comparationem ad aliud. Illud enim in opere nostro dicitur esse justum quod responderet secundum aliquam æqualitatem alteri, puta recompensatio mercedis debitæ pro servitio impenso. Sic ergo justum dicitur aliquid, quasi habens rectitudinem justitiae, ad quod terminatur actio justitiae, etiam non considerato qualiter ab agente fiat. Sed in aliis virtutibus non determinatur aliquid rectum, nisi secundum quod aliqualiter fit ab agente. Et propter hoc specialiter justitia præter aliis virtutibus (*) determinatur secundum se objectum, quod vocatur *justum*: & hoc quidem est jus.

Unde manifestum est quod jus est objectum justitiae.

Ad primum ergo dicendum, quod consuetum est quod nomina a sui prima impositione detorqueantur ad alia significanda; sicut nomen medicinae impositum est primo ad significandum remedium quod præstatur infirmo ad sanandum; deinde tractum est ad significandam artem qua hoc fit. Ita etiam hoc nomen *jus* primo impositum est ad significandum ipsam rem justam; postmodum autem est derivatum ad artem qua cognoscitur quid sit justum; & ultius ad significandum locum in quo jus redditur, sicut dicitur aliquis comparere in jure; (5) & ultius dicitur etiam, quod jus redditur ab eo ad

(1) Ut Ulpianus refert in Digesto veteri 1. 7.

(2) Seu Originum lib. 5. cap. 3. ubi præmittit quod *jus generale nomen est*: Sequens autem annotatione Philosophi ex Ethicorum lib. 6. non sicut prius cap. 6. sed cap. 8. græco-latino colligitur, vel cap. 7. in antiquis & apud S. Thomam lect. 7;

(3) Sicut vetus verbo habet Moderna, vero sic plautius: *Videmus omnes ejusmodi habitum justitiam sibi appellare, per quem ad agendas res justas idoneas reddiuntur (τοιωτικοὶ τὸν δικαιοῦν) &c.*

(4) Innotesta quidem apud Latinos voce, sed vulgaribus linguis usitata; ut Italice *agustore*, hispanice *ajuster*, & gallice *ajuster*: Nec reprehendi debet

si & latine sic formandum vel ex quovis alio usurpandum putavit S. Thomas, quia sic necessitas usus postulavit, ut & in aliis contingit sœpe, ac Augustinus ipse non dubitavit usurpandum, cuius est illa vere Doctore christiano digna vox cum *offensum usurparet pro esse, Melius est ut nos reprehendamus Grammatici quam ut non intelligant populi, &c.*

(*) Ita mss. & editi passim, *Theologi legendum* putant denominatur.

(5) Frequentissima Jurisconsultis phrasis & vulgo nota; Sic apud Plautum quoque *In jus te voco*; & Iterum, *Ambus in jus*, ad scilicet in locum ipsum ubi dictamen juris &c.

ARTICULUS II. 315

Utrum jus convenienter dividatur in jus naturale, & jus positivum.

Inf. quest. ix. art. 5. corp. & 1. 2. quest. xcvi. art. 4. cor. & V. Eth. lett. 12.

Ad secundum dicendum, quod sicut eorum quæ per artem exterius fiunt, quædam ratio in mente artificis præexistit, quæ dicitur regula artis; ita etiam illius operis justi quod ratio determinat, quædam ratio præexistit in mente, quasi quædam prudentia regula: & hoc si in scriptum redigatur, vocatur *lex*: est enim lex secundum Isidorum (Lib. V. Etym. (cap. III.) (1) *constitutio scripta*: & ideo lex non est ipsum jus, proprie loquendo, sed aliqualis ratio juris.

Ad tertium dicendum, quod quia justitia æqualitatem importat, Deo autem non possumus æquivalent recompensare; (2) inde est quod *justum* secundum perfectam rationem non possumus reddere Deo: & propter hoc non dicitur proprie *jus* lex divina, sed *fas*, quia videlicet sufficit Deo ut impleamus quod possumus. Justitia tamen ad hoc tendit ut homo, quantum potest, Deo recompenset, totaliter animam ei subjiciens,

APPENDIX.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a Scripturis, & Philosopho: quod jus est objectum iustitiae. Insinuator autem a Philosopho per dictum 2. Eth. ut in arg. contr. adducitur, præsupposito dicto Isidori. A Scripturis vero per hoc, quod dicitur Lev. 19. *Juste judica proximo tuo*. Hoc est. Justitia, qua tu judicas proximo, tendat ad justum. Et Deut. 1. *Quod justum est, judicare*. Idest, in exequendo iustitiam, proponatis vobis pro objecto justum, id est, rem justam. Secundo vides: quomodo &c.

Summ. S. Th. Tom. VII.

K

& hoc

(1) Ubi proinde a legendo vocata addit quia scripta est.

(2) Ut ex 8. Ethicorum sub finem colligitur, ubi similiter de diis & parentibus a quibus esse accepimus, id Philosophus dicit, sed christiane corrugendum.

(3) Idest suam vim ut ad sui observantiam possint obligare, vel ab omnibus æqualiter servari possint; non ex impotentiæ tantum subjecti cui lex imponitur & quasi per accidens ad ipsam legem, sed ex defectu legis & quasi per se.

(4) Non cap. 7. sicut prius indicabatur ad marginem, sed cap. 12. græco lat. ante medium, vel cap. 10. in antiquis & apud S. Thomam lect. 10. statim a principio; ubi & ipse notat quod videtur aliqua

contrarietas esse, ut politicum vel civile *jus* dividatur in *jus*, aliud *naturale* & aliud *legale*: cum potius pars quædam juris positivi jus politicum vel civile soleat assignari: Sed attendendum (inquit) quod aliter sumitur politicum vel civile hic apud Philosophum, & aliter apud Juristas: Nam Philosophus hic nominat politicum *justum* vel *civile ex usu*, quo cives utuntur; Juristi autem nominant jus politicum vel civile ex causa, quod scilicet civitas aliqua sibi constituit: Et ideo convenienter a Philosopho nominatur *legale* (id est *lege positum*) quod illi dicunt *positivum*: Convenienter autem per hæc duo dividitur *justum* politicum: Utuntur enim cives & iusto illo quod naturam humanæ indidit, & eo quod est *positum* *lege*:

& hoc vocatur *jus naturale*.

Alio modo aliquid est adæquatum , vel commensuratum alteri ex condicione , sive ex communi placito , quando scilicet aliquis reputat se contentum , si tantum accipiat . Quod quidem potest fieri duplíciter : uno modo per aliquod privatum condicuum , sicut quod firmatur aliquo pacto inter privatas personas ; alio modo ex condicione publico , puta cum totus populus consentit quod ali- quid habeatur quasi adæquatum , & commen- suratum alteri ; vel cum hoc ordinat Prin- ceps , qui curam populi habet , & ejus per- sonam gerit : & hoc dicitur *jus positivum* .

Ad primum ergo dicendum , quod illud quod est naturale habenti naturam immuta- bilem , oportet quod sit semper , & ubique tale . Natura autem hominis est mutabilis : & ideo id quod naturale est homini , potest aliquando deficere : sicut naturalem æquali- tam habet ut deponenti depositum redda- tur : & si ita esset quod natura humana sem- per esset recta , hoc esset semper servandum ; sed quia quandoque contingit quod voluntas hominis depravatur , est aliquis casus in quo depositum non est reddendum , ne homo per- versam voluntatem habens , male eo utatur : ut puta si furiosus , vel hostis reipublicæ ar- ma deposita reposcat .

Ad secundum dicendum , quod voluntas humana ex communi condicione potest aliquid facere iustum in his quæ secundum se non habent aliquam repugnantiam ad naturalem iustitiam : & in his habet locum *jus positivum* . Unde Philosophus dicit in V. Ethic. (cap. vii. in princ.) quod *legale iustum* est quod ex principio quidem nihil differt sic , vel aliter ; quando autem ponitur , differt . Sed si aliquid de se repugnantiam habeat ad *jus naturale* , non potest voluntate humana fieri iustum ; puta si statuatur quod liceat furari , vel adulterium committere . Unde di- citur Isa. x. 1. (1) *Vae qui condunt leges iniquas*.

Ad tertium dicendum , quod *jus divinum* dicitur quod divinitus promulgatur : & hoc quidem partim est de his quæ sunt naturali- ter iusta , sed tamen eorum iustitia homines

A R T . II. & III.

latet ; partim autem de his quæ sunt justa institutione divina . Unde etiam *jus divinum* per hæc duo distingui potest , sicut & *jus humanum* . Sunt enim in lege divina quædam præcepta , quia bona ; & prohibita , quia mala : quædam vero bona , quia præcepta ; & mala , quia prohibita .

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per ratio- nem ostendas , merito insinuatum a scri- pturis , & Philosopho : quod *jus in communi* convenienter dividitur in *jus naturale* , & *positivum* . Et a Philosopho quidem ; ut in arg. contr. A scripturis autem id insinuari subindicatur in lib. Decretorum distin. prima , cap. i. *Humanum genus duobus regitur , natu- rali , videlicet , jure , & moribus* (id est se- cundum glossam , jure humano sive scripto , sive non) *Jus naturale est , quod in lege , & in Evangelio continetur : quo quisque jubetur alii facere , quod sibi vult fieri : & prohibe- tur alii inferre , quod sibi nolis fieri . Unde Christus in Evangelio . Omnia , quæcumque vultis , ut faciant vobis homines , & vos ea- dem facite illis . Hæc est enim lex , & Pro- pterea Hæc ibi . Item de jure positivo loqui- tur dicens . Jus civile est , quod quisque popu- lus , vel civitas sibi proprium , divina , huma- naque causa constituit . Hæc ibi . Secundo vides quomodo &c.*

A R T I C U L U S III. 316

Urum jus gentium sit idem cum jure naturali.

1. 2. quest. xcvi. art. 4. ad 1. & V.
Eth. lett. 12. fin.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod *jus gentium* sit idem cum jure naturali . Non enim omnes homines convenienti- ni si in eo quod est eis naturale . Sed in jure gentium omnes homines convenienti : dicit enim Jurisconsultus (2) quod *jus gentium* est quo

(1) Speciatim de illis dictum qui ad pauperes op- primendos iniquas leges condunt , ut ex ibi adjun- ctis patet : Ad eos quoque qui judicii veritatem suis traditionibus subversunt , Hieronymus ibidem refert ; sed latius extendi potest .

(2) Scilicet Ulpianus , ut in margine supra indica- tum est : Habet autem hanc partem ibi §. 4. qui de

jure gentium inscribitur , & sic incipit *Jus gentium* &c. Idemque paragr. etiam. 9. qui sic incipit *Omnes populi* , & qui prius indicabatur ad marginem , insinuatur prope finem : Quidni autem potius ex proprie- tie notabatur ? Habet etiam Isidorus ut supra lib. 5. Etymologiarum vel originum §. 8. nisi quod modificationem adhibet , *omnes ferre gentes usuntur* ; & ex

quo omnes gentes utuntur. Ergo jus gentium est jus naturale.

2. Præterea. Servitus inter homines est naturalis: quidam enim sunt naturaliter servi, ut Philosophus probat in I. Polit. (cap. III. & IV.) Sed servitutes pertinent ad jus gentium, ut Isidorus dicit (Lib. V. Etymol. cap. VI.) Ergo jus gentium est jus naturale.

3. Præterea. Jus, ut dictum est (art. præc.) dividitur per jus naturale, & positivum. Sed jus gentium non est jus positivum: non enim omnes gentes umquam convenierunt ut ex communi condicione aliquid statuerent. Ergo jus gentium est jus naturale.

Sed contra est quod Isidorus dicit (Lib. V. Etym. cap. IV.) quod *jus aut naturale est, aut civile, aut gentium:* & ita jus gentium distinguitur a jure naturali.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) *jus sine iustum* naturale est quod ex sui natura est adæquatum, vel commensuratum alteri. Hoc autem potest contingere dupliciter. Uno modo secundum absolutam sui considerationem; sicut masculus ex sui ratione habet commensurationem ad feminam, ut ex ea generet; & parens ad filium, ut eum nutrit. Alio modo aliquid est naturaliter alteri commensuratum, non secundum absolutam sui rationem, sed secundum aliquid quod ex ipso sequitur, puta proprietas possessionum: si enim consideretur iste ager absolute, non habet unde magis sit hujus quam illius; sed si consideretur per respectum ad opportunitatem colendi, & ad pacificum usum agri, secundum hoc habet quamdam commensurationem ad hoc quod sit unius, & non alterius, ut patet per Philosophum in II. Polit. (cap. III.) Absolute autem apprehendere aliquid non solum convenit homini, sed etiam aliis animalibus. Et ideo jus quod dicitur naturale,

secundum primum modum, commune est nobis, & aliis animalibus.

A jure autem naturali sic dicto recedit jus gentium, ut Jurisconsultus dicit (Lib. I. ff. de just. & jure) quia *illud omnibus animalibus, hoc solum hominibus inter se commune est.*

Considerare autem aliquid, comparando ad id quod ex ipso sequitur, est proprium rationis: & ideo hoc idem est naturale homini secundum rationem naturalem, quæ hoc dicit. Et ideo dicit Caius Jurisconsultus (Lib. IX. ff. cod.) (1) *Quod (*) naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur, vocaturque jus gentium.*

Et per hoc patet responsio ad primum.

Ad secundum dicendum, quod hunc hominem esse servum, absolute considerando, magis quam alium, non habet rationem naturalem, sed solum secundum aliquam utilitatem consequentem, in quantum utile est huic quod regatur a sapientiori, & illi quod ab hoc juvetur, ut dicitur in I. Polit. (2) Et ideo servitus pertinens ad *jus gentium* est naturalis secundo modo, sed non primo modo.

Ad tertium dicendum, quod quia ea quæ sunt juris gentium, naturalis ratio dicit, puta ex propinquo habentia æquitatem, inde est quod non indigent aliqua speciali institutione, sed ipsa naturalis ratio ea instituit, ut dictum est in authoritate inducta (in corp. art.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum a scripturis, & Isidoro; quod *jus gentium* non est idem, quod *naturale*. Ab Isidoro quidem, cum ab ipso dividatur contra *jus naturale*: ut in ar-

K 2

gum.

& ex eodem Gratianus dist. 2. in Decretis cap. *Jus gentium sine iusto*, cap. 9. Ubi ad illud *jus gentium* dicitur pertinere *sedium occupatio, adficiatio, munatio, bala, captivitates, servitutes, postliminia, fidei, paces, iudicia, legatorum non violandorum relegio, cannabias inter alienigenas prohibita*. Intelliguntur porro *postliminia*, sicut explicat Paulus Jurisconsultus, *sura quedam amissæ rei recipienda ab extraneo* & in prijlinum statum restituenda; quasi revercio ad lignum post illius egressionem &c. ut de capt. leg. *Postliminium* videre est.

(*) Ita Nicolajus & edit posterioribus ex textu Jurisconsulti. Cod. Alcan. Quod naturalis ratio inter

omnes homines constituit, id apud omnes homines five gentes custoditur. Edit. Rom. aliaque: Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit id quod apud omnes gentes custoditur, vocaturque *jus gentium*.

(1) cuius initium est. *Omnes populi &c ubi addit vocari jus gentium quasi quo jure omnes gentes usuntur*, ut jam supra.

(2) Non cap. 3. sicut prius indicabatur ad marginem, sed quod primam partem capite 5. quod expedit servu ut sapientiori obediatur; quamvis alterum ex altero sequitur, ut expedit domino quod obediatur ei servus.

zum. contr. A scripturis vero per hoc , quod servitus introducitur a Genes. 9. in pœnam ipsius Cham , quæ tamen servitus non est de jure naturali , ut patet ex discurso Genes. usque ad illud cap. secundum quod discurrit Beatus Ambrosius , allegatus *distinct. 24. cap. sexto die* , sed est de jure gentium , ut narratur *distinct. 2. cap. jus gentium* . A simili ergo inferendum absolute nobis , scriptura ipsa de servitute sic loquens reliquit , quod , quæ sunt de jure gentium , non sunt de jure naturali ; & conseqüenter , quod jus gentium non est idem cum jure naturali . *Secondo* vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 317

Utrum debeat specialiter distingui jus paternum , & dominativum .

Inf. queſt. lviii. art. 7. ad 3. & II. diſt. xliv. queſt. 21. art. 1. cor. & V.

Eth. leſt. II.

AD quartum sic proceditur . Videtur quod non debeat specialiter distingui *jus paternum* , & *dominativum* . Ad iustitiam enim pertinet reddere unicuique quod suum est , ut dicit Ambrosius in I. de officiis (cap. xxiv. cir. fin.) Sed jus est objectum iustitiae , sicut dictum est (art. 1. hu. queſt.) Ergo jus ad unumquenque æqualiter pertinet ; & sic non debet distingui specialiter jus patris , & domini .

2. Præterea . Ratio justi (1) est lex , ut dictum est (art. 1. hu. queſt. ad 2.) Sed lex respicit commune bonum civitatis , & regni , ut supra habitum est (1. 2. queſt. xc. art. 2.) non autem respicit bonum privatum unius personæ , aut etiam unius familiæ (2) . Non ergo debet esse aliquod speciale *jus* , vel *justum dominativum* , vel *paternum* ; cum dominus & pater pertineant ad dominum , ut dicitur in I. Politic. (cap. 111. ante med.)

3. Præterea . Multæ aliae sunt differentiæ

graduum in hominibus , ut puta quod quidam sunt milites , quidam sacerdotes , quidam principes . Ergo ad eos debet aliquod speciale *jus* , vel *justum* determinari .

Sed contra est quod Philosophus in V. Ethic. (cap. vi. cir. fin.) specialiter a iusto politico distinguit *dominativum* , & *paternum* , & alia hujusmodi (3) .

Respondeo dicendum , quod *jus* , sive *justum* dicitur per commensurationem ad alterum . Alterum autem potest dici dupliciter . Uno modo , quod simpliciter est alterum , sicut quod est omnino distinctum ; sicut apparet in duobus hominibus , quorum unus non est sub altero , sed ambo sunt sub uno Principe civitatis : & inter tales secundum Philosopherum in V. Ethic. (cap. vi.) est simpliciter *justum* .

Alio modo dicitur aliiquid alterum , non simpliciter , sed quasi aliiquid ejus existens : & hoc modo in rebus humanis filius est aliiquid patris , quia quodammodo est pars ejus , ut dicitur in VIII. Eth. (cap. xi. & xii.) & servus est aliiquid domini , quia est instrumentum ejus , ut dicitur in I. Pol. (cap. iii. & iv.) Et ideo patris ad filium non est comparatio , sicut ad simpliciter alterum : & propter hoc non est ibi simpliciter *justum* , sed quoddam *justum* , scilicet *paternum* : & eadem ratione nec inter dominum & servum , sed est inter eos *dominativum* .

Uxor autem , quamvis sit aliiquid viri , quia comparatur ad eum sicut ad proprium corpus , ut patet per Apostolum ad Eph. v. (4) tamen magis distinguitur a viro quam filius a patre , vel servus a domino : assumitur enim in quodam locum vitam matrimonii : & ideo , ut Philosophus dicit (Lib. V. Ethic. cap. vi. in fi.) inter virum , & uxorem plus est de ratione justi , quam inter patrem & filium , vel dominum & servum : quia cum vir , & uxor habeant immediatam relationem ad domesticam communiatatem , ut patet in I. Polit. (5) ideo inter eos non est etiam simpliciter politicum *justum* ,

(1) Neutro genere sumpti pro eo quod est *justum* , ut ex adjunctis patet .

(2) Juxta illud ex Isidoro ubi sup. *Lex est nullo privato commendo sed pro communi utilitate civium conscripta* , ut cap. 12. prope finem habetur , ac ex eodem in Decretis dist. 4. cap. Erit autem lex &c.

(3) Ut cap. 10 græco-latino videre est vel 11. in antiquis , non sicut prius ad marginem cap. 6. circa finem , ubi nec in græco-latinis nec in antiquis tale

quidquam ; sed neque 9. sicut inversa nota numerali mutatum forte videri posset ; nisi pro XI. quoque mutatum est ix. & Inde 6. pro 9.

(4) Ubi scilicet vers. 28. post premissam dilectionem Christi erga Ecclesiam , Ita (inquit) & viri debent diligere uxores suas ut corpora sua &c.

(5) Tum cap. 3. tum etiam 12. græco-lat. vel cap. 2. & cap. 10. in antiquis : ac apud S. Thomam partim legit. 10. respectively , ubi civitas omnis ex dominibus

rum, sed magis justum economicum.

Ad primum ergo dicendum, quod ad iustitiam pertinet reddere jus suum unicuique, supposita tamen diversitate unius ad alterum: si quis enim sibi det quod sibi debetur, non proprie vocatur hoc *justum*. Et quia quod est filii, est patris, & quod est servi est domini; ideo non est proprie iustitia patris ad filium, vel domini ad servum.

Ad secundum dicendum, quod filius, in quantum filius, est aliquid patris; & similiiter servus, in quantum servus, est aliquid domini: uterque tamen, prout consideratur ut quidam homo, est aliquid secundum se subsistens ab aliis distinctum. Et ideo in quantum uterque est homo, aliquo modo ad eos est iustitia; & propter hoc etiam aliquæ leges dantur de his quæ sunt patris ad filium, vel domini ad servum: sed in quantum uterque est aliquid alterius, secundum hoc deficit ibi perfecta ratio *iusti*, vel *juris*.

Ad tertium dicendum, quod omnes aliae diversitates personarum quæ sunt in civitate habent immediatam relationem ad communiam civitatis, & ad principem ipsius: & ideo ad eos est *justum* secundum per se. Nam rationem iustitiae. Distinguitur tamen istud *justum* secundum diversa officia: unde dicitur *jus militare*, vel *jus magistratum*, aut *sacerdotum*, (1) non propter defectum a simpliciter *justo*, sicut dicitur *jus paternum* & *dominativum*, sed propter hoc quod unicuique conditioni personæ secundum proprium officium aliquid proprium debetur.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas merito insinuatum a scripturis, & Philosopho quod *jus paternum*, & *dominativum*, & hujusmodi, idest conjugale specialiter distinguuntur. A Philosopho quidem, ut in *arg. coner.* A scripturis vero, ut in *Ephes.* 6. de *dominativo*, & *paterno*; in *Colos.* 3. de do-

minativo, *paterno*, & *conjugali*; in 1. *Tim.* 6. de *dominativo*; in *Tit.* 2. de *paterno*, *conjugali*, *dominativo*; in 1. *Petr.* 2. de *dominativo*, & *conjugali*. Per hoc enim, quod ultra universale jus a seipso possum, sive promulgatum, Apostoli speciales informationes in locis præmissis dant servandas inter patrem, & filium, inter dominum, & servum, inter virum, & uxorem, insinuant, ut consideranti patet, quod *jus paternum*, *dominativum*, & *conjugale* distinguuntur specialiter a jure communi. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis &c.

Q U E S T I O N E LVIII.

De iustitia,

In duodecim articulos divisâ.

DEinde considerandum est de iustitia circa quam queruntur duodecim.

Primo, quid sit iustitia.

Secundo, utrum iustitia semper sit ad alterum.

Tertio, utrum sit virtus.

Quarto, utrum sit in voluntate sicut in subiecto.

Quinto, utrum sit virtus generalis.

Sexto, utrum secundum quod est generalis, sit idem in essentia cum omni virtute.

Septimo, utrum sit aliqua iustitia particilaris.

Octavo, utrum iustitia particularis habeat propriam materiam.

Nono, utrum sit circa passiones, vel circa operationes tantum.

Decimo, utrum medium iustitiae sit medium rei.

Undecimo, utrum actus iustitiae sit reddere unicuique quod suum est.

Duodecimo, utrum iustitia sit præcipua inter omnes virtutes morales.

A R.

bus dicitur constitui, domus autem perfecta ex liberis & servis; ac ejus partes esse dominus & servus, vir & uxor, pater & filii; quamvis *justum* quod inter virum & uxorem specialiter intercedit, nomen proprium non habeat, sicut alia duo habent: Ut & quod societas domestica tribus partibus constat, nimis despota, paterna, conjugali vel nuptiali &c.

(1) Sic apud fidorum libro jam superioris indicato: *Jus militare* (inquit) est belli inferendi solennitas, *federis faciendi nexus*, *signo dato egressio in hostem*;

vel pugna commissio, item *signo dato receptio*; item *flagitiis militari disciplina* si locus deseratur; item *stipendiorum modus*, *dignitatum gradus*, *præmiorum honor*, *velutis cum corona vel torques donatur*, item *præda decisio* & *pro personarum qualitatibus ac laboribus iusta divisione ac Principis portio*, ut cap. 7. videtur est: Et cap. 8. *Jus publicum* est in *sacris* & in *Sacerdotibus* & in *Magistris*: Utrumque autem in Decretis dist. 1. cap. *Jus militare* & *Jus publicum*.

ARTICULUS I. 318

Utrum convenienter definiatur iustitia, quod est perpetua, & constans voluntas jus suum unicuique tribuens.

IV. dist. xxxi. quest. III. art. 1. ad 3. & ver. quest. 1. art. 5. ad 12.

AD primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter definiatur a Jurisperitis (1) (Lib. X. ff. de just. & jure) quod iustitia est *perpetua*, & *constans voluntas jus suum unicuique tribuens*. Justitia enim secundum Philosophum in V. Ethic. (cap. 1. a. princ.) est *habitus a quo sunt aliqui operarii iustorum, & quo operantur, & volunt iusta*. Sed voluntas nominat potentiam, vel etiam actum. Ergo inconvenienter iustitia dicitur esse *voluntas*.

2. Præterea. Rectitudo voluntatis non est voluntas: alioquin si voluntas esset sua rectitudo, sequeretur quod nulla voluntas esset perversa. Sed secundum Anselmum in Lib. de veritate (cap. xiiii. cir. princ.) *iustitia est rectitudo*. Ergo iustitia non est voluntas.

3. Præterea. Sola Dei voluntas est perpetua. Si ergo iustitia est perpetua voluntas, in solo Deo erit iustitia.

4. Præterea. Omne perpetuum est constans quia est immutabile. Superflue ergo utrumque ponitur in definitione iustitiae, *perpetuum & constans*.

5. Præterea. Reddere jus unicuique pertinet ad Principem. Ergo si iustitia sit uni-

cuique jus sum tribuens, sequitur quod iustitia non sit nisi in Principe: quod est inconveniens.

6. Præterea. Augustinus dicit in Lib. de moribus Ecclesiaz (cap. xv. cir. ff.) (2) quod *iustitia est amor Deo tantum serviens*. Non ergo reddit unicuique quod suum est.

Respondeo dicendum, quod prædicta iustitiae definitio conveniens est, si recte intellegitur.

Cum enim omnis virtus sit habitus, qui est principium boni actus, necesse est quod virtus (3) definiatur per actum bonum circa propriam materiam virtutis. Est autem iustitia proprie circa ea quæ ad alterum sunt, sicut circa propriam materiam, ut infra patet (art. leq.) Et ideo actus iustitiae per comparationem ad propriam materiam, & objectum tangitur, cum dicitur: *Jus suum unicuique tribuens*: quia, ut Isidorus dicit in Lib. X. Etymol.) ad lit. I.) (3) *jus custodit*.

Ad hoc autem quod aliquis actus circa quamcumque materiam sit virtuosus, requiritur quod sit voluntarius, & quod sit stabilis & firmus: quia Philosophus dicit in II. Ethic. (cap. iv. ante med.) quod ad virtutis actum requiritur primo quidem quod operetur sciens; secundo autem quod eligens, & properet debitum finem: tertio quod immobiliter operetur. Primum autem horum includitur in secundo quia quod per ignorantiam agitur, est involuntarium, ut dicitur in III. Ethic. (cap. 1. cir. med.) Et ideo in definitione iustitiae primo ponitur voluntas, ad ostendendum quod actus iustitiae debet esse voluntarius; additur autem de constantia, & perpe-

(1) Sicut eam definit Ulpianus loco jam superius indicato, scilicet leg. 1. Digesti paragr. 10. Non ut prius hic minus plene *jus suum unicuique tribuens*; quia plus est voluntatem habere tribuendi quam simpliciter tribuere. Appendix autem Philosophi ex Ethicorum 5. cap. 1. jam superius qu. 75. art. 1. argumentum. *Sed contra notata est & ad marginem explicata*.

(2) Ex quo etiam qu. 57. art. 11. argumento 3. relatum est plenius quam hic. Deest autem fortasse argumentum. *Sed contra*, quia ex ipsa definitionis propositione supponitur; vel quia Juristarum auctoritatem non sufficere ad probandam theologicam veritatem existimavit, a quibus ejusmodi definitio affligatur.

(3) *Ita cum multis potioribus editis passim*. Al. definiatur per actum bonum qui est circa ea quæ ad alterum sunt, sicut circa propriam materiam virtutis. Est autem iustitia præcipue circa ea &c. Deest argu-

mentum. Sed contra in omnibus codicibus, & editionibus. *The iugi in suis observationibus supplent*: Sed contra est auctoritas Jurisperitorum.

(3) Ubi *jus custodire* (sive *jura*) dicitur qui secundum legem vivit: Non ergo tantum intelligitur ille qui *jus custodit* velut iustitiae minister qui suum jus unicuique potestate publica reddit, & *legum custos ac depositarius* dici potest, nec tantum ille qui iustitiam ad alterum in commerciis & in factis privatim servat; sed magis generali significacione quisquis mores & vitam suam legi divinae ac humanae conformat in privatis etiam officiis quæ ad ejus personam tantum spectant. Sequentes autem appendices ex Philosopho sumptu, habentur apud illum 2. Ethicorum cap. 3. græco-lat. vel in antiquis 4. Ut & 3. Ethicorum cap. 2. græco-lat. vel cap. 3. in antiquis: Et 5. Ethicorum ut supra, ubi *electionem iustitiae* iam neutraliter monimus intelligendam *electionem ejus quod iustum est*.

perpetuitate, ad designandam actus firmatatem.

Et ideo predicta definitio est completa definitio iustitiae; nisi quod actus ponitur pro habitu, qui per actum specificatur: habitus enim ad actum dicitur. Et si quis vellet eam in debitam formam definitionis reducere posset sic dicere, quod *iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti, & perpetua voluntate jus suum unicuique tribuit*. Et quasi est eadem definitio cum ea quam Philosophus ponit in V. Eth. (cap. v. a med.) dicens, quod *iustitia est habitus secundum quem aliquis dicitur operatus secundum electionem justi*.

Ad primum ergo dicendum, quod voluntas hic nominat actum, non potentiam. Est autem consuetum quod apud autores habitus per actus definiantur, sicut Augustinus dicit super Joan. (tract. lxxix. paulo a princ.) quod *fides est credere quod nos vides*.

Ad secundum dicendum, quod neque etiam iustitia est essentialiter rectitudo, sed causality tantum: est enim habitus secundum quem aliquis recte operatur, & vult.

Ad tertium dicendum; quod voluntas potest dici perpetua duplicitate. Uno modo ex parte ipsius actus, qui perpetuo durat; & sic sola Dei voluntas est perpetua. Alio modo ex parte objecti, quia scilicet aliquis vult perpetuo facere aliquid; & hoc requiritur ad rationem iustitiae: non enim sufficit ad rationem iustitiae quod aliquis velit ad horam in aliquo negotio servare iustitiam, quia vix invenitur aliquis qui velit in omnibus iuste agere; sed requiritur quod homo habeat voluntatem perpetua, & in omnibus iustitiam conservandi.

Ad quartum dicendum, quod quia *perpetuum* non accipitur secundum durationem perpetuum actus voluntatis, non superflue additur *constans*; ut sicut per hoc quod dicitur *perpetua voluntas*, designatur quod aliquis gerat in proposito perpetuo iustitiam conservandi; ita etiam per hoc quod dicitur *constans*, designetur quod in hoc proposito firmiter perseveret.

Ad quintum dicendum, quod *judex reddit quod suum est per modum imperantis, & dirigentis*, quia *judex est iustum animatum & princeps est custos iusti*, ut dicitur in V.

Ethic. (1) sed subditi reddunt quod suum est unicuique per modum executionis.

Ad sextum dicendum, quod sicut in dilectione Dei includitur dilectio proximi, ut supra dictum est (quest. xxv. art. 1.) ita etiam in hoc quod homo servit Deo, includitur quod unicuique reddat quod debet.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, quod iustitia est perpetua, & constans voluntas jus suum unicuique tribuens. Quod quidem unicuique tribuat jus suum, insinuatur per hoc, quod Apostolus tractando de iustitia, dicit Rom. 13. *Reddis omnes debita: cui tributum, tributum; cui vegetal, vegetal; cui timorem, timorem; cui bonorem, bonorem.* Quod autem fit voluntas perpetua, & constans: insinuatur per hoc, quod dicitur Psal. 118. *Juravi, & statui custodi judicia iustitiae tue; item, inclinavi cor meum ad facientes iustificationes tuas in eternum.* Nam ly ad facientes in eternum, dicit voluntatem perpetuam: ly juravi, & statui, importat voluntatem constantem. Vide respons. ad teritum. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 319

Utrum iustitia semper sit ad alterum.

Sup. quest. lvii. art. 4. & inf. art. 8. cor. & ad 1. & virt. quest. ii. art. 7. ad 12.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod iustitia non semper sit ad alterum. Dicit enim Apostolus ad Rom. 11. 22. quod *iustitia Dei est per fidem Jesu Christi.* Sed fides non dicitur per comparisonem unius hominis ad alterum. Ergo neque iustitia.

2. Præterea. Secundum Augustinum in Lib. de moribus Ecclesie (cap. xv. circ. med.) *ad iustitiam pertinet ob hoc quod servit Deo bene imperare ceteris que homini sunt subjecta.* (1) Sed appetitus sensitivus est homini subjectus, ut patet Genes. 1v. 7. ubi dicitur: *Subierit se esse appetitus ejus, scilicet pec-*

(1) Quantum ad primam partem cap. 7. græco-lat. vel in antiquis cap. 6. Quoad secundam autem c. 10. græco-lat. vel c. 22. in antiquis.

(2) Ex quo planius quest. sy. art. 1. argumento s. relatum est.

peccati, (1) & tu dominaberis illius . Ergo ad justitiam pertinet dominari proprio appetitu : & sic erit justitia ad seipsum .

3. Præterea . Justitia Dei est æterna . Sed nihil aliud est Deo coæternum . Ergo de ratione justitiae non est quod sit ad alterum .

4. Præterea . Sicut operationes quæ sunt ad alterum , indigent rectificari , ita etiam operationes quæ sunt ad seipsum : Sed per justitiam rectificantur operationes , secundum illud Proverb . xi . 5. *Justitia simpliciter dirigit viam ejus .* Ergo justitia non est solum circa ea quæ sunt ad alterum , sed etiam circa ea quæ sunt ad seipsum .

Sed contra est quod Tullius dicit in I . de officiis (in tit . de justitia) quod *justitia et ratio est qua societas hominum inter ipsos , & vita communitas continetur .* Sed hoc importat respectum ad alterum . Ergo justitia est solum circa ea quæ sunt ad alterum .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (quæst . præc . art . 1 . & 2 .) (2) eum nomen justitiae æqualitatem importet , ex sua ratione justitia habet quod sit ad alterum : nihil enim est sibi æquale , sed alteri .

Et quia ad justitiam pertinet actus humanae rectificare , ut dictum est (quæst . lvii . art . 1 . & 1 . 2 . quæst . cxiii . art . 1 .) necesse est quod æqualitas ista quam requirit justitia , sit diversorum agere potentium . Actiones autem sunt suppositorum , & totorum , (3) non autem proprie loquendo partium , & formarum , seu potentiarum : non enim proprie dicitur , quod manus percutiat , sed homo per manum ; neque proprie dicuntur , quod calor calefaciat , sed ignis per calorem ; secundum tamen similitudinem quamdam hæc dicuntur . Justitia ergo proprie dicta requirit diversitatem suppositorum : & ideo non est nisi unius hominis ad alium (4) .

Sed secundum similitudinem accipiuntur in uno & eodem homine diversa principia actio-

num , quasi diversa agentia , sicut ratio , & irascibilis , & concupisibilis : & ideo metaphorice in uno & eodem homine dicitur esse justitia , secundum quod ratio imperat irascibili , & concupisibili , & secundum quod hæc obediunt rationi , & universaliter secundum quod unicuique parti hominis attribuitur quod ei convenit . Unde Philosophus in V . Ethic . (cap . ult .) hanc justitiam appellat *secundum metaphoram dictam* (5) .

Ad primum ergo dicendum , quod justitia quæ sit per fidem in nobis , est per quam justificatur impius : quæ quidem in ipsa debita ordinatione partium animæ consistit , sicut supra dictum est (i . 2 . quæst . cxiii . art . 1 .) cum de justificatione impii ageretur . Hoc autem pertinet ad justitiam metaphorice dictam , quæ potest inveniri etiam in aliquo solitariam vitam agente .

Et per hoc patet responsio ad secundum .

Ad tertium dicendum , quod justitia Dei est ab æterno secundum voluntatem , & propositum æternum ; & in hoc præcipue justitia consistit : quamvis secundum effectum non sit ab æterno , quia nihil est Deo coæternum .

Ad quartum dicendum , quod actiones quæ sunt hominis ad seipsum , sufficienter rectificantur rectificatis passionibus per alias virtutes morales ; sed actiones quæ sunt ad alterum , indigent speciali rectificatione , non solum per comparationem ad agentem , sed etiam per comparationem ad eum ad quem sunt . Et ideo circa eas est specialis virtus , quæ est justitia .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem nem offendas , merito insinuatum a Scripturis , & Tullio , quod justitia proprie sit ad alterum . A Tullio quidem , ut in arg . contr . A Scripturis autem ; ut Levit . *Iuste judica*

(1) Sic legendum & explicandum tum ex Bibliis commendatis , tum ex adjunctis loci patet ; ubi dicitur vers . 7. *Nonne si bene egeris recipies ? Si autem male , statim in foribus peccatum suum aderit ? Sed sub se erit appetitus ejus :* Non ut corrupte olim appetitus tuus : Plenius autem de his verbis & de illorum sensu jam dictum est i . 2 . qu . 10 . art . 3 . ubi queritur an voluntas ab appetitu sensitivo quadam necessitate moveatur .

(2) Tum quæst . 57 . art . 1 . 2 . & 3 . Tum etiam i . 2 . quæst . 113 . art . 1 .

(3) Juxta vulgare . Axioma quod etsi non expresse , tamen æquivalenter ex libro i . Metaphysicæ dictum est .

(4) Nec obstat quod in Christo sine distinctione suppositorum humanitas divinitati ex justitia satisficit , quia etsi actualiter unum fuit , virtualiter taliter duplex .

(5) Sic enim ibi prope finem : *Per metaphoram vero sive traditionem & similitudinem est jus non sibi ad seipsum , sed sibi cum quibusdam ex suis ; quanquam non omne jus intelligitur sed aeconomicum & herile (sive dominativum) In his enim rationibus pars animæ nostræ quo rationis particeps est ab ea quo illius est expors , distat : Quibus consideratis effo injustitia vel justitia quedam ad seipsum videatur ; &c.*

Judica proximo tuo. Vide justitiam ad alterum esse. Item per hoc, quod dicitur ad Dominum, Psal. 30. 6o. *In iustitia tua libera me.* Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS III. 320

Utrum iustitia sit virtus:

V. Est. leet. 2. & 3.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod iustitia non sit virtus. Dicitur enim *Luc. xvii. 1c.* *Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.* Sed non est inutile facere opus virtutis: dicit enim Ambrosius in *II. de offic.* (*cap. vi. circ. princ.*) (1) *Utilitatem non pecuniarii lucri estimacionem dicimus, sed acquisitionem pietatis.* Ergo facere quod quis debet facere, non est opus virtutis. Est autem opus iustitiae. Ergo iustitia non est virtus.

2. Præterea. Quod fit ex necessitate, non est meritorium. Sed reddere alicui quod suum est, quod pertinet ad iustitiam, est necessitatis. Ergo non est meritorium. Atibus autem virtutum meremur. Ergo iustitia non est virtus.

3. Præterea. Omnis virtus moralis est circa agibilia. Ea autem quæ exterius consti-tuuntur, non sunt agibilia, sed factibilia, ut patet per *Philosophum IX. Metaph.* (*text. 16.*) Cum ergo ad iustitiam pertineat exterius facere aliquod opus secundum se justum, videtur quod iustitia non sit virtus moralis.

Sed contra est quod *Gregorius dicit in II. Moral.* (*cap. xxvi.* parum a princ.) quod *in quatuor virtutibus, scilicet temperantia, prudentia, fortitudine, & iustitia, tota boni operis structura consurgit.*

Respondeo dicendum, quod virtus humana est quæ bonum reddit actum humanum, & ipsum hominem bonum facit: (2) quod *Summ. S. Th. Tom. VII.*

quidem convenit iustitia. Actus enim hominis bonus redditur ex hoc quod attingit regulam rationis, secundum quam humani actus rectificantur. Unde cum iustitia operationes humanas rectificet, manifestum est quod opus hominis bonum reddit: & ut *Tullius dicit in I. de offic.* (*in tit. de iustitia cit. princ.*) *ex iustitia præcipue visus boni nominantur:* unde, sicut ibidem dicit, *in ea virtutis splendor est maximus.*

Ad primum, ergo dicendum, quod cum aliquis facit quod debet, non afferit utilitatem lucri ei cui facit quod debet, sed solum abstineat a damno ejus; sibi tamen facit utilitatem, inquantum spontanea, & prompta voluntate facit illud quod debet: quod est virtuose agere. Unde dicitur *Sap. viii. 7.* quod sapientia Dei *sobrietatem, & iustitiam docet, prudentiam, & virtutem;* quibus in vita nihil est utilius hominibus, scilicet virtutis.

Ad secundum dicendum, quod duplex est necessitas. Una coactionis: (3) & hæc quia repugnat voluntati, tollit rationem meriti. Alia autem est necessitas ex obligatione præcepti, sive ex necessitate finis, quando scilicet aliquis non potest consequi finem virtutis, nisi hoc faciat: & talis necessitas non excludit rationem meriti, inquantum aliquis hoc quod sic est necessarium, voluntarie agit; excludit tamen gloriam supererogationis, secundum illud *I. ad Cor. ix. 26.* *Si evangelizavero, non est mibi gloria: necessitas enim mibi incumbit.*

Ad tertium dicendum, quod iustitia non consistit circa exteriores res, quantum ad hoc quod est facere, quod pertinet ad artem; sed quantum ad hoc quod uitatur eis ad alterum.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum L a Scri-

(1) *Vel sic potius verbis paululum immutatis: Utilitatem non pecuniarii lucri estimacione subducimus (vel computamus, per metaphoram a telonio sumptum) sed acquisitione pietatis: Et si eodem sensu, ad quem refert quod *Apostolus ait i. ad Tim. 4. vers. 8.* *Pietas ad omnia utilis est &c.* Per oppositum ad alios de quibus *i. ad Tim. 6. vers. 5.* *quæsum estimant pietatem.**

(2) *Ut ex libro 2. Ethicorum c. 5. græco latino colligitur, vel in antiquis cap. 6. & apud S. Thomam leet. 6. ubi non de morali tantum sed physica*

virtute hoc dicitur: puta oculi quem potentem ad acute videndum reddit, vel equi quem disponit ad ambulandum vel currendum: Et si præcipue nihilominus de morali.

(3) *Cujus nomine non perfectari dumtaxat illam coactionem intelligit quæ cum violentia confunditur, sed illam similiiter quæ qualemcumque intrinsecam necessitatem sive physicam significat, qualem utique nullam arbitrii libertas pati potest; ut expressius id 2. Sentent. dist. 25. ostensum est.*

a Scripturis , & B. Gregorio , quod iustitia est virtus . A Gregorio quidem , ut in arg. conser. A Scripturis vero per hoc , quod dicitur Proverb. 10. *Justitia liberabit a morte .* Et 12. *In semita iustitiae vita .* Item Matth. 5. *Beati , qui perfectionem passionis proprie *justitiam , quoniam in *forum est regnum celorum .** Virtus autem liberat a morte : in virtute est vita : & virtuti debetur regnum cælorum . Secundo vides : quomodo ex iis bene pensatis , & applicatis &c.*

ARTICULUS IV. 321

Utrum iustitia sit in voluntate sicut in subiecto.

III. diff. XXXII. quest. vi. art. 4. quest. 3.
Ob vir. quest. 1. art. 5. corp. fin. Ob V.
Ethic. lett. 1.

AD quartum sic proceditur . Videtur quod iustitia non sit in voluntate sicut in subiecto . Iustitia enim quandoque *veritas* dicitur . Sed veritas non est voluntatis , sed intellectus . Ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto .

2. Præterea . Iustitia est circa ea quæ sunt ad alterum . Sed ordinare aliquid ad alterum est rationis . Iustitia ergo non est in voluntate sicut in subiecto , sed magis in ratione (1) .

3. Præterea . Iustitia non est virtus intellectualis , cum non ordinetur ad cognitionem : unde relinquitur quod sit virtus moralis . Sed subiectum virtutis moralis est *rationale per participationem* , quod est irascibilis , & concupiscibilis , ut patet per Philosophum in I. Ethicor . (cap. ult.) (2) Ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto , sed magis in irascibili , & concupiscibili .

Sed contra est quod Anselmus dicit (Lib. de verit. cap. XII. parum a princ.) quod *iustitia est rectitudo voluntatis properiter servata* (3) .

Respondeo dicendum , quod illa potentia est subiectum virtutis ad cujus potentiaz actum rectificandum virtus ordinatur . Iustitia autem non ordinatur ad dirigendum aliquem actum cognoscitivum : non enim dicimus iusti ex hoc quod recte aliquid cognoscimus . Et ideo subiectum iustitiae non est intellectus , vel ratio , quæ est potentia cognoscitiva .

Sed quia iusti in hoc dicimus quod aliquid recte agimus , proximum autem principium actus est vis appetitiva , necesse est quod iustitia sit in aliqua vi appetitiva sicut in subiecto .

Est autem duplex appetitus ; scilicet voluntas , quæ est in ratione ; & appetitus sensitivus consequens apprehensionem sensus , qui dividitur per irascibilem , & concupiscibilem , ut in I. habitum est (quest. lxxi. art. 2.) Reddere autem unicuique quod suum est , non potest procedere ex appetitu sensitivo : quia apprehensio sensitiva non se extendet ad hoc quod considerare possit proportionem unius ad alterum ; sed hoc est proprium rationis . Unde iustitia non potest esse sicut in subiecto in irascibili , vel concupiscibili , sed solum in voluntate . Et ideo Philosophus (Lib. V. Ethic. cap. 1. a princ.) definit iustitiam per actum voluntatis , ut ex supra dictis patet (art. 1. hujus quest.)

Ad primum ergo dicendum , quod quia voluntas est appetitus rationalis , ideo rectitudo rationis , quæ *veritas* dicitur , voluntati impressa propter propinquitatem ad rationem , nomen retinet *veritatis* : & inde est quod quandoque iustitia *veritas* vocatur .

Ad secundum dicendum , quod voluntas fertur in suum objectum consequenter ad apprehensionem rationis : (4) & ideo quia ratio ordinat in alterum , voluntas potest vel le aliquid in ordine ad alterum : quod pertinet ad iustitiam .

Ad tertium dicendum , quod *rationale per participationem* non solum est irascibile , & concupiscibile , sed omnino appetitivum , ut dici-

(1) Adversativo sensu , id est posius non quod in ratione magis comparative quam in voluntate .

(2) Nempe quod sint rationales per participationem , duæ passiones , versus totius libri finem .

(3) Sententia ejus est quem veluti Magistrum introducit cum discipulo colloquentem . Cui discipulus maxime respondet : *Vera hoc est iustitiae definitio quam quarebam* : Tum dicenti Magistro , *Vide ne forte aliiquid in ea debet corrigi* , subjungit discipulus , *Ego nihil in ea corrigendum video* : Tum iterum succinens discipulo Magister : *Noe ego (inquit) Nulla*

namque iustitia est quæ non est rectitudo ; nec alia quam rectitudo voluntatis iustitia dicitur per se : Dicitur enim rectitudo actionis iustitia , sed non nisi cum iusta voluntate sit actio : Rectitudo autem voluntatis , etiam si impossibile sit fieri quod recte voluntus , nam non ideo amittit nomen iustitiae .

(4) Quando fertur in indifferente quod eligere potest vel non : Ad apprehensionem autem intellectus , quando in aliiquid necessarium , vel appetitu necessario fertur ut à part. quest. 83. art. 1. ad 2. explicat S. Thomas .

dicitur in I. Ethic. (cap. ult.) quia *omnis appetitus obedit rationi*. Sub appetitivo autem comprehenditur voluntas : & ideo voluntas potest esse subjectum virtutis moralis.

APENDIX.

EX ar. habes primo : quomodo per rationem ostendas , metito insinuantum esse a scripturis , & Anselmo : quod justitia est in voluntate , sicut in subiecto . Ab Anselmo quidem ; ut in arg. cont. Ac si dicat Anselmus . Justitia est rectitudo in voluntate extens : qua , scilicet voluntas fit recta , licet non fiat rectitudo : supra a. 1. arg. 2. A scripturis vero per hoc , quod Deuter. 9. postquam dictum est : *Ne dicas , propter justitiam meam introduxit me Dominus , ut terram hanc possiderem , subditur , neque enim propter justitias tuas , & aequitatem cordis tui ingredieris* . Ex quo datur intelligi , quod justitia est aequitas cordis . Ac si dicatur . Neque enim propter justitias tuas , quae sunt aequitas cordis ; vel neque enim propter justitias tuas , id est aequitatem cordis tui . Cor autem significat voluntatem , q. 44. a. 5. Justitia igitur secundum scripturam premissam est aequitas voluntatis . Item insinuantur per dictum Isai. 46. *Audite me duro corde , qui longe es sis a justitia* . Ecce quod per hoc , quod isti dicuntur duri corde , eo quod longe sint a justitia , significatur tamquam ab oppositis , quod justitia est in corde , id est in voluntate . Idem enim est , ac si aperte diceretur , si non essetis longe a justitia , id est si justitia esset in vobis , vos non essetis duri corde , quia ipsa esset in corde vestro ; & consequenter redderet illud flexibile ad imperium meum . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS V. 322

Utrum justitia sit virtus generalis .

Inf. quest. lxx. art. 1. & 2. quest. lx. art. 3. & V. Eth. lect. 1. 2. & 3.

AD quintum sic proceditur . Videtur quod justitia non sit virtus generalis . Justitia enim condividitur aliis virtutibus , ut patet Sap. VIII. 7. *Sobrietatem , & justitiam docet , prudentiam , & virtutem* . Sed generale non condividitur , seu connumeratur speciebus sub illo generali contentis (1) . Ergo justitia non est virtus generalis .

2. Præterea . Sicut justitia ponitur virtus cardinalis , ita etiam temperantia , & fortitudo . Sed temperantia , vel fortitudo non ponitur virtus generalis . Ergo neque justitia debet aliquo modo ponni virtus generalis .

3. Præterea . Justitia est semper ad alterum , ut supra dictum est (art. 2. hujus quest.) Sed peccatum quod est in proximum , non potest esse peccatum generale , sed dividitur contra peccatum quo peccat homo contra seipsum . Ergo etiam neque justitia est virtus generalis .

Sed contra est quod Philosophus dicit in V. Ethic. quod *justitia est omnis virtus* (2) .

Respondeo dicendum , quod justitia , sicut dictum est (art. 2. hu. quest.) ordinat hominem in comparatione ad alium : quod quidem potest esse dupliciter : uno modo ad alium singulariter consideratum ; alio modo ad alium in communi , secundum scilicet quod ille qui servit alicui communitat , servit omnibus hominibus qui sub communitate illa continentur . Ad utrumque ergo se potest habere justitia secundum propriam rationem .

Manifestum est autem quod omnes qui sub communitate aliqua continentur , cont-

L 2 par-

(1) Nisi quatenus nomen generale propter aliquam causam speciale determinatur ad aliquam speciem designandam ; ut cum *animal* pro eodem ac *brutum* accipitur : vel cum inter gratis divisiones numeratur *gratia gratis data* , quamvis generale nomen sit omni gratia conveniens .

(2) Ex cap. 3. græco-latino colligitur , vel cap. 2. in antiquis & apud S. Thomam lect. 2. ubi paulo aliter & plenius : *Omnia legitima* (inquit) *justia esse manifestum est* : Legitima enim dicimus qua per legem definita sunt : *Leges autem omnia definitae qua ad virtutem spellant* ; vel *fortis viri* , ut non

deservent ordinem , non fugero , non abjecere arma ; vel temperantis , ut non adulterium committere , non contumeliosi se gerere ; vel mitis & mansueti , ut non maledicere , non persecutere ; vel quaecunque alia in virtutibus imperante aus in vitiis prohibentur : Ac justitia quidem ista est perfecta virtus , non absolute sed ad alterum : Unde proverbialiter dicimus , Justitia in se virtutem continet omnem (ex græco verbu η δι διναιονι συλληθη ταο αρχη . si pro iuri) Perfecta porro virtus dicunt quia perfecta virtutis usus est ; vel etiam quia qui eam habet , non fecundum tantum , sed cum aliorum virtutum usi potest .

parantur ad communitatem sicut partes ad totum; pars autem id quod est, totius est: unde & quodlibet bonum partis est ordinabile in bonum totius. Secundum hoc ergo bonum cuiuslibet virtutis, sive ordinantis aliquem hominem ad seipsum, sive ordinantis ipsum ad alias personas singulares, est referibile ad bonum commune, ad quod ordinat justitia. Et secundum hoc actus omnium virtutum possunt ad justitiam pertinere, secundum quod ordinat hominem ad bonum commune. Et quantum ad hoc justitia dicitur virtus generalis.

Et quia ad legem pertinet ordinare in bonum commune, ut supra habitum est (1. 2. quest. xc. art. 2.) inde est quod talis justitia praedicto modo generalis dicitur *justitia legalis*, quia scilicet per eam homo concordat legi ordinanti actus omnium virtutum in bonum commune.

Ad primum ergo dicendum, quod justitia condividitur, seu connumeratur aliis virtutibus, non inquantum est generalis, sed inquantum est specialis virtus, ut infra dicetur (art. 7. & 12. hujus quest.).

Ad secundum dicendum, quod temperantia, & fortitudo sunt in appetitu sensitivo, idest in concupiscibili, & irascibili. Hujusmodi autem vires sunt appetitivæ quorundam bonorum particularium, sicut & sensus est particularium cognoscitivus. Sed justitia est sicut in subjecto in appetitu intellectivo, qui potest esse universalis boni, cuius intellectus est apprehensivus. Et ideo justitia magis potest esse virtus generalis quam temperantia, vel fortitudo.

Ad tertium dicendum, quod illa quæ sunt ad seipsum, sunt ordinabilia ad alterum, pricipue (*) quantum ad bonum commune. Unde & justitia legalis, secundum quod ordinat ad bonum commune, potest dici virtus generalis; & eadem ratione injustitia potest dici peccatum commune: unde dicitur I. Joan. 111. 4. quod omne peccatum est iniquitas (1).

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum a scripturis, & Philosopho: quod justitia est virtus genera-

lis. A Philosopho quidem, ut in arg. cont. Ex qua ejus autoritate percipe sensum hujus, scilicet justitia est virtus generalis, & dic: Ergo humilitas, justitia, patientia, castitas, obedientia, &c. est justitia, & vice versa, idest justitia est humilitas, patientia, castitas, obedientia, &c. Intellige secundum dicta in a. 6. corp. cir. fin. A scripturis vero insinuantur, ut Matth. 4. Sic deces nos implere omnem justitiam. Et Exech. 33. omnes iusticie, quas fecerat, non recordabuntur. Et Isai. 64. universa iustitia nostra, zanquam pannus menstruate. Sicut e contrario omne peccatum dicitur injustitia, Psal. 106. proper injusticias enim suas humiliari sunt. Item Eccl. 4. Pro iusticia agonizare, & certa usque ad mortem. Hoc est. Pro manutendendo quacunque virtute, &c. Item Hebr. 11. Sancti operati sunt justitiam, idest, quamlibet virtutem. Et Matth. 5. Beati, qui esuriant, & sitiunt iustitiam. Et beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, idest, proper quam volueris virtutem, sive castitatem, sive religionem, sive veritatis confessionem, aut etiam defensionem, sive, &c. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S . VI. 325

Utrum justitia, secundum quod est generalis, sit idem per essentiam cum omni virtute.

1. 2. quest. ix. art. 3. ad 2. & art. 7. corp. & III. dist. ix. quest. 1. art. 1. quest. 2. corp. & V. Esth. lect. 2. fin.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod justitia, secundum quod est generalis, sit idem per essentiam cum omni virtute. Dicit enim Philosophus in V. Ethic. (cap. L in fin.) quod *virtus*, & *justitia legalis* est *eadem omni virtuti*, esse autem non est idem. Sed illa quæ differunt solum secundum esse, vel secundum rationem, non different secundum essentiam. Ergo justitia est idem secundum essentiam cum omni virtute.

2. Præterea. Omnis virtus quæ non est idem per essentiam cum omni virtute, est pars virtutis. Sed justitia praedita, ut ibidem Philosophus dicit, non est pars virtutis, sed

(*) M. deff. quantum.

(1) Vel transgressio legis ex gratio dñpia sed pe-

nitande est ac transgressio aquitanis.

Sed tota virtus (1). Ergo praedita justitia est idem essentialiter cum omni virtute.

3. Præterea . Per hoc quod aliqua virtus ordinet actum suum ad altiorem finem , non diversificatur secundum essentiam habitus ; sicut idem est essentialiter habitus temperantia , etiamq; actus ejus ordinetur ad bonum divinum . Sed ad justitiam legalem pertinet quod actus omnia virtutum ordinentur ad altiorem finem , idest ad bonum commune multitudinis , quod præminet bono unius singularis personæ . Ergo videtur quod justitia legalis essentialiter sit omnis virtus .

4. Præterea . Omne bonum partis ordinabile est ad bonum totius : unde si non ordinetur in illud , videtur esse vanum , & frustra (2) . Sed illud quod est secundum virtutem , non potest esse hujusmodi . Ergo videtur quod nullus actus possit esse alicujus virtutis , qui non pertineat ad justitiam generalis , quae ordinat in bonum commune : & sic videtur quod justitia generalis sit idem in essentia cum omni virtute .

Sed contra est quod dicit Philosophus in V. Ethic. (3) quod *multi in propriis quidem possunt virtute uti , in his autem quæ ad alterum sunt , non possunt :* & in III. Polit. (cap. 121. ante med.) dicit , quod *non est simpliciter eadem virtus boni viri , & boni civis .* Sed virtus boni civis est justitia generalis , per quam aliquis ordinatur ad bonum commune . Ergo non est eadem justitia generalis cum virtute communi ; sed una potest sine alia haberi .

Respondeo dicendum , quod generale dicitur aliiquid dupliciter . Uno modo per prædicationem ; sicut *animal* est generale ad hominem , & equum , & ad alia hujusmodi : & hoc modo generalis oportet quod sit idem

essentialiter cum his ad quæ est generale : quia genus pertinet ad essentiam speciei , & cadit in definitione ejus . Alio modo dicitur aliiquid generale secundum virtutem , sicut causa universalis est generalis ad omnes suos effectus , ut Sol ad omnia corpora , quæ illuminantur , vel inmutantur per virtutem ipsius : & hoc modo *generale* non oportet quod sit idem in essentia cum his ad quæ est generale : quia non est eadem essentia causa , & effectus .

Hoc autem modo , secundum praedita (art. 5. ha. quæst.) justitia legalis dicitur esse virtus generalis , in quantum scilicet ordinat actus aliarum virtutum ad suum finem ; quod est movere per imperium omnes alias virtutes : sicut enim caritas potest dici virtus generalis , in quantum ordinat actus omnium virtutum ab bonum divinum ; ita etiam justitia legalis , in quantum ordinat actus omnium virtutum ad bonum commune . Sicut ergo caritas , quae respicit bonum divinum ut proprium objectum , est quædam specialis virtus secundum suam essentiam ; ita etiam justitia legalis est quædam specialis virtus secundum suam essentiam , secundum quod respicit commune bonum ut proprium objectum . Et sic est in principe principalius , & quasi architectonicae ; in subditis autem secundario , & quasi administrative .

Potest tamen quælibet virtus , secundum quod a praedita virtute (speciali quidem in essentia , generali autem secundum virtutem) ordinatur ad bonum commune , dico justitia legalis : & hoc modo loquendi justitia legalis est idem in essentia cum omni virtute ; differt autem ratione . Et hoc modo loquitur Philosophus .

Unde patet responsio ad primum , & secundum .

Ad

(1) Sicut & oppositum justitiae sic sumptus non pars vitiæ , sed virtutum totum est , addit ibidem Philosophus prope capitum finem , vel tertii græco-latini , vel secundi antiqui , ut jam prius indicatum est .

(2) Quippe cum illud frustra esse dicatur , quod est propter aliquid finem quem non attingit , ut dicitur 2. Physicorum text. 62.

(3) Loco jam supra indicato , idest vel cap. 3. græco-lat. vel 2. antiquo versus finem ; ubi ad eum sensum refert illud Biantis dictum , ἀρχαὶ (Jonice pro ἀρχῇ) τοῦ ἄρδεα δίζει , hoc est , *Principatus offendes virum* ; sive comprobabit experimento ipso qualis ipse sit , &c. Tum deinde subjungit , quod ideo dicitur justitia non tam proprium quam alienum bonum esse , ac illud præ ceteris omnibus virtutibus peculiariter sibi vindicare , quia scilicet ad alterum est , & agit ea quæ ejus : alteri conducunt , &c. Libro

autem 3. Politicorum cap. 4. (non 3. ut prius ad marginem) *Recte dicitur* (inquit versus capituli finem) quod *imperare bene nullus potest , qui non sub imperio prius fuerit* : Sed est alia virtus utriusq; quis oportet bonum civem scire præesse ac subesse ; atque ita est civis virtus , ut sciat recte se habere utrinque , sicut & boni viri utrumque illud esse dicet potest : *Quamvis alia est species ejus temperantie , alia justitie que præst:* Ejus enim qui subest & liber est , non una sane virtus fuerit ac boni viri , sed alias unique justitia species habet cum præst & alias cum subest ; quemadmodum viri & mulieris alia est temperantia & fortitudo ; ut & alia domus administratio &c. Prudentia vero est propria virtus præsidentis ; reliqua autem sane communes iis quæ subsumus &c.

Ad tertinam dicendum, quod etiam illa ratio secundum hunc modum procedit de justitia legali, secundum quod virtus imperata a justitia legali justitia legalis dicitur.

Ad quartum dicendum, quod quilibet virtus secundum propriam rationem ordinat aetum suum ad proprium finem illius virtutis: quod autem ordinetur ad ulteriorem finem sive semper, sive aliquando, hoc non habet ex propria ratione; sed oportet esse aliam superiorum virtutem, a qua in illum finem ordinetur: & sic oportet esse unam virtutem superiorum, quae ordinet omnes virtutes in bonum commune, quae est justitia legalis, & est alia per essentiam ab omni virtute.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, & in sensu recto intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Philosopho: quod justitia generalis non est idem in essentia cum omni virtute. A Philosopho quidem: ut in argum contr. A scripturis autem per hoc, quod distinguitur aliis virtutibus, tamquam habens differentem ab eis essentiam. Dicitur enim Sap. 8. Sobrietatem, & prudensiam, & justitiam, & virtutem, scilicet omnem aliam, docet. Item 1. Tim. 6. felicem justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem: & 2. Tim. 2. pacem. Secundo vides: quomodo &c.

Urum si aliqua justitia particularis praeter justitiam generalem.

*Sup. art. 5. & 6. & inf. quæst. lx. art. 1.
& 1. 2. quæst. lx. art. 3. & V. Eccl. 1. 2. & 3.*

AD septimum sic proceditur. Videtur quod non sit aliqua justitia particularis praeter justitiam generalem. In virtutibus enim nihil est superfluum, sicut nec in natura. Sed justitia generalis sufficienter ordinat hominem circa omnia quae ad alterum sunt. Ergo non est necessaria aliqua justitia particularis.

2. Præterea. *Unum, & multa non diversificant speciem virtutis.* (1) Sed justitia legalis ordinat hominem ad alterum, secundum ea quae ad multitudinem pertinent, ut ex predictis patet. (art. 5. & 6. hu. quæst.) Ergo non est alia species justitiae quae ordinet hominem ad alterum in his quae pertinent ad unam singularem personam.

3. Præterea. Inter unam singularem personam, & multitudinem civitatis media est multitudo domestica. Si ergo est justitia alia particularis per comparationem ad unam personam præter justitiam generalem, pari ratione debet esse alia justitia œconomica, (2) quae ordinet hominem ad bonum commune unius familie: quod quidem non dicitur. Ergo nec aliqua particularis justitia est præter justitiam legalem.

Sed contra est quod Chrysostomus super illud Matth. v. Beati qui esurint, & sitiunt justitiam, dicit (hom. xv. inter princ. & med.) „Justitiam autem dicit vel universalem virtutem, vel particularem, avaritiam contrariam. (3) „

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est

(1) Nempe quod virtus ad unum tantum vel etiam ad multa se habeat; quia hoc per accidens esse videtur ad virtutem cui per se sufficit si respiciat unum tantum.

(2) Ab administratione vel regimine domus ita dista juxta vim græcæ vocis ὀικοδομίαν.

(3) Vel interrogative ac majori emphasi: Quam vero justitiam? An generalem virtutem (τὴν κατόλλα) An particularem illam (τὴν μερικὴν) qua velut ex adverso avaritia collocatur, (τὴν απεντατικὴν γενικὴν) sive avaritia apponitur: Quia

enim commendaturus erat misericordiam, offendere quomodo misereri oporteat, idest non in avaritia nec in rapina, opportune beatificare eos qui justitiam concupiscunt & in pretio habentes (τὰ διαισθέντας αὐτούς) Nec simpliciter qui concupiscunt, sed esuriant & sitiunt, ut non mediocriter eas, sed ardenti aviditate conseruentur: Quia enim avaritia proprium est plura cupere possidere, nec tam avide cibum desideramus & potum, ideo concupiscentiam istam iubet in meliora converti, &c.

vi. & ult. in fin.)

A P P E N D I X.

est (art. præc.) justitia legalis non est essentia littere omnis virtus; sed oportet præter justitiam legalem, quæ ordinat hominem immediate ad bonum commune, esse alias virtutes quæ immediate ordinant hominem circa particularia bona: quæ quidem possunt esse vel ad seipsum, vel ad alteram singularem personam.

Sicut ergo præter justitiam legalem oportet esse aliquas virtutes particulares, quæ ordinant hominem in seipso, puta temperantiam, & fortitudinem; ita etiam præter justitiam legalem oportet esse particularem quamdam justitiam, quæ ordinat hominem circa ea quæ sunt ad alteram singularem personam.

Ad primum ergo dicendum, quod justitia legalis sufficienter quidem ordinat hominem in his quæ sunt ad alterum; quantum ad commune quidem bonum, immediate; quantum autem ad bonum unius singularis personæ, mediate. Et ideo oportet esse aliquam particularem justitiam, quæ immediate ordinet hominem ad bonum alterius singularis personæ.

Ad secundum dicendum, quod bonum commune civitatis, & bonum singulare unius personæ non differunt solum secundum multum, & paucum, sed secundum formalem differentiam. Alia enim est ratio boni communis, & boni singularis, sicut alia est ratio totius, & partis. Et ideo Philosophus in I. Polit. (cap. 1. circ. princ.) dicit, quod non bene dicunt qui dicunt civitatem, & domum, & alia huiusmodi differre solum multisudine, & paucitate, & non specie.

Ad tertium dicendum, quod domestica multitudo secundum Philosophum in I. Polit. (cap. 111.) distinguitur secundum tres conjugationes, scilicet uxoris & viri, patris & filii, domini & servi; quarum personarum una est quasi aliquid alterius. Et ideo ad huiusmodi personas non est simpliciter justitia, sed quedam justitiae species; scilicet œconomica, ut dicitur in V. Ethic. (cap.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, & Chrysostomo, quod præter justitiam generalem est alia justitia particularis. A Chrysostomo quidem, ut in arg. cont. Ubi nota, quod justitia particularis est illa, quæ contraria est avaritiae. A scripturis vero per hoc, quod dicitur Prov. 10. *Justitia firmatur solum*. Ac si dicat. Regimen, seu dominium principis conservatur per hoc, quod facit, & facit facere, justitiam particularem circa ea, quæ sunt ad alteram personam. Item ubi cunque de justitia, quæ contra avaritiam est, scriptura loquitur, insinuat particularem justitiam, ut Josue 8. *declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera & perverterunt iudicium*, id est justitiam particularem, quæ singulari personæ reddit quod suum est, violarunt. De justitia autem generali, quod scilicet a scripturis differenter a particulari justitia detur, sufficiat videre appendicem art. 5. Secundo vides, quomodo ex iis bene pensatis &c.

ARTICULUS VIII. 325

Utrum justitia particularis habeat materiam specialem.

I. 2. quest. ix. art. 2. cor. & III. dist. XXXII.
quest. II. art. 2. quest. 3. & II.
Ethic. lect. 8.

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod justitia particularis non habeat materiam specialem. Quis super illud Genes. 11. *Fluvius quartus ipse est Euphrates*, dicit Glossa (ord. Aug. Lib. II. de Gen. cont. Man. cap. x.) „Euphrates, frugifer interpretatur; „nec dicitur contra quos vadat, quia justitia ad omnes animæ partes pertinet.“ (1) Hoc

(1) Sic præcisæ collateralis Glossa; sed interlineat addit frugiferum Euphratem dici quod fructiferam terram reddat, & justitiam significare. Sumptu est autem Glossa illa ex Augustino lib. 2. de Genesi adversus Manichæos cap. 10. ex quo & similis Isidorus etiam ac Rabanus mutuati sunt: Sic Ambrosius quoque libro de Paradiso e 3. circa medium: *Euphrates* (inquit) *fæcunditas* atque abundantia frumentorum nuncupatur, preferens quoddam insignem justitiae quæ omnem pascit animam: Nulla enim virtutum meliores videbunt habere fructus quam justitia quam magis aliis quam sibi prodest; & utilitates suas negligit, communis emolumenta preponens; &c. Causam autem cum ceteri qua commens fluvii, describuntur, & regiones locorum qua Euphrates commens, non describuntur, illam accipimus; quia ejus Aquæ vitalis assertur; & que foveat ac augeat: Deinde quis ubi prudenter ibi & malitia; ubi forsitan, ibi iracundia; ubi temperantia, ibi & in temporaniam plerumque est, aut alia virtus; ubi autem justitia, ibi concordia, virtutum est ceterarum; ideo non ex locis quæ fluit, hoc est non ex parte, cognoscitur: Non enim pars est justitia, sed quasi mater est eius.

, Hoc autem non esset, si haberet materiam specialem, quia qualibet materia specialis ad aliquam specialem potentiam pertinet. Ergo iustitia particularis non habet materiam specialem.

2. Præterea. Augustinus dicit in Lib. LXXXIII. Qq. (quæst. lx. a med.) quod quatuor sunt animæ virtutes, quibus in hac vita spiritualiter vivitur, scilicet, temperantia, prudensia, fortitudo, & iustitia: & dicit, quod quarta est iustitia, que per omnes diffunditur. Ergo iustitia particularis, quæ est una de quatuor virtutibus cardinalibus, non habet specialem materiam.

3. Præterea. Justitia dirigit hominem sufficienter in his quæ sunt ad alterum. Sed per omnia quæ sunt huius vitæ, homo potest ordinari ad alterum. Ergo materia iustitiae est generalis, & non specialis.

Sed contra est quod Philosophus in V. Ethic. (cap. ii. a med.) ponit iustitiam particularē circa ea specialiter quæ pertinēt ad communicationem vitæ.

Respondeo dicendam, quod omnia quæcumque rectificari possunt per rationem, sunt materia virtutis moralis, quæ definitur per rationem rectam, ut patet per Philosophum in II. Ethic. (cap. ii. & vi.) Possunt autem per rationem rectificari & interiores animæ passiones, & exteriores actiones, & res exteriores, quæ in usum hominis veniunt. Sed tamen per exteriores actiones, & per exteriores res, quibus sibi invicem homines communicare possunt, attenditur ordinatio unius hominis ad alterum; secundum autem interiores passiones, consideratur rectificatio hominis in seipso.

Et ideo cum iustitia ordinetur ad alterum, non est circa totam materiam virtutis moralis, sed solum circa exteriores actiones, & res, secundum quamdam rationem objecti specialem, prout scilicet secundum eas unas homo alteri coordinatur.

Ad primum ergo dicendum, quod iustitia pertinet quidem essentialiter ad unam partem animæ, in qua est sicut in subjecto, scilicet ad voluntatem; quæ quidem movet per suum imperium omnes alias animæ partes: & sic iustitia non directe, sed quasi per quamdam redundantiam ad omnes alias animæ partes pertinet.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (1. 2. quæst. lx. art. 3. & 4.) virtutes cardinales dupliciter accipiuntur: uno modo secundum quod sunt speciales virtutes habentes determinatas materias; alio modo

secundum quod significant quosdam generales modos virtutis: & hoc modo loquitur ibi Augustinus: dicit enim, quod prudensia est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum; temperantia est refrenatio cupiditatis ab his quæ temporaliter delectant; fortitudo est firmitas animi adversus ea quæ temporaliter molesta sunt; iustitia est que per ceteras diffunditur, dilectio Dei, & proximi, quæ scilicet est communis radix totius ordinis ad alterum.

Ad tertium dicendum, quod passiones interiores, quæ sunt pars materia moralis, secundum se non ordinantur ad alterum, quod pertinet ad specialem rationem iustitiae; sed earum effectus sunt ad alterum ordinabiles, scilicet operationes exteriores. Unde non sequitur quod materia iustitiae sit generalis.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Philosopho; quod iustitia particularē habet materiam specialem. A Philosopho quidem, ut in arg. cont. Ubi per ly communicationem vite, intelligit communicationem illam, qua unus homo alteri coordinatur. A scripturis autem insinuatur per hoc, quod in Exodo, & parsim in veteri lege traditur de praecceptis judicialibus assignando specialem materiam unicuique praceptorum, sive de principiis, sive de convictu popularium inter se, sive de extraneis, sive de domesticis, datorum. Praecpta enim judicialia continent iustitiam particularē talis hominis ad tales, talis multitudinis ad tales: quoniam praecpta hujusmodi consistunt in hoc, quod sunt ordinantia ad proximum, id est, sunt de his, quæ pertinent ad ordinacionem hominum ad invicem. En, iustitia particularis. De qua re (si volueris plenius instrui) vide 1. 2. qu. 104. & 105. articulis suis. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IX. 326

Utrum iustitia sit circa passiones.

IV. disf. xv. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. ad 2.

AD nonum sic proeeditur. Videtur quod iustitia sit circa passiones. Dicit enim Philosophus in II. Ethicor. (cap. iii. circ. princ.) quod circa voluptates, & tristitias est moralis virtus. Voluptas autem (id est deletione) & tristitia sunt passiones quedam, ut

ut supra habitum est cum de passionibus agatur. (1) Ergo justitia, cum sit virtus moralis, erit circa passiones.

2. Præterea. Per justitiam rectificantur operationes quæ sunt ad alterum. Sed operationes hujusmodi rectificari non possunt, nisi passiones sint rectificate: quia ex inordinatione passionum provenit inordinatio in prædictis operationibus: propter concupiscentiam enim venereorum proceditur ad adulterium, & propter superfluum amorem pecuniarum proceditur ad furtum. Ergo oportet quod justitia sit circa passiones.

3. Præterea. Sicut justitia particularis (2) est ad alterum, ita etiam justitia legalis. Sed justitia legalis est circa passiones; alioquin non se extenderet ad omnes virtutes, quarum quædam sunt manifeste circa passiones. Ergo justitia est circa passiones.

Sed contra est quod Philosophus dicit in V. Eth. (cap. i. & ii.) quod est circa operationes.

Respondeo dicendum, quod hujus questionis veritas ex duobus appetitus sensitivi passiones dicuntur: & ideo justitia non est circa passiones, sicut temperantia, & fortitudo, quæ sunt irascibilis, & concupisibilis, sunt circa passiones. Alio modo ex parte materiae: quia justitia est circa ea quæ sunt ad alterum; non autem per passiones interiores immediate ad alterum ordinamus.

Et ideo justitia circa passiones non est.

Ad primum ergo dicendum, quod non qualibet virtus moralis est circa voluptrates, & tristitia sicut circa materiam; nam fortitudo est circa timores, & audacias; sed om-

Summ. S. Th. Tom. VII.

nis virtus moralis ordinatur ad delectationem & tristitiam, sicut ad quosdam fines consequentes, quia, ut Philosophus dicit in VII. Eth. (cap. xi. in princ.) *delectatio, tristitia est finis principialis, ad quem respicienes, uerumquodque, hoc quidem malum, hoc autem* (4) *bonum dicimus: & hoc modo pertinent etiam ad justitiam: quia non est justus qui non gaudet justis operationibus*, ut dicitur in I. Ethic. (cap. viii. a med.).

Ad secundum dicendum quod operationes exteriores mediae sunt quodammodo inter res exteriores, quæ sunt earum materia, & inter passiones interiores, quæ sunt earum principia. Contingit autem quandoque esse defectum in uno eorum, sine hoc quod sit defectus in alio; sicut si aliquis surripiat rem alterius non cupiditate habendi, sed voluntate nocendi; vel e converso si aliquis alterius rem concupiscat, quam tamen surripere non velit. Rectificatio ergo operationum, secundum quod ad exteriora terminantur, pertinet ad justitiam; sed rectificatio earum, secundum quod a passionibus oriuntur, pertinet ad alias virtutes morales, quæ sunt circa passiones. Unde surreptionem alienæ rei justitia impedit, in quantum est contra aequalitatem in exterioribus constituendam; liberalitas vero, in quantum procedit ab immoderata concupiscentia divitiarum. Sed quia operationes exteriores non habent speciem ab interioribus passionibus, sed magis a rebus exterioribus sicut ex objectis; ideo per se loquendo operationes exteriores magis sunt materia justitiae, quam aliarum virtutum moralium (5).

Ad tertium dicendum, quod bonum commune est finis singularum personarum in communitate existentium, sicut bonum totius finis est cuiuslibet partium. Bonum autem

M unius

(1) Ut ex i. 2. qu. 23. art. 4. prius indicabatur ad marginem; sed expressius quantum ad voluptatem vel delectationem nominatum habetur quæst. 31. art. 2. quantum ad tristitiam vero vel dolorem q. 35. art. Etiam i.

(2) Vel particularē vel privatam personam respiciens; non ut exemplaria quædam legunt *peculiaris*; quamvis in manuscrito & in impressis passim ut reponimus; per oppositum ad publicam, que quibuscumque civitatum vel rerum publicarum administratoribus convenit &c.

(3) Nempe i. 2. q. 22. art. 3. quod passiones ad appetitum sensitivum potius quam ad intellectivum pertineant: Et qu. 59. art. 4. quod non virtus moralis qualicumque sit circa passiones: & probatur exemplo justitiae.

(4) Ex græco τὸ αἴσθετον ut cap. 12. videre est sed 11. in antiquis; non sicut prius nugatorie, *hoc quidem malum, hoc quidem bonum*; quamvis & manuscriptum sic habeat; sed non sic S. Thomas in eum locum lecit. 11. Quod autem subiungitur ex Eth. i. & prius ad marginem ex cap. 8. notabatur, potius ex cap. 13. in antiquis vel in græco lat. cap. 9. desumptum est, ubi etiam idem de liberalitate ac de aliis virtutibus dicendum esse indicatur.

(5) Sive adversative accipiendo illud *magis*, quasi circa operationes versetur sola justitia proprie, non aliae virtutes quæ morales dicuntur: Sive potius explicando comparative, quia & circa operationes quodammodo versantur illæ, sed præcipue justitia, sicut temperantia & fortitudo circa passiones.

unius personæ singularis non est finis alterius . Et ideo justitia legalis , quæ ordinatur ad bonum commune , magis se potest extenderet ad interiores passiones , quibus homo aliquatenus disponitur in seipso , quam justitia particularis , quæ ordinatur ad bonum alterius singularis personæ : quamvis justitia legalis principalius se extendat ad alias virtutes quantum ad exteriores operationes eorum ; inquantum scilicet præcipit lex fortia opera facere , & que temperati , & que mansueti , ut dicitur in V. Ethic. (cap. 11. a princ.).

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scripturis & Philosopho , quod justitia particularis non est circa passiones . A Philosoph. quidem , ut in argumento cont. Ubi adverte sic inferendum juxta mentem Philosophi , & articuli hujus . Justitia particularis est circa operationes . ergo non est circa passiones . Tenet consequentia : quia passiones sunt aliud quid , seu materia alterius generis ab operationibus ; & particularis justitia materiam particularem , seu unius tantum generis , requirit , ut pater . De justitia quidem legali non valeret consequentia illa : quia generalis est . Generale autem potest se extendere ad multa diversorum secundum se generum , tanquam ad unam materiam sub una ratione communiori adunatam 1. quest. 1. art. 3. ad 2. & propterea legalis justitia est circa operationes , & circa passiones , ut dicitur hic ad 3. tanquam circa unam materiam . A scriptu. vero insinuatur per hoc , quod in Exodus & sparsim , ubi tractatur de præceptis judicialibus , idest justitiæ particularis , ut sup. in appen. ar. 8. declaratum est , assignantur operationes , non autem passiones pro materia illius justitiæ . Verbi gratia ; dicitur , si quis suratus fuerit ovem proximi , reddat in quadruplum , idest justitia vult , ut reddat sic . Non autem dicitur , si quis voluerit , concupierit , vel deliberaverit in animo suo , fvari ovem proximi , reddat &c. Secundo viides : quomodo ex iis bene pensatis &c.

ARTICULUS X. 327

Utrum medium justitiae sit medium rei .

1. 2. quest. lxiv. art. 2. & III. dist. xxxiiii.
- quest. 1. art. 3. quest. 2. & IV. dist.
- xxv. quest. 1. art. 1. quest. 2.
- & vir. quest. 1. art. 13.
- ad 7. 12. 12. & 17.

AD decimum sic proceditur . Videtur quod mediumi justitiæ non sit medium rei . Ratio enim generis salvatur in omnibus speciebus . Sed virtus moralis in II. Ethic. (cap. vi.) definitur esse *babitus electivus in medietate existens determinata ratione quoad nos* . Ergo & in justitia est medium rationis , non rei .

2. Præterea . In his quæ simpliciter sunt bona , non est accipere superfluum , & diminutum , & per consequens nec medium ; sicut patet de virtutibus , ut dicitur in II. Ethic. (cap. vi. ad fin.) Sed justitia est circa simpliciter bona , ut dicitur in V. Ethic. (cap. 1. parum ante med.) Ergo in justitia non est medium rei .

3. Præterea . In aliis virtutibus ideo dicitur esse medium rationis , & non rei , quia diversimode accipitur per comparationem ad diversas personas : quia quod uni est multum alteri est parum , (1) ut dicitur in II. Eth. (cap. vi. ante med.) Sed hoc etiam observatur in justitia : non enim eadem pena punitur qui percutit Principem , & qui percutit privatam personam . Ergo etiam justitia non habet medium rei , sed medium rationis .

Sed contra est quod Philosophus in II. Ethic. (cap. vi. & vii. & Lib. V. cap. iii. & iv.) assignat medium justitiæ secundum proportionalitatem arithmeticam , quod est medium rei .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. præc. & 1. 2. quest. lxi. art. 4.) alias virtutes morales principaliter consistunt circa passiones ; quarum rectificatio non attenditur nisi secundum comparatio-

(1) Puta si minas decem comedere , alicui multum est , scilicet ei qui se incipit exercere in lucta vel palestra , Miloni tamen hoc parum est , abundantiorem victum postulanti ; ut videre est cap. 4. græco-lat. vel in antiquis cap. 6. ubi Milo intelligendus Crotoniates de quo Solinus narrat quod comedebat unum

bovem in uno die , ait ibidem S. Thomas : Fuit sciens Milo athleta fortissimus qui præter celestria fortitudinis indicia dicitur taurum solo nudæ dexteræ ieiū occidisse , ac per stadium (hoc est centum viinti quinque passus) humeris absque lastridine sustulisse ; tum deinde integrum eodem die comedisse .

tionem ad ipsum hominem, cuius sunt passiones, secundum scilicet quod irascitur, & concupiscit, prout debet, secundum diversas circumstantias. Et ideo medium talium virtutum non accipitor secundum proportionem unius rei ad alteram, sed solum secundum comparationem ad ipsum virtuosum: & propter hoc in ipsis est medium solum secundum rationem, quoad nos.

Sed materia iustitiae est exterior operatio secundum quod ipsa, vel res cuius est usus, debitam proportionem habet ad aliam personam: & ideo medium iustitiae consistit in quadam proportionis æqualitate rei exterioris ad personam exteriorem. Äquale autem est realiter medium inter maius, & minus, ut dicitur in X. Metaph. (tex. 19.) unde iustitia habet medium rei.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc medium rei est etiam medium rationis: & ideo in iustitia salvatur ratio virtutis moralis.

Ad secundum dicendum, quod bonum simpliciter dupliciter dicitur. (1) Uno modo quod est omnibus modis bonum, sicut virtutes sunt bona: & sic in his quæ sunt bona simpliciter non est accipere medium, & extrema. Alio modo dicitur aliiquid simpliciter bonum, quia est absolute bonum, scilicet secundum suam naturam consideratum, quamvis per abusum possit fieri malum, sicut patet de divitiis, & honoribus: & in talibus potest accipi superfluum, diminutum, & medium quantum ad homines, qui possunt eis uti vel bene, vel male: & sic circa simpliciter bona dicitur esse iustitia.

Ad tertium dicendum, quod injuria illata alias proportionem habet ad Principem, & alias ad personam privaram: & ideo oportet aliter adæquate utramque injuriam per vindictam: quod pertinet ad diversitatem rei, & non solum ad diversitatem rationis.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Philosopho; quod iustitia habet medium rei. A Philosopho quidem, ut in arg. contr. A scripturis autem, per hoc,

quod Num. 27. dicitur: filias Salphaad postulasse rem justam, eo quod postularunt a Moyse succedere in hereditate paterna. Ubi vides, judicari a Deo per Moysem, iustitiam consistere in quadam proportionis æqualitate rei exterioris ad personam exteriorem: id quod ut legis in tex. corp. circa finem, est medium rei; Item per hoc, quod Judicum 1. narratur: quod Rex Adonibezec recognovit, iustitiam consistere in tali æqualitate proportionis dicens. Septuaginta reges, amputatis manum, ac pedum summittibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mibi Dominus. Item Matth. 7. Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetetur vobis. Ubi vides aperte: iustitiam, testante Domino, consistere in predicta proportionis æqualitate: ideo habere medium rei. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S XI. 328

Utrum actus iustitiae sit reddere unicuique quod suum est.

*Inf. quest. lxvi. art. 3. & 5. cor. & I.
Par. quest. xxii. art. 1. cor. & II. diss.
xxvii. art. 3. cor. & ad 3.*

AD undecimum sic proceditur. Videtur quod actus iustitiae non sit reddere unicuique quod suum est. Augustinus enim XIV. de Trint. (cap. ix. cit. fi.) attribuit iustitiae subvenire miseris. Sed in subveniendo miseris non tribuimus eis quæ sunt eorum, sed magis quæ sunt nostra. Ergo iustitiae actus non est tribuere unicuique quod suum est.

2. Præterea. Tullius in Lib. I. de offic. (2) dicit quod *beneficentia, quam benignitatem, vel liberalitatem appellare licet, ad iustitiam pertinet*. Sed liberalitatis est de proprio dare alicui, non de eo quod est ejus. Ergo iustitiae actus, non est reddere unicuique quod suum est.

3. Præterea. Ad iustitiam pertinet non solum res dispensare debito modo, sed etiam injuriosas actiones cobibere, puta homicidia adulteria, & alia hujusmodi. Sed reddere

M 2 quod

considerato secundum se, ratio boni quomodounque conveniat.

(1) Colligitur ex libro 1. tit. de iustitia (five num. 20.) cum ea tamen mutatione ac diversa significacione quæ ad Notam solutionis, æquivalenter tantum indicate, specialius & expressius dabitur.

quod suum est , videtur solum ad dispensationem rerum pertinere . Ergo non sufficienter per hoc notificatur actus justitiae , quod dicitur actus ejus esse , reddere unicuique quod suum est .

Sed contra est quod Ambrosius dicit in I. de offic. (cap. xxiv. in fin.) (1) *Justitia est quae unicuique quod suum est , tribuit ; alienum non vindicat ; utilitatem propriam negligit , ne communem equitatem custodiatis .*

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (art. 9. & 10. ha. quest.) materia justitiae est operatio exterior , secundum quod ipsa , vel res qua per eam utimur , proportionatur alteri personæ , ad quam per justitiam ordinamur . Hoc autem dicitur esse suum unicuique personæ , quod ei secundum proportionis æquitatem debetur : & ideo proprius actus justitiae nihil aliud est , quam reddere unicuique quod suum est .

Ad primum ergo dicendum , quod justitia , cum sit virtus cardinalis , quedam alia virtutes secundariae adjunguntur , sicut misericordia , liberalitas , & alia hujusmodi virtutes , ut infra patet (quest. lxxx.) Et ideo subvenire miseris (quod pertinet ad misericordiam , sive pietatem) & liberaliter benefacere (quod pertinet ad liberalitatem) per quamdam reductionem attribuitur justitia sicut principali virtuti (2) .

Et per hoc patet responsio ad secundum .

Ad tertium ditendum , quod , sicut Philosophus dicit in V. Ethic. (cap. iv.) omne superfluum in his quæ ad justitiam pertinent , *lucrum extenso nomine vocatur* ; sicut & omne quod minus est , vocatur *dannum* : & hoc ideo , quia justitia prius est exercita , & communius exercetur in voluntariis commutationibus rerum , puta emptione , & venditione , in quibus haec nomina dicuntur ; & exinde derivantur haec nomina ad omnia circa quæ potest esse justitia . Et eadem ratio est de hoc quod est reddere unicuique quod suum est .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scripturis , & Ambrosio , quod justitia actus est reddere unicuique , quod suum est . Ab Ambr. quidem ; ut in arg. cont. A scripturis vero per hoc , quod dicitur LUC. 23. Nos quidem Juste : nam digna factis recipimus . Ac si aperte dicat . Nostri punitus est justa , quoniam per eam redditur nobis , quod merruimus , & consequenter , quod nostrum est . Item per hoc , quod Tobias audiens haec balantem , dixit . *Videte , ne furiosus sis , & reddite eum dominis suis .* Tob. 2. Item Matth. 22. Cujus est imago haec , & superscriptio ? Dicunt ei : *Cæsaris .* Tunc ait illis : *Reddite ergo , que sunt Cæsaris , Cæsari .* Ubi nota signanter ly ergo . Nam hoc ex præmissis inferri manifeste demonstrat : & consequenter quod actus justitiae est (nam ibi de justitia agebatur , ut patet consideranti contextum) reddere cuique , quod suum est . Secundo videlicet quomodo &c.

ARTICULUS XII. 329

Utram justitia præmineat inter omnes virtutes morales .

Inq. quest. cxxiiii. art. 12. & quest. cxlii. art. 8. & 1. 2. quest. lxvi. art. 4. & III. dist. xxxv. quest. 1. art. 3. quest. 1.

AD duodecimum sic proceditur Videtur quod justitia non præmineat inter omnes virtutes morales . Ad justitiam enim pertinet reddere alteri quod suum est ; ad liberalitatem autem pertinet de proprio dare ; quod virtuosus est . Ergo liberalitas est major virtus quam justitia .

2. Præterea . Nihil ornatur nisi per aliquid dignius se . Sed magnanimitas est ornamentum & justitiae , & omnium virtutum , ut dicitur in IV. Eth. (cap. iii. ante med.) (2) Ergo magnanimitas est nobilitas quam justitia .

3. Propter

(1) *Ubi præmissum Abraham , tum Jacob , tum Joseph , tum Job , tum Davidis laudibus , infert : Quod bis viris principallum virtutum officium defult ?* Quarum primo loco constituerunt prudentiam que in veri investigatione versatur & scientia plenioris infandis cupiditatem , secundo justitiam que suum cuique tribuit &c. Habetur & ff. de justit. & iure §. 21. i. justitia .

(2) Nec vero simpliciter Tullius beneficentiam ad justitiam dicit pertinere , sed justitiae conjunctam esse quod huic responsio contentaneum omnino est .

(3) De justitia nominatim hoc non dicitur ; sed tantum indefinite , quod videtur magnanimitas esse volus virtutum ornamentum (ceterorumque) quia maiores illas facit , nec sine illis esse posset , ex cap. 7. gressu .

3. Præterea . Virtus est circa difficile , & bonum , ut dicitur in II. Ethic. (cap. III.) Sed fortitudo est circa magis difficultia quam iustitia , idest circa pericula mortis , ut dicitur in III. Ethic. (cap. VI.) Ergo fortitudo est nobilior iustitia .

Sed contra est quod Tullius dicit in I. offic. (tit. de Justitia in peine .) In Justitia virtutis splendor est maximus , ex qua boni viri nominantur .

Respondeo dicendum , quod si loquamur de justitia legali , manifestum est quod ipsa est præclarior inter omnes virtutes morales , in quantum bonum commune præminet bono singulari unius personæ : & secundum hoc Philosophus in V. Ethic. (cap. I. ante fin.) dicit , quod præclarissima virtutum videatur esse iustitia , & neque est Hesperus ; neque Lucifer ita admirabitur .

Sed etiam si loquamur de justitia particuliari , præcellit inter alias virtutes morales , duplice ratione . Quoram prima potest sumi ex parte subjecti , quia scilicet est in nobiliiori parte animæ , idest in appetitu rationali , scilicet in voluntate , aliis virtutibus moralibus existentibus in appetitu sensitivo , ad quem pertinent passiones , quæ sunt materia aliarum virtutum moralium .

Secunda ratio sumitur ex parte objecti . Nam alia virtutes laudantur solum secundum bonum ipsius virtutis ; iustitia autem laudatur secundum quod virtuosus ad aliud bene se habet : & sic iustitia quodammodo est bonum alterius , ut dicitur in V. Ethic. (cap. I. aliquant. ante fi.) Et propter hoc Philosophus dicit in I. Rhetor. (cap. IX. paulo a princ.) Necessæ est maximas virtutes esse eas quæ sunt alii utilissime (1) : siquidem est virtutis potentia beneficavit . Propriæ hoc est fortes , & iustos maxime honorantur : quoniam fortitudo est utilissima in bello , iustitia autem est in bello , & in pace .

Ad primum ergo dicendum , quod liberalitas etsi de suo det , tamen hoc facit , in quantum in hoc considerat propriæ virtutis be-

num ; iustitia autem dat alteri quod suum est , quasi considerans bonum commune : & (*) præterea iustitia observatur ad omnes ; liberalitas autem ad omnes se extendere non potest : & iterum liberalitas , quæ de suo dat , supra iustitiam fundatur , per quam unicuique quod suum est , tribuitur .

Ad secundum dicendum , quod magnanimitas , quando supervenit iustitia , auget ejus bonitatem ; quæ tamen sine iustitia nec virtutis rationem haberet .

Ad tertium dicendum , quod fortitudo etsi constat circa difficultiora , non tamen est circa meliora ; cum sit solum in bello utilis iustitia autem & in bello , & in pace ; sicut dictum est (in corp.) .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum à scripturis , & Tullio , quod iustitia præminet aliis virtutibus moralibus . A Tullio quidem ut in argumen. contray. A Scripturis per hoc quod secundum translationem Septuaginta dicitur Isa. 43. Dic tu prius iniquitates tuas , ut iustificeris . Et Rom. 3. Arbitramur , iustificari hominem per fidem . Vide de hoc Concil. Trid. sess. 6. cap. 8. Item ad Titum' 3. Justificati gratia ipsius . Ecce quantum bonum præ virtutibus moralibus (secundum Scripturas) est iustitia , quando sanctitas , homini impio ex impietate translato per fidem , & gratiam adventiens , vocatur iustificatio . Clarum est , quod inibi virtutes omnes morales simul cum iustitia infunduntur a Deo ; & tamen tota hæc sanctitas non denominatur a fortitudine , nec a prudentia , nec a temperantia , nec a magnanimitate , nec , &c . sed denominatur a iustitia . Magnum profecto bonum supra illas mortales omnes esse iustitiam per hoc designatur ; quia secundum Philosophum etiam denominatio fit a nobiliori . Non tamen ob hoc inferas , quod iustitia fit nobilior virtutibus theologicis , aut gratia : quis

7. græco latini aliquantulum ante finem , vel cap. 8. in antiquis proprius fini : Non cap. 3. sicut prius indicabatur ad marginem . Sequentes autem appendices habentur tum cap. 3. græco-lat. libri 2. Ethicorum vel cap. 3. in antiquis ; tum etiam cap. 9. græco-lat. libri tertii , vel in antiquis cap. 14. ac deinceps (non sicut prius c. 1. & 2. simul) tum c. 2. græco lat. quinti Ethicorum vel cap. 2. in antiquis , non sicut prius cap. 3. .

(1) Ut ex græco χρηματευται reddi debet , at in-

terpretes reddunt , Paulus post principium capitum nonis : Non ut prius hic & in impressis p̄fissim & in ipso etiam Manuscripto quod ad manum est , beneissime . An χρηματα τοι τιμωτας dormitus bundus qui piam sibi legere vult est , ut pro utilissimis honestissimas redderet ? At latine una vox in aliam propter abbreviatos characteres non intellectos mutata est ?

(*) Ita cum codicibus edit . Rom. optime . Alio edit . ex Gartia propterea .

comparatio fieri semper intelligitur inter illa, quæ sunt ejusdem generis, cuiusmodi non sunt gratia, & virtutes theologicae cum justitia. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis angelica vicissim doctrina hæc declaratur, & confirmetur.

Q U A E S T I O L IX.

*De Injustitia,**in quatuor articulos divisa.*

DEinde considerandum est de injustitia: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum injustitia sit speciale vitium.

Secundo, utrum iniustitia agere sit proprium iniusti.

Tertio, utrum aliquis possit injustum pati volens.

Quarto, utrum injustitia ex suo genere sit peccatum mortale.

A R I C U L U S I. 330

Utrum injustitia sit vitium speciale.

Cup. quæst. lviii. art. 5. ad 3. & infra
quæst. lxxix. art. 1. ad 3.

AD primum sic proceditur. Videtur quod injustitia non sit vitium speciale. Dicitur enim I. Joan. 111. 4. Omne peccatum est iniquitas. Sed iniquitas videtur idem esse quod iniustitia: quia justitia est æqualitas quædam, (1) unde iniustitia idem videtur esse quod inæqualitas, sive iniquitas. Ergo iniustitia non est speciale peccatum.

2. Præterea. Nullum speciale peccatum opponitur omnibus virtutibus. Sed iniustitia opponitur omnibus virtutibus: nam quantum ad adulterium opponitur castitati, quantum ad homicidium opponitur mansuetudini, & sic de aliis: Ergo iniustitia non est speciale peccatum.

(1) Ex libro 5. Ethicorum cap. 6. græco-lat. vel in antiquis cap. 4. & apud S. Thomam lect. p. ubi dicitur quod si omne iniustum est inæquale (i.eos) omne iustum e contrario est æquale. àrius quod modernus Interpres *equum reddit*.

(2) Sic enim ibi ex eorum concessione quæ ibi dem præmittit (quod scilicet nesciens, vel resistere absolute non valens, cuius manus alter utitur ad malum faciendum, non peccet) Infert nequam ergo nisi in voluntate esse peccatum; Vnde cap. 1L pec-

LIX. A R T. I.

3. Præterea. Injustitia justitiae opponitur, quæ in voluntate est. Sed omne peccatum est in voluntate, ut Augustinus dicit (Lib. de duab. animab. cap. x. & xi.) (2) Ergo iniustitia non est speciale peccatum.

Sed contra est quod iniustitia justitiae opponitur. Sed justitia est specialis virtus. Ergo iniustitia est speciale vitium.

Respondeo dicendum, quod iniustitia est duplex. Una quidem illegalis, quæ opponitur legali justitiae: & hæc quidem secundum essentiam est speciale vitium, inquantum respicit speciale objectum, scilicet bonum commune, quod contemnit; sed quantum ad intentionem est vitium generale, quia per contemptum boni communis potest homo ad omnia peccata deduci: sicut etiam omnia vita, inquantum repugnat bono communi, iniustitia habent rationem, quasi ab iniustitia derivata, sicut & supra de justitia dictum est (quæst. lviii. art. 6.)

Alio modo dicitur iniustitia secundum inæqualitatem quamdam ad alterum, prout faciliter homo vult habere plus de bonis, puta divitiis, & honoribus; & minus de malis, puta laboribus, & damnis: & sic iniustitia habet materiam specialem, & est particolare vitium justitiae particulari oppositum.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut justitia legalis dicitur per comparationem ad bonum commune humanum: ita justitia divina dicitur per comparationem ad bonum divinum, cui repugnat omne peccatum: & secundum hoc omne peccatum dicitur esse iniquitas. (3)

Ad secundum dicendum, quod iniustitia etiam particularis opponitur indirecte omnibus virtutibus, inquantum scilicet exteriores etiam actus pertinent & ad justitiam, & ad alias virtutes morales; licet diversimode, sicut supra dictum est (quæst. lviii. art. 6.)

Ad tertium dicendum, quod voluntas, sicut & ratio, se extendit ad materiam totam moralem, scilicet ad passiones, & ad operationes exteriores, quæ sunt ad alterum; sed justi-

catum sic definit quod sit voluntas retinendi, vel consequendi quod justitia vetat, & unde liberum est absinere: Ut suo loco 1. 2. quæst. 74. art. 1. & 2. plenus ex professo explicatum est.

(3) Quamvis ipso usu loquendi plus iniquitas quam peccatum sonat: cum omnis homo se peccatorem libere faceatur, iniquum vero se dicere non nunquam erubescat; ut Gregorius dicit lib. 11. Moral. cap. 21. vel 22. super illud Job 13. *Quoniam habeo iniquitates & peccata &c.*

justitia perficit voluntarem solum secundum quod se extendit ad operationes quae sunt ad alterum ; & similiter in justitia .

A P P E N D I X .

EX articulo habes *primo* : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatim fuisse a scripturis , quod in justitia est vitium speciale . Insinuat vero per hoc , quod dicitur *Eccles. 33. Contra malum bonum est : unum contra unum* . Ac si dictum sit apertius . Si unum illorum est generale , & aliud erit generale : & si unum est speciale , etiam aliud erit speciale . Natura namque contrariorum talis est : ut patet exercitatis in philosophia . Stante igitur illo dicto scripturæ , subsumas tu ; quod in justitia est virtus specialis , seu bonum speciale , q. 58. ar. 7. 8. & tunc videbis aperte , quod secundum illam scripturam , in justitia est vitium , seu malum speciale . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS II. 33

Utrum aliquis dicatur in justum ex hoc quod facit in justum .

*Inf. art. 4. ad 1. & V. Ethic. lect. 13. &
Pf. xxxv. princ.*

AD secundum sic proceditur . Videtur quod aliquis dicatur in justum ex hoc quod facit in justum . Habitus enim specificantur per objecta , ut ex supra dictis patet (1. 2. quest. l. v. art. 2.) Sed proprium objectum in justitia est justum , & proprium objectum in in justitia est in justum . Ergo & justus dicendus est aliquis ex hoc quod facit justum , & in justus ex hoc quod facit in justum . (1)

2. Præterea . Philosophus dicit in V. Ethic. (cap. ix. vers. fi.) falsam esse opinionem quorundam , qui estimant , in potestate hominis esse ut statim faciat in justum ; &

quod justus non possit minus facere in justum quam in justus . Hoc autem non esset , nisi facere in justum esset proprium in justi . Ergo aliquis judicandus est in justus ex hoc quod facit in justum .

3. Præterea . Eodem modo se habet omnis virtus ad proprium actum , & eadem ratio est de vitiis oppositis . Sed quicumque facit aliquid intemperatum , dicitur intemperatus . Ergo quicumque facit aliquid in justum , dicitur in justus .

Sed contra est quod Philosophus dicit in V. Ethic. quod *aliquis facit in justum , & in justus non est* (2) .

Respondeo dicendum , quod sicut objectum in justitia est aliquid æquale in rebus exterioribus ; ita etiam objectum in justitia est aliquid inæquale , prout scilicet alicui attribuitur plus , vel minus quam fibi competit (3) . Ad hoc autem objectum comparatur habitus in justitia mediante proprio actu , qui vocatur *injustificatio* .

Potest ergo contingere quod qui facit in justum , non est in justus duplicitate . Uno modo propter defectum comparationis ad ipsius operationis proprium objectum ; quæ quidem recipit speciem , & nomen a per se objecto , non autem ab objecto per accidens . In his autem quæ sunt propter finem , per se dicitur aliquid quod est intentum ; per accidens autem quod est præter intentionem . Et ideo si aliquis faciat aliquid quod est in justum , non intendens in justum facere , puta cum hoc facit per ignorantiam , non existimans se in justum facere , tunc non facit in justum , per se & formaliter loquendo , sed solum per accidens , & quasi materialiter faciens id quod est in justum : unde & talis operatio non denominatur *injustificatio* .

Alio modo potest contingere propter defectum comparationis ipsius operationis ad habitum . Potest enim *injustificatio* procedere quandoque quidem ex aliqua passione , puta ira , vel concupiscentia ; quandoque autem

ex

(1) Non sicut prius in Exemplari Duranensi cap. 4. 6. & 7. vel in Colonensi cap. 4. 16. in principio & 9. a medio (an per somnum ?) sed cap. 13. græco-latino vel cap. 15. in antiquis & apud S. Thomam lect. 15.

(2) Et hoc etiam prius ut ex cap. 6. per nescio quod somnum notabatur , sed ex cap. 10. græco-latino. desumptum est , vel in antiquis 11. & apud S. Thomam lect. 11.

(3) Ut jam ex 5. Ethicorum cap. 6. græcolat. vel in antiquis 4. indicatum est supra : Quod autem sub-

hangitur de in justificatione quam sit ex græco ad hoc usus vetus Interpres reddit , sed modernus *injustus factum* , ex cap. 10. græco. lat. Jam superius indicato vel ex cap. 13. in antiquis & apud S. Thomam lect. 13. desumptum est ; ubi dicitur tunc *injustus fieri* , ut *justum* , quando aliquis voluntarie operatur , non autem quando nolens : & *injustificatio* , si ve*injustus factum* (*αδικηθειμένος*) sicut & *justificatio* (*θίκαιότρεψαν*) voluntario & involuntario definiti s nimis , ut vel *justum* dicatur , vel *injustum* , si vel voluntarium vel involuntarium est &c.

ex electione, quando scilicet ipsa injustificatio per se placet : & tunc proprie procedit ab habitu , quia unicuique habenti aliquem habitum , est secundum, sa acceptum quod convenit illi habitui . Facere ergo injustum ex intentione , & electione est proprium , iusti , secundum quod iustum dicitur qui habet iustitiae habitum ; sed facere iustum præter intentionem , vel ex passione potest aliquis absque habitu iustitiae .

Ad primum ergo dicendum , quod obiectum per se , & formaliter acceptum specificat habitum ; non autem prout accipitur materialiter , & per accidens .

Ad secundum dicendum , quod non est facile cuiquam facere iustum ex electione , quasi aliquid per se placens , & non propter aliud ; sed hoc proprium est habentis habitum , ut ibidem Philosophus dicit . (1)

Ad tertium dicendum , quod objectum temperantia non est aliquid exterius constitutum sicut objectum iustitiae : sed objectum tempore , ratiōne , id est temperatum , accipitur solum in comparatione ad ipsum hominem . Et ideo quod est per accidens , & præter intentionem , non potest dici temperatum nec materialiter , nec formaliter ; & similiter neque intemperatum ; & quantum ad hoc est dissimile in iustitia , & in aliis virtutibus moralibus ; sed quantum ad comparationem operationis ad habitum , in omnibus similiter se habet .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto intelligas , merito insinuarum esse a scripturis & Philosopho , quod aliquis non est judicandus simpliciter iustum ex eo solum quod facit iustum . A Philos. quidem : ut *in arg. contr.* A scripturis vero per hoc , quod præcipitur *in lib. Num. 25.* & *Deut. 19.* & *Iesue 20.* de civitatibus refugii separandis in favorem illorum , qui nolentes , & ut scholastice loquar , per accidens occiderint proximi-

A R T . II . & III .

mum suum . Vide quanta sit differentia inter homicidam præter intentionem , & homicidam ex intentione ; ut primus a scriptura vocetur sanguinis innoxius , & civitatibus refugii munitatur a sui occisione ; secundus autem judicetur & reus sanguinis , & civitatibus refugii pro tutela indignus , & morte violenta plectendus . Secundo vides quomodo &c .

A R T I C U L U S III . 332

Utrum quis possit pati iustum volens .

Inf. quest. lxvi. art. 4. cors. & V. Eth. locl. 12. 13. & 14.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod aliquis possit pati iustum volens . Iustum enim est inaequale , ut dictum est (art. præc.) Sed aliquis lèdendo seipsum recedit ab aequalitate , sicut & lèdendo alium . Ergo aliquis potest sibi ipsi facere iustum , sicut & alteri . Sed quicumque facit sibi iustum , volens facit . (2) Ergo aliquis volens potest pati iustum , maxime a seipso .

2. Præterea . Nullus secundum legem civilem punitur , nisi propter hoc quod facit aliquam iustitiam . Sed illi qui interimane seipso , puniuntur secundum leges civitatum in hoc quod privabantur antiquitus honore sepulturæ , ut patet per Philosophum in *V. Ethic. cap. xxix.* (3) Ergo aliquis potest facere sibi ipsi iustum ; & ita contingit quod aliquis iustum patiatur volens :

3. Præterea . Nullus facit iustum , nisi alicui patienti iustum . Sed contingit quod aliquis faciat iustum alicui hoc volenti , puta si vendat ei rem carius quam valeat . Ergo contingit aliquem volentem aliquid iustum pati .

Sed contra est quod iustum pati est oppositum ei quod est iustum facere . Sed nullus facit iustum nisi volens . Ergo per oppositum nullus patitur iustum nisi nolens .

Re:

(1) Äquivalenter & implicitè saltem , eum ait , quod & vir fortis abiçere clypeum ac in fugam interdum verti potest , sed hoc ignave agere non est nisi per accidens : quia ignave tantum & iuste agere ad eum spectat , qui sic se habet (*cōsī exē*) &c .

(2) Nisi faciat per accidens & materialiter tantum ; pinta cum ab alio violenter ad seipsum percutiendum impellitur .

(3) Ignominia tantum (seu *exē*) interrogari

afferit Philosophus : sepulturæ parentiam non exprimit sed supponit , quia hæc pars ignominia prima , ut videtur est in *Syntagma Juris lib. 32. cap. 29. ex 4. Reg. 9. ex Hierem. 22. 24. 26. & ex Ecclesiast. 6.* Quod autem denegetur seipso occidentibus , vel infans dumtaxat concedatur . Platonis lex (*q. lib. 9. de legibus* , ex quo etiam referit *Syntagma Juris lib. 36. cap. 23.*)

Respondeo dicendum, quod actio de sua ratione procedit ab agente; passio autem secundum propriam rationem est ab alio. Unde non potest esse idem secundum idem agentis, & patiens, ut dicitur in III. Physicor. & in VIII.(1) Principium autem proprium agendi in hominibus est voluntas: & ideo illud proprie & per se homo facit quod volens facit; & e contrario illud proprie homopatitur quod praeter voluntatem suam patitur, quia inquantum est volens, principium est ex seipso: & ideo inquantum est hujusmodi magis est agens quam patiens.

Dicendum est ergo, quod injustum, per se & formaliter loquendo, nullus potest facere nisi volens, nec pati nisi nolens; per accidens autem, & quasi materialiter loquendo potest aliquis id quod est de se injustum, vel facere nolens (sicut cum quis praeter intentionem operatur) vel pati volens; sicut cum aliquis plus alteri dat sua voluntate quam debeat.

Ad primum ergo dicendum, quod cum aliquis sua voluntate dat alicui id quod ei non debet, non facit nec injustitiam, nec iniquitatem. (2) Homo enim per suam voluntatem possidet res; (*) & ita non est praeter proportionem, si ei aliquid subtrahatur secundum propriam voluntatem, vel a seipso, vel ab alio.

Ad secundum dicendum, quod aliqua persona singularis potest duplamente considerari. Uno modo secundum se; & sic si sibi aliquid nocumentum inferat, potest quidem habere rationem alterius peccati (puta intemperantia, vel imprudentia) non tamen rationem injustitiae; quia sicut iustitia semper est ad alterum, ita & injustitia. Alio modo potest considerari aliquis homo, inquantum est aliquid civitatis, scilicet pars; vel inquantum est aliquid Dei, scilicet creatura, & imago: & sic qui seipsum occidit, injuriarum quidem facit, non sibi, sed civitati, & Deo: & ideo punitur tam secundum le-

Samm. S. Th. Tom. VII.

gem divinam, quam secundum legem humnam; sicut & de fornicatore Apostolus dicit (I. Cor. 11. 17.) *Si quis templum Dei violaveris, disperseris ipsum Deus.*

Ad tertium dicendum, quod passio est effectus actionis exteriores. In hoc autem quod est facere, & pati injustum, id quod materiale est, attenditur secundum id quod exterioris agitur, prout in se consideratur, ut dictum est (art. praece.) id autem quod est ibi formale, & per se, attenditur secundum voluntatem agentis, & patientis, ut ex dictis patet (in cor. & art. praece.) Dicendum est ergo, quod aliquem facere injustum, & alium pati injustum, materialiter loquendo, semper se concomitantur. Sed si formaliter loquamus, facere aliquis potest injustum, intendens injustum facere; tamen aliis non patietur injustum, quia volens patietur, & e converso potest aliquis pati injustum, si nolens id quod est injustum, patiatur; & tamen ille qui hoc facit ignorans, non faciet injustum formaliter, sed materialiter tantum.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum a scripturis, quod nullus patitur injustum-volens. Insinuaturo vero per hoc, quod Dominus Petrus dicit Joan. 21. *Cum senectus, alius se cinget & ducet, quo tu non vis.* Hoc autem dixit significans, qua morte esset clarificaturus Deum. Ecce, quod denotat: quod Petrus passurus est injustum, non tamens volens. Id quod B. Cyrilus locum istum exponens in Hom. super Joan. inquit. *Dominus predixit Petro: quod eo ducetur, quo non vellet: quia nemo sanctorum sponte patitur.* Hac ille. Quod sane dictum non intelligitur sic: quod sancti non acceptaverint voluntarie mor-

N

tem

(1) Libro quidem 3. text. 8. ubi prologatur idem non posse simul esse in potentia & in actu secundum idem, quia sic idem simul activum effet ac passivum: libro autem 8. text. 40. ubi ostenditur eundem & secundum eandem sanitatem non posse simul sanari & sanare, sicut neque doceri & docere.

(2) Parum considerate abusus est hoc loco quidam casuum Conscientiae Scriptor, ut peccatum injustitiae negaret esse si quis uxorem suam concubere alteri sciens & volens patiatur, quia volenti non sit iniuria: Sed advertere debuerat aliam esse rationem eorum rerum quae voluntati nostras subsumunt, sicut

prædia, nummi, vestes vel familia; & aliam earum rerum quae ad quemlibet usum a voluntate non dependent: In illis enim injustitia non est si volenti tollantur: Quidni autem in istis, quas non potest pro arbitrio justæ ac legitimate concedere? Talis est porro uxor qua uti potest, sed ejus usum permettere non potest.

(*) Ita cod. Alcan. optime. Garcia ex Tarrac., Theologi, Nicolajus & posteriores edid. & ita non est praeter suam proportionem &c. Edit. Rom. & ita non est praeter proportionem, vel propositum, si ei aliquid subtrahatur, sed secundum propriam &c.

tem pro Christo sibi illatam : quandoquidem & libentissime quasi ad epulas invitati ad mortem ipsam cucurserunt , & præ amoris magnitudine impropterum Christi pati , omnibus mundi delectationibus in immensum præposuerunt : ut in sanctorum martyrum gestis ab Ecclesia acceptatis , & in Ecclesia solemniter lectis , passim habetur . De hoc mirando , nedum voluntario , sanctorum agone videre potes *Veritates aureas super legem veterem* , lib. Gen. i. concil. 21. &c. 29. concil. 2. Ceterum prædicta Domini , atque Cyrilli verba intelliguntur sic : quod ipsi sancti patientes , ut patientes , non voluerunt pati illud injustum (puta mortem &c.) quod patiebantur . Et hoc procul dubio verum est quod ibi a Domino , atque Cyrillo intentum & in præsenti artic. a Divo Thoma ex ratione definitum , scilicet , quod aliquis non potest pati injustum volens . Non enim illi sancti passiones sibi illatas volendo patiebantur , sed agebant : seu (quod idem est) ipsi patientes , ut patientes , non voluerunt pati , sed ut agentes : quoniam voluntas elicendo actum suum , qui est velle , agit , & non patitur . Liberum namque hominis arbitrium a Deo motum , ac excitatum cooperatur active assentiendo ipsi moventi , atque excitanti . Unde Conc. Trid. ses. 6. can. 4. anathematizat eos , qui dixerint : liberum arbitrium taliter excitatum , velut inanime quoddam , nihil omnino agere , mereque passive se habere . Stant igitur duo hæc simul , quod scilicet sanctorum quilibet & voluntarie tanquam agens , patiebatur a tyrannis injustum : & quod non voluntarie , tamquam mere patiens , patiebatur illud injustum . Secundo vides : quomodo ex iis , si bene considerentur , & applicentur , declaretur vicissim angelica doctrina præsens , & confirmetur .

ARTICULUS IV. 333

Utrum quicumque facit injustum , peccet mortaliter .

Inf. quest. lxxix. art. 1. cor. & quest. lxx. art. 4. cor. & quest. cx. art. 3. cor.

AD quartum sic proceditur . Videtur quod non quicumque facit injustum , peccet mortaliter . Peccatum enim veniale mortali opponitur . Sed quandoque veniale peccatum est quod aliquis faciat injustum : dicit enim Philosopher in V. Ethic. (1) de injusta agentibus loquens : *Quicumque non solum ignoranter , sed & propter ignorantiam peccant , venialia sunt* . Ergo non quicumque facit injustum , mortaliter peccat .

2. Præterea . Qui in aliquo parvo injustitiam facit , parum a medio declinat . Sed hoc videtur esse tolerabile , & inter minimæ malorum computandum , ut patet per Philosophum in II. Ethicor. (cap. ult. cir. f. n.) Non ergo quicumque facit injustum , peccat mortaliter .

3. Præterea . Caritas est mater omnium virtutum , ex cuius contrarietate aliquid peccatum dicitur mortale . Sed non omnia peccata opposita aliis virtutibus sunt mortalia . Ergo etiam neque facere injustum semper est peccatum mortale .

Sed contra . Quidquid est contra legem Dei , est peccatum mortale . Sed quicumque facit injustum , facit contra præceptum legis Dei : quia vel reducitur ad furtum , vel ad adulterium , vel ad homicidium , vel ad aliquid hujusmodi , ut ex sequentibus patebit (quest. lxiv. & seq.) Ergo quicumque facit injustum peccat mortaliter .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (quest. xxiv. art. 12. & 1. 2. quest. lxxii. art. 5.) cum de differentia peccatorum ageretur , peccatum mortale est quod contrariatur caritati , per quam est animæ vita . Omne autem documentum alteri illatum ex se caritati repugnat , quæ movet ad voluntarium bonum alterius . Et ideo cum injustitia semper consistat in documento allegius .

(1) Non cap. 8. sicut prius indicabatur ad marginem , sed cap. 10. greco lat. vel 13. in antiquis , & apud S. Thomam lect. 13. ubi *euγνωμονία* grece quasi *venia digna* que hic *venialis* nuncupantur . Appendix autem sequens prope finem secundi Ethi-

corum habetur implicite , cum non vituperari dicitur talis qui parum a medio declinat &c. Quod etiam sequitur *charitatem omnium virtutum esse in tremitate* notatum est suo loco , & ex Leone Papa sermoni ult. Epiphaniæ prope finem expresse colligitur ,

ris, (1) manifestum est quod facere injustum, ex genere suo est peccatum mortale.

Ad primum ergo dicendum, quod illud verbum Philosophi intelligitur de ignorantia facti, quam ipse vocat *ignorantiam particularium circumstantiarum*, (2) quae meretur veniam; non autem de ignorantia juris, quae non excusat. Qui autem ignorans facit injustum, non facit injustum nisi per accidens, ut supra dictum est (art. 2. hu. quest.)

Ad secundum dicendum, quod ille qui in parvis facit injustum, deficit a perfecta ratione ejus quod est injustum facere, inquantum potest reputari non esse omnino contra voluntatem ejus qui hoc patitur; (3) puta si auferat aliquis alicui unum pomum, vel aliquid tale, de quo probabile est quod ille inde non lèdatur, nec ei displiceat.

Ad tertium dicendum, quod peccata quae sunt contra alias virtutes, non semper sunt in nocumentum alterius, sed important inordinationem quamdam circa passiones humanae. Unde non est similis ratio. (4)

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito insinuatum esse a scripturis quod, quicumque facit injustum, peccat mortaliter. Insinuat autem per dictum Psalm. 5. *Odisisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Quicumque autem facit injustum, facit (ut patet) iniquitatem: & odibiles Deo non sunt, nisi qui peccat mortaliter, quoniam peccato veniali non exculditur quis a gratia Dei. Ex Concil. Trin. sess. 14. c. 5. & sess. 6. cap. 11. Secundo vides: quomodo ex iis bene &c.

Q U E S T I O N E L X.

De judicio.

In sex articulos divisus.

Prostea considerandum est de judicio: & circa hoc queruntur sex.

Primo, utrum judicium sit actus justitiae.

Secundo, utrum sit licitum judicare.

Tertio, utrum per suspiciones sit judicandum.

Quarto, utrum dubia sint in meliorem partem interpretanda.

Quinto, utrum judicium semper sit secundum leges scriptas proferendum.

Sexto, utrum judicium per usurpationem pervertatur.

A R T I C U L U S I. 334

Utrum judicium sit actus justitiae.

Inf. quest. lxiii. art. 4. cor. & Isa. x. lec. 6. princ.

AD primum sic proceditur. Videlur quod judicium non sit actus justitiae. Dicit enim Philosophus in I. Ethic. quod *unusquisque bene judicat qua cognoscit;* (5) & sic judicium ad vim cognoscitivam pertinere videtur. Vis autem cognoscitiva per prudentiam perficitur. Ergo judicium magis pertinet ad prudentiam quam ad justitiam, quae est in voluntate, ut dictum est (quest. lviii. art. 4.)

2. Præterea. Apostolus dicit I. Corinth. 11. 15. *Spiritualis judicat omnia.* Sed homo maxime efficitur spiritualis per virtutem caritatis, quae diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ut dicitur Rom. v. 5. Ergo judicium magis pertinet ad caritatem quam ad justitiam.

3. Præterea. Ad unamquamque virtutem pertinet rectum judicium circa propriam ma-

N 2 te-

(1) Si proprie sumatur, ut jam supra.

(2) Puta quomodo, quibus, ob quae, sive quatenus faciendum aliquid; ut exempli gratia in irascendo, sive causa, sive motivo insinuat.

(3) Ut expressius infra quest. 66. art. 6. ad 3. dicetur, cum agetur de furto ex professo; indeque probabitur quod mortale peccatum non semper sit.

(4) De illis nempe ut peccata dicantur mortalia, & de peccatis quae contra justitiam directe sunt;

non quia solum nocumentum proximi mortalia peccata constitut, sed quia notabile quodlibet nocumentum ad hoc sufficit; licet non omnis inordinationis in aliis etiam sufficiat.

(5) Ut cap. 3. in antiquis vel in græco-latinis capite 1. videre est: Ubi proinde insert quod absolute de omnibus bene judicat qui omnia cognoscit, non ad juvenem id pertinet.

teriam : quia *virtuosus in singulis est regula, & mensura*; secundum Philoſophum in Lib III. Ethic. (1) Non ergo judicium magis pertinet ad iustitiam quam ad alias virtutes morales.

4. Præterea. Judicium videtur ad solos iudices pertinere. Actus autem iustitiae inventur in omnibus iustis. Cum ergo non soli iudices sint justi, videtur quod judicium non sit actus proprius iustitiae.

Sed contra est quod in Ps. xciiii. 15. dicitur : *Quoadusque iustitia convertatur in judicium.* (2)

Respondeo dicendum, quod judicium proprie nominat actum iudicis, in quantum iudex est: *Judex autem dicitur, quasi jus dicens;* ius autem est objectum iustitiae, ut supra habitum est (quæst. lvii. art. 1.) Et ideo judicium importat, secundum primam nominis impositionem, definitionem, vel determinationem justi, sive juris. Quod autem aliquis bene definiat aliquid in operibus virtuosis, proprie procedit ex habitu virtutis; sicut castus recte determinat ea quæ pertinent ad castitatem.

Et ideo judicium, quod importat rectam determinationem ejus quod est justum, proprie pertinet ad iustitiam. Propter quod Philoſophus in V. Ethic. (cap. iv. ante mcd.) dicit, quod *homines ad judicem configuntur sicut ad quendam iustitiam animam.*

Ad primum ergo dicendum, quod nomen iudicij, quod secundum primam impositionem significat rectam determinationem iustorum, ampliatum est ad significandum rectam determinationem in quibuscumque rebus, tam in speculativis, quam in practicis. In omnibus tamen ad rectum judicium duo requiruntur. Quorum unum est ipsa virtus proferens iudicium; & sic iudicium est actus rationis: dicere enim, vel definire aliquid, rationis est. Aliud autem est dispositio iudicantis, ex qua habet idoneitatem ad recte iudican-

dum: & sic in his quæ pertinent ad iustitiam, judicium procedit ex iustitia; sicut & in his quæ ad fortitudinem pertinent, ex fortitudine. Sic ergo judicium est quidem actus iustitiae sicut inclinantis ad recte iudicandum, prudentiae autem sicut judicium proferentis: unde & synesis ad prudentiam pertinens dicitur *bene iudicativa*, ut supra habitum est (quæst. li. art. 3).

Ad secundum dicendum, quod homo spiritualis ex habitu caritatis habet inclinationem ad recte iudicandum de omnibus secundum regulas divinas, ex quibus iudicium per donum sapientiae pronuntiat; sicut iustus per virtutem prudentiae pronuntiat iudicium ex regulis juris.

Ad tertium dicendum, quod alias virtutes ordinant hominem in seipso; sed iustitia ordinat hominem ad alium, ut ex dictis patet (quæst. lviii. art. 2. 9. & 10.) Homo autem est dominus eorum quæ ad ipsum pertinent: non autem est dominus eorum quæ ad alium pertinent. Et ideo in his quæ sunt secundum alias virtutes, non requiritur nisi iudicium virtuosi, extenso tamen nomine iudicij, ut dictum est (in resp. ad l.) Sed in his quæ pertinent ad iustitiam, requiritur ulterius iudicium alicuius superioris, qui utrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Et propter hoc iudicium specialius pertinet ad iustitiam quam ad aliquam aliam virtutem.

Ad quartum dicendum, quod iustitia a principio quidem est sicut virtus architectonica, (3) quasi imperans, & præcipiens quod iustum est; in subditis autem est tamquam virtus executiva, & ministrans. Et ideo iudicium, quod importat definitionem justi, pertinet ad iustitiam, secundum quod est principali modo in præidente.

A P.

(1) Non cap. 3. libri tertii, sicut prius indicabatur ad marginem, sed in græco-latinis cap. 6. vel c. 10. in antiquis, & apud S. Thomam lect. 10. prope finem.

(2) Alio sensu Auguſtinus explicat, quod qui nunc iustitiam in mundo habent, postea iudicabunt cum Apostolis, de quibus nominat id intelligit, ut & Cassiodorus qui eodem otiam sensu interpretatur: Theodoretus autem, *Donec appuruerit iustitia Dei reddentis omnisibus iudicium.* Et iustitiam Dei Christianum ipsum vocari adit; qui convertetur in iudicium, cum eos tantum qui negaverint adventum suum, iudicabit: Uroque sensu Beda: Sed huc maxime posterior pertinet; Ut & illud ex Ifidoro sum-

ptum lib. 18. Etymologiarum vel Originum cap. 15. *Judex non est si non est in eo iustitia:* Ex quo etiam loco desumitur quod *Judex quasi jus dicens* appelletur: Utrumque porro Extra de yerborum significacione cap. *Forus*, ac in Decretis Gauſa 23. quæst. 2. cap. *Iustum*, iude relatum videre est: Sicut & quod *homines ad Judicem tamquam ad iustitiam animam configuntur*, sumptum est ex cap. 7. græco-lat. vel in antiquis cap. 6. non sicut prius indicabatur ad marginem cap. 9.

(3) Ex græco *ἀρχιτέκτων* seu principali artifice per metaphoram, lib. 1. Magnorum Moralium sub finem: Sicut & 6. Ethic. cap. 8. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas merito a scripturis fuisse insinuatam , quod judicium est actus iustitiae . Insinuatur autem Psal. *Quoadusque iustitia convertatur in judicium* . Hoc est . Quoadusque iustitia exeat in actum suum . Secundo vides , quomodo ex iis bene pensatis & applicatis &c.

A R T I C U L U S II. 335

Utrum sit licitum judicare .

*Inf. art. 3. & 6. & quest. lxvii. art. 1. & IV.
diss. xlvi. quest. 1. art. 1. & Rom.
1. & I. Cor. 14.*

AD secundum sic proceditur . Videlur quod non sit licitum judicare . Non enim infligitur pena nisi pro illicito . Sed judicantibus imminet pena , quam non judicantes effugiunt , secundum illud Matth. vii. 1. *Nolite judicare , ut nos judicemus* . Ergo judicare est illicitum .

2. Præterea . Rom. xiv. 4. dicitur : *Tu quis es , qui judicas alienum servum ? Seo domino stat , aut cadit* . Dominus autem omnium Deus est . Ergo nulli homini licet judicare .

3. Præterea , Nullus homo est sine peccato , secundum illud I. Joan. i. 8. *Si dixerimus , quia peccatum non habemus , nos ipsos seducimus* . (1) Sed peccanti non licet judicare , secundum illud Rom. iil. 1. *Inexcusabilis homo omnis qui judicas : in quo enim alterum judicas , teipsum condemnas : eadem enim agis que judecas* . Ergo nulli est licitum judicare .

Sed contra est quod dicitur Deuter. xvii. 18. *Judices , & magistros constitues in omnibus*

partis tuis , (2) ut judicent populum justo iudicio .

Respondet dicendum , quod judicium instantum est licitum , inquantum est iustitiae actus . Sicut autem ex predictis patet (art. prec.) ad hoc quod judicium sit actus iustitiae , tria requiruntur : primo quidem ut procedat ex inclinatione iustitiae ; secundo quod procedat ex auctoritate præsidentis ; tertio quod proferatur secundum rectam rationem prudentiae .

Quodcumque autem horum defuerit , judicium erit vitiosum , & illicitum : uno quidem modo , quando est contra rectitudinem iustitiae ; & sic dicitur *judicium perversum* , vel *injustum* : alio modo , quando homo judicat in his in quibus non habet auctoritatem ; & sic dicitur *judicium usurpatum* : tertio modo , quando deest certitudo rationis puta cum aliquis de his judicat quæ sunt dubia , vel occulta , propter alias leves conjecturas ; & sic dicitur *judicium suspicuum* , vel *temerarium* .

Ad primum ergo dicendum , quod Dominus ibi prohibet judicium temerarium , quod est de intentione cordis , vel de aliis incertis , ut Augustinus dicit in Lib. II. de serm. Dom. in monte (cap. xvii.) vel prohibet ibi judicium de divinis , de quibus , cum sint supra nos , non debemus judicare , sed simpliciter ea credere , ut Hilarius dicit super Matth. (can. v. ad fin.) vel prohibet judicium quod non sit ex benevolentia , sed ex animi amaritudine , ut Chrysostomus dicit (alias hom. xvii. in op. imperf. circ. princ.)

Ad secundum dicendum , quod judex constituitur ut minister Dei : unde dicitur Deuter. i. 16. *Quod justum est , judicare : & postea subdit , quia Dei est judicium* .

Ad tertium dicendum , quod ita qui sunt in gravibus peccatis , non debent judicare eos qui sunt in eisdem peccatis , vel minoribus , ut Chrysostomus (alias Auctor) dicit super illud

(1) Ut & Proverb. 20. vers. 9. *Quis potest dicere , mundum est cor meum , purus sum a peccato?*

(2) Puta in civitatum sive urbium portis ubi judicatorum locus erat : Unde Proverb. 3r. de muliere forti vers. 23. *Nobilis in portis vir ejus : Ubi Beda: Quis veteres (inquit) in portis sedere ad judicandum solebant , ut venientes ad civitatem aliunde parvorum continuo responsum judicantis acciperent ; & nec rusticos vel pastores insolita urbis adficiae stupescerent , nec rursum pacem urbis intrinsecus flequens litigantium controversias fadarent .*

(3) *Hoc logo (inquit) nihil aliud nobis præcipi*

existimo nisi ut ea facta quæ dubium est quo animo fiane in meliorem partem interpretemur &c. Canone autem 5. in Matthæum sub nomine Hilarius : Nunquid boni iudicis arbitrium suscipi non oportebit ? Sed judicari de sponsionibus suis vacuit , quia hoc judicium ex opinioni ambiguitate suscipitur : quod penitus repellit a nobis ut costans positus fides retineatur , quia non sicut in ceteris rebus peccatum sit perpetrare judicasse , sed in rebus de Deo tantummodo judicium initium esse sit criminis . De Chrysostomi autem appendice dicetur articulo sequenti.

illud Matth. vii. *Nolite judicare* (hom. xxiv. oper. imp. in Matth. parum a princ.) Et præcipue hoc est intelligendum , quando illa peccata sunt publica , quia ex hoc generatur scandalum in cordibus aliorum . Si autem non sunt publica , sed occulta , & necessitas judicandi immineat propter officium , potest cum humilitate , & timore vel arguere , vel judicare . Unde Augustinus dicit in Lib. II. de serm. Domin. in monte (cap. xix. circ. med.) *Si invenerimus nos in eodem vitio esse , congemiscamus , & ad pariter conandum invitemus* . Nec tamen propter hoc homo sic seipsum condemnat , ut novum condemnationis meritum sibi acquirat ; sed quia condemnans alium , ostendit se similiter condemnabilem esse propter idem peccatum , vel simile .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per ratio nem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito insinuatum a Scripturis : quod licitum est judicare . Insinuatur vero per dictum Deuter. 6. *Judices , & magistros consitentes in omnibus portis suis , ut judicent populum justo judicio* . Ubi nota ly *justo judicio* . Designat enim per hoc Scriptura , & quod non omne judicium est justum , & quod non nisi justo judicio licet judicare . Item per factum Dan. cap. 13. *Separate eos procul , & dijudicabo eos* . Facta enim Sanctorum , cum a Spíitu sancto agantur , Roman. 8. sunt tanquam norma divinitus nobis data visibiliter ad discernendum bonum a malo , idest , ad cognoscendum quid bonum sit , si ipsi hoc fecerint : & quid sit malum , si ipsi id pro malo respuerint . Segundo vides : quomodo ex iis bene pensatis , & applicatis declaretur vi- cissim angelica hæc doctrina , atque confirmetur .

A R T I C U L U S III. 336

Utrum judicium ex suspicione procedens sit illicitum .

Loci supra art. 2. inductis , & quolibet XII. art. 25.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod judicium ex suspicione procedens non sit illicitum . Suspicio enim videtur esse opinio incerta de aliquo malo : unde & Philosophus in VI. Ethic. (cap. iii.) ponit , quod *suspicio se habet & ad verum , & ad falsum*. (1) Sed de singularibus contingentibus non potest haberi opinio nisi incerta . Cum ergo judicium humanum sit circa humanos actus , qui sunt in singularibus , & contingentibus , videtur quod nullum judicium esset licitum , si ex suspicione judicare non liceret .

2. Præterea . Per judicium illicitum fit aliqua injuria proximo . Sed suspicio mala in sola opinione hominis consistit ; & sic non videtur ad injuriam alterius pertinere . Ergo suspicionis judicium non est illicitum .

3. Præterea . Si sit illicitum , oportet quod ad iniustitiam reducatur : quia judicium est actus iniustitiae , ut dictum est (art. i. hu. quæst.) Sed iniustitia ex suo genere semper est peccatum mortale , ut supra habitum est (quæst. lix. art. 4.) Ergo suspicionis judicium esset semper peccatum mortale , si esset illicitum . Sed hoc est falsum : quia *suspiciones visitare non possumus* , ut dicit Glossa Augustini (ord. tract. xc. in Joan. ante med.) super illud I. Cor. iv. *Nolite ante tempus judicare* . Ergo judicium suspiciosum non videatur esse illicitum .

Sed contra est quod Chrysostomus (alias Auctor) super illud Matt. vii. *Nolite judicare &c.* (hom. xvii. in op. imperf. in princ.) dicit : „ Dominus hoc mandato non „ prohibet , Christianos ex benevolentia alios „ corripere , sed ne per jactantiam iniustitiae „ sua Christiani Christianos despiciant , ex „ solis plerumque suspicionibus odientes certe „ ros , & condemnantes . „ (2)

Re-

(1) Sub nomine opinionis ex cap. 3. & ex cap. 5. græco-latino colligitur , ac ex cap. 6. per oppositum , ubi ex quinque habitibus intellectivis quatuor tantum semper ad verum se habere dicuntur , numquam autem ad falsum ; prudentia nimis ; scientia , sapientia , & intellectus : Ex quo sequitur quod ars &

multo magis opinio ad verum & ad falsum indifferenter se habeant : Sed sub nomine suspicionis ex cap. 3. 4. & 5. in antiquis habetur .

(2) Ex authore operis imperfecti (qui Chrysostomus olim putabatur) sumptum est homil. 17. in Matthæum : Præcedens autem Glossa quæ Augustini nomen

Respondeo dicendum, quod, sicut Tullius dicit, suspicio importat opinionem mali, quando ex levibus indiciis procedit: & contingit ex tribus. Uno quidem modo ex hoc quod aliquis in seipso malus est; & ex hoc ipso, quasi conscientia suæ malitia, faciliter de aliis malum opinatur, secundum illud Eccl. x. 3. *In via fluster ambulans, cum ipse sis insipiens, omnes fluster estimas.* Alio modo provenit ex hoc quod aliquis male afficitur ad alterum: cum enim aliquis contemnit, vel odit aliquem, aut irascitur, vel invidet ei, ex levibus signis opinatur mala de ipso: quia unusquisque faciliter credit quod appetit. Tertio modo provenit ex longa experientia: unde Philosophus dicit in II. Rhet. (cap. xiiii. parum a princ.) quod *fenes sunt maxime suspiciosi, quia mulieres experti sunt aliorum defectus.*

Prima autem duæ suspicionis cause manifeste pertinent ad perversitatem affectus; terciam vero causa diminuit rationem suspicionis, inquantum experientia ad certitudinem proficit, quæ est contra rationem suspicionis. Et ideo suspicio vitium quoddam importat; & quanto magis procedit suspicio, tanto magis est vitiosa.

Est autem triplex gradus suspicionis. Primus quidem gradus est ut homo ex levibus indiciis de bonitate alicujus dubitare incipiatur: & hoc est *veniale*, & leve peccatum: pertinet enim ad tentationem humanam, sine qua vita ista non ducitur, ut habetur in Glossa (ord. Aug. cit. in arg. 3.) super illud I. ad Cor. iv. *Nolite ante tempus judicare.* Secundus gradus est cum aliquis pro certo malitiæ alterius estimat ex levibus indiciis: & hoc si sit de aliquo gravi, est peccatum mortale, inquantum non est sine contemptu pro-

ximi; unde Glossa ibidem subdit: *Si ergo suspiciones vitare non possumus, quia homines sumus; judicia tamen, idest definitiæ, firmasque sententias continere debemus.* Tertius gradus est cum aliquis judex ex suspicione procedit ad aliquem condemnandum: & hoc directe ad injustitiam pertinet; unde est peccatum mortale.

Ad primum ergo dicendum, quod in humanis actibus invenitur aliqua certitudo, non quidem sicut in demonstrativis, sed secundum quod convenit tali materiæ, puta cum aliquid per idoneos testes probatur.

Ad secundum dicendum, quod ex hoc ipso quod aliquis malam opinionem habet de alio, sine causa sufficienti, indebet contemnit ipsum; & ideo injuriatur ei. (1)

Ad tertium dicendum, quod quia justitia, & injustitia est circa exteriores operationes, ut dictum est (quæst. lvi. art. 9. & quæst. lix. art. 2.) tunc judicium suspicionis directe ad injustitiam pertinet quando ad actum exteriorem procedit: & tunc est peccatum mortale, ut dictum est (in corp. art.) Judicium autem interius pertinet ad injustitiam, secundum quod comparatur ad exteriorem, sicut concupiscentia ad fornicationem, & ira ad homicidium.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, insinuatum merito suffit a scripturis, quod illicitum est judicium ex suspicione sola procedens: insinuaturo vero per dictum Matth. 7. *Nolite judicare, & non judicabimini, &c.* & magis id patet, si adjungatur expositio B. Chry-

nomen præfert, ex Tract. 90. in Joannem, ubi plenius: *Pertinet ad nos ne pernicioſa opinione fal-lamur, ut quia non possumus hominum indagare conſcienciam, de ipsis rebus habeamus veram reclamque ſententiam &c.* Ut cum de ipsis rebus quod appetendum est appetimus, quod devitandum est devitamus, ignoscatur nobis quod de occulis hominum aliquando non vera ſentimus: Hoc enim ad humanam tentationem pertinere arbitror, sine qua duci vita ista non posset, ita ut Apollotus diceret (1. ad Cor. 10.) Tentatio vos non apprehendat nisi humana: Quid enim tam humanum quam non posse inspicere cor humanum, & ideo aliud quam quod ibi agitur ſuſpicari? Quanquam & in his rerum tenebris humanarum (hoc est cogitationum alienarum) etiæ ſuſpicio-nes vitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen &c. ut paulo post in textu: Et mox

veniale tentationem Vocab.

(1) Seu injuriam ei facit: Hinc L ad Timoth. 6. inter peccata mortalia *suspicio[n]es mali* recensentur: Hinc inter notas charitatis 1. ad Corinth. 13. quod *non cogitas malum*; idest, ut Chrysostom. hom. 33. in eum locum interpretatur, *non modo nihil male comparat contra illum qui diligitur, sed ne ſuſpiciatur quidem*: Mine etiam non irritari premitur: Quomodo enim (addit ibidem Chrysostomus) fuerit irritata quæ nec tolerat malum ſuſcipere ſuſpicio[n]es ex qua est fons ira? Hinc ſuper illud *Amputa opprobrium mōnum quod ſuſpiciatur sum August. Conc. 12. in Ps. 118.* Suum dixit opprobrium quod de aliis est ſuſpiciatus: *Mot opprobriū ergo a ſe poſtulabat auferri, ut non eſſet ſimilis diabolo qui de occulis Job ſuſpiciatus eſt quod non gratis coleres Deum &c.*

Chrysostomi : ut in argu. contr. item per hoc; quod *Luc.* 7. Phariseus ex suspicione præteritæ virtæ judicans Magdalenam adhuc peccatricem convincitur a Domino de malo iudicio, idest, quod illud ipsius iudicium fuerit illicitum. Item per hoc, quod Pharisei murmurantes ex suspicione contra Matthæum, ac socios, immo & contra dominum, a Domino ipso ex ratione convincuntur de iudicio ipsorum malo. *Mat.* 9. *Luc.* 5. Secundo vides: quomodo ex iis, & similibus, quod, nunc præcipue in Evangelii, subintelligendum ubique est, si bene considerentur, & applicentur, vicissim angelica doctrina præsens declaretur, & confirmetur.

A R T I C U L U S IV. 337

Utrum dubia sint in meliorem partem interpretanda.

AD quartum sic proceditur. Videatur quod dubia non sint in meliorem partem interpretanda. Judicium enim magis debet esse de eo quod in pluribus accidit. Sed in pluribus accidit quod aliqui male agant: quia stultorum est numerus infinitus, ut dicitur *Eccle.* 1. 15. *proni enim sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua*, ut dicitur *Genes.* viii. 21. Ergo dubia magis debemus interpretari in malum quam in bonum.

2. Præterea. Augustinus dicit (*Lib. I. de doctr. christ. cap. xxvii. in princ.*) quod illo pie, & *juste viris qui verum integer est estimator, in neutram partem declinando.* Sed ille qui interpretatur in melius quod dubium est, declinat in alteram partem. Ergo hoc non est faciendum.

3. Præterea. Homo debet diligere proximum sicut seipsum. Sed circa seipsum homo debet dubia interpretari in pejorem partem, secundum illud *Job.* ix. 26. *Verebar omnia spira mea.* Ergo videtur quod ea quæ sunt

dubia circa proximos, sint in pejorem parte interpretanda.

Sed contra est quod *Rom. xvi. super illud, Qui non manducat, manducantem non judicet*, dicit *Glossa*, (1) Dubia in meliorem partem sunt interpretanda.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (*art. præc. ad 2.*) ex hoc ipso quod aliquis habet malam opinionem de alio absque sufficienti causa, injuriatur ei, & contemnit ipsum. Nullus autem debet alium contemnere, vel nocumentum quodcumque inferre absque causa cogente. Et ideo ubi non apparent manifesta indicia de malitia alicuius, debemus eum ut bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium est.

Ad primum ergo dicendum, quod potest contingere quod ille qui in meliorem partem interpretatur, frequentius fallitur; sed melius est quod aliquis frequenter fallatur, habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam quod rarius fallatur, habens malam opinionem de aliquo homine bono: quia ex hoc fit injuria alicui, non autem ex primo.

Ad secundum dicendum, quod aliud est judicare de rebus, & aliud de hominibus. In iudicio enim in quo de rebus judicamus, non attenditur bonum, vel malum ex parte ipsius rei, de qua judicamus, cui nihil nocet qualitercumque judicemus de ipsa; sed attenditur ibi solum bonum judicantis, si vere judicet, vel malum, si falso: quia *verum* est bonum intellectus, *falsum* autem est malum ipsius, ut dicitur in *VI. Ethic.* (*cap. II.*) & ideo unusquisque debet nisi ad hoc quod de rebus judicet, secundum quod sunt. Sed in iudicio quo judicamus de hominibus, præcipue attenditur bonum, & malum ex parte ejus de quo judicatur: qui hoc ipso honorabilis habetur, quod bonus judicatur, & contemptilis, si judicetur malus. Et ideo ad hoc potius tendere debemus in tali iudicio quod hominem judicemus bonum, nisi manifesta ratio in contra-

(1) Vel sic, ex Augustino de sermone Dom. in monte lib. 2. cap. 18. seu 28. *Es qua dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretandum.* Hoc est enim quod illis verbis. *Nolite judicare*, nobis præcipi alt, ut jam indicatum est art. 2. ad 1. Hujus rei exemplum ex Deuteronomi cap. 22. vers. 25. colligi potest; ubi dicitur quod si pueram defponatam vir in agro seorsim repererit & cum ea concubuerit, ipse morietur solus pueram vero nihil patietur mali nec erit rea mortis, & ratio redditur, quia sola eras in agro, clamauisti, & nullus adfuit qui liberaret eam: Sed unde constat an clamaverit vel per violentiam cognita sit? Nempe *Lex factum*

interpretatur in meliorem partem, ait Lyranus ibi; & ex hoc argumentum habetur quod dubia sint in meliorem partem interpretanda &c. Adde quod paucum unum & idem factum non eadem intelligatione a diversis fieri potest; adeoque nec sine periculo deceptionis in alterutram partem judicari. Risit Abraham cum filius ei promitteretur *Genes.* 17. vers. 17. Risit & Sara (*Genes.* 18. vers. 2.) Non reprehensus quod riserit Abraham, quia risus admirationis & laetitiae fuit: Reprehensa est Sara, quia dubitatis fuit sive diffidit: *Nec hoc nisi ab illo disjdicari potuit qui corda hominum novit*, ut Augustinus notat quæst. 36. super Genesim &c.

trarium appareat. Ipsi autem homini judicanti falsum, judicium quo bene judicat de alio, non pertinet ad malum intellectus ipsius, sicut nec ad ejus perfectionem pertinet secundum se cognoscere veritatem singularium contingentium; sed magis pertinet ad bonum affectum.

Ad tertium dicendum, quod interpretari aliquid in deteriorem, vel meliorem partem, contingit duplicitate. Uno modo per quamdam suppositionem: & sic, cum debemus aliquibus malis adhibere remedium sive nostris, sive alienis, expedit ad hoc securius remedium apponatur, quod supponatur id quod est deterius: quia remedium quod est efficax contra majus malum, multo magis est efficax contra minus malum. Alio modo interpretamur aliquid in bonum, vel malum, definiendo, sive determinando: & sic in rerum judicio debet aliquis niti ad hoc ut interpretetur unumquodque, secundum quod est; in judicio autem personarum, ut interpretetur in melius, sicut dictum est (in corp. art. & ad 2.).

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a scripturis insinuatum, quod dubia sunt in meliorem partem interpretanda. Insinuatur autem per dictum Matth. 7. *Nolite judicare, & non iudicabimini; nolite condemnare, & non condemnabimini*, super quo dicit Beda in Homil. Hoc loco nihil aliud præcipi existimo, nisi ut ea facta, que, dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretentur. Nam & de genere ciborum, quia possunt bono animo, & simplici corde sine vitio concupiscentiae quicunque humani cibi indifferenter sumi, prohibet Apostolus judicari eos, qui carnis vescebantur, & bibebant vinum, ab eis, qui se ab hujusmodi alimentis temperabant. *Qui manducat, inquit, non manducantem non spernat; & qui non manducat, manducantem non judicet.* Hæc ille, exceptis ly nam, &c. In-

Summ. S. Th. Tom. VII.

tellige tu de cibis secundum se, id est manente eorum indifferentia, puta, non contra obedientiam, &c. Secundo vides, &c.

A R T I C U L U S V.

Utrum sit semper secundum leges scriptas judicandum.

Inf. art. 6. cor.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod non sit semper secundum leges scriptas judicandum. Semper enim vitandum est iustum judicium. Sed quandoque leges scriptæ continent injustitiam, secundum illud Isa. x. 1. *Ve qui condunt leges iniquas, & scribentes injustitiam scripserunt.* Ergo non semper est secundum leges scriptas judicandum.

2. Præterea. Judicium oportet esse de singularibus eventibus. Sed nulla lex scripta potest omnes singulares eventus comprehendere; ut patet per Philosophum in V. Ethic. (1) Ergo videtur quod non semper sit secundum leges scriptas judicandum.

3. Præterea. Lex ad hoc scribitur ut sententia legislatoris manifestetur. Sed quandoque contingit quod si ipse legislator præsens esset, aliter judicaret. Ergo non est semper secundum leges scriptas judicandum.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. de vera relig. (cap. xxxi. a med.) *In iis temporalibus legibus, quamquam de his homines judicent, cum eas instituerint* (2); *cum tamen fuerint instituta, & firmata, non licet judicibus de eis judicare, sed secundum ipsas.*

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. 1. hu. quæst.) judicium nihil aliud est quam quedam definitio, vel determinatio ejus quod iustum est. Fit autem aliquid iustum duplicitate: uno modo ex ipsa natura rei, quod dicitur *jus naturale*; alio modo ex quedam condicione inter homines (3) quod dicitur *jus positivum*, ut supra habitum est (quæst. lvii. art. 2.) Leges autem scribuntur

O

(1) Äquivalenter saltem tum cap. 10. græco-latino, tum cap. 15. in antiquis & apud S. Thomam lect. 16.

(2) Non ut inepte quedam Exemplaria legunt, instituuntur: Senus enim est quod quando instituunt legem homines, tunc de illa judicant an iusta sit & an institui debeat &c.

(3) Sive unius tantum nationis vel Regni, ut sunt leges Francorum, Hispanorum, Longobardorum &c. Sive inter homines universos totius mundi quoad aliqua que omnibus unanimiter communia sunt: Quale illud ex Augustino lib. 3 Confess. cap. 8. *generale pactum societas humana obediens Regibus suis &c.* Tametsi enim jure divino sit parendum Regibus & eorum potestas ex ordinatione divina sit quando instituuntur, ipsa tamen institutio ex consensu vel pacto populorum a principio fuit vel etiamnum apud quosdam est &c.

ut ad utriusque juris declarationem ; aliter tamen & aliter ; nam legis scriptura jus quidem naturale continet , sed non instituit , non enim habet robur ex lege , sed ex natura ; jus autem positivum scriptura legis & continet , & instituit , dans ei auctoritatis robur.

Et ideo necesse est quod judicium fiat secundum legis scripturam : alioquin judicium deficeret vel a justo naturali , vel a justo positivo .

Ad primum ergo dicendum , quod lex scripta sicut non dat robur juri naturali , ita nec potest ejus robur minuere , vel auferre ; quia nec voluntas hominis potest immutare naturam . Et ideo si scriptura legis contineat aliquid contra jus naturale , injusta est , nec habet vim obligandi . Ibi enim jus positivum locum habet , ubi quantum ad jus naturale nihil differt , utrum sic vel aliter fiat , sicut supra habitum est (quæst. lvi. art. 2. ad 2.) Et ideo nec tales scripturæ leges dicuntur , sed porius legis corruptiones , ut supra dictum est (1. 2. quæst. xc. art. 2.) Et ideo secundum eas non est judicandum .

Ad secundum dicendum , quod sicut leges iniquæ secundum se contrariantur juri naturali vel semper , vel ut in pluribus ; ita etiam leges quæ sunt recte positæ , in aliquibus casibus deficiunt ; in quibus si servarentur , essent contra jus naturale . Et ideo in talibus non est secundum litteram legis judicandum , sed recurrendum ad æquitatem , quam intendit legislator . Unde Jurisperitus dicit (1) *Nulla ratio juris , aut aequitatis benignitas patitur , ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur , ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem :* & in talibus etiam legislator aliter judicaret ; & si considerasset , lege determinasset .

Et per hoc patet responsio ad tertium .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto in-

(1) Modestinus nimis in Responsis lib. 8. ex quo refertur in ff. (hoc est Digestis) lib. 1. tit. de legibus (vel tit. 3.) leg. 25. non 24. sicut prius : Quam accurate autem lect. pro lege quedam Exemplaria legunt : Accedit quod ibidem leg. 10. sic dicitur : *Negat leges negat Senatus consulta ita scribi possunt , ut omnes causas qui quandoque incident , comprehendantur , sed sufficit in illis ea que plerumque accidunt , consineri :* Et rursum leg. 12. Non possunt omnes articuli sigillatim aut legibus quis Separatim

telligas , merito insinuatum fuisse a scripturis , & B. Aug. quod semper secundum leges scriptas est judicandum . A B. quidem Aug. ut in arg. contr. Ubi tu ly firmate , intellige , promulgatæ , & populi usu acceptatæ . A scripturis vero per hoc , quod dicitur Rom. 2. *Qui in lege peccaverunt , per legem judicabuntur .* Item per hoc , quod , postquam dixerat Dominus Lev. 19. *Iuste judica proximo tuo , subdit in eodem contextu , leges meas custodire .* Ac si , expounding ly iuste , dixerit . Judica proximo tuo secundum leges meas . Item per hoc , quod etiam Pilatus tanquam a naturali lumine dulcis , sanxit , judicia debere fieri , seu secundum esse , secundum leges scriptas , dum Iudæis ait , Joann. 18. *Accipite eum vos , & secundum legem vestram judicate eum .* Item per hoc , quod , postquam dictum fuerat Deuteronom. 17. *Indicabunt tibi judicii veritatem , subditur , facies , quæcumque dixerint , qui praesunt loco , quem elegit Dominus , & docuerint te iusta legem ejus .* Ac si apertius ex contextu dicatur : Indicabunt tibi judicii veritatem iuxta legem ejus ; Vel (quod in idem reddit) judicium tunc erit verum , quando secundum legem scriptam fiet . Secundo vides quomodo ex iis bene pensatis , & applicatis vicissim angelica doctrina hæc declaretur , & confirmetur .

A R T I C U L U S VI.

339

Utrum judicium per usurpationem reddatur perversum .

Sup. art. 2. cor. & inf. quæst. lxvii. art. 1. & IV. dist. xvii. quæst. iii. art. 3. qu. 4. & dist. xlvi. qu. 1. art. 1. cor.

AD sextum sic proceditur . Videtur quod judicium per usurpationem non reddatur perversum . Justitia enim est rectitudine quædam in agendis . Sed nihil deperit veritati ,

sunt compendi : Sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est , is qui jurisdictioni praestat , ad similitudinem procedere atque ita ius dicere debet : Itemque leg. 32. De quibus causis scriptis legibus non usumur , id custodiens oportet quod moribus & consuetudine inductum est : Et si qua in re hoc deficeret , tunc illud quod proximum & consequens ei est . Si ve quod conformius ei & maiorem cum illo analogiam habens , ac propterea tale ut ex eo inferri iuste possit .

ri , a quocumque dicatur ; sed a quocumque est accipienda . Ergo etiam nihil deperit iustitiae , a quocumque justum determinetur , quod pertinet ad rationem judicii .

2. Præterea . Peccata punire ad judicium pertinet . Sed aliqui laudabiliter leguntur peccata punisse , qui tamen auctoritatem non habebant super illos , quos puniebant ; sicut Moses occidendo Ægyptium , ut haberet Exodus . 11. & Phinees filius Eleazar Zambosi filium Salumi , ut legitur Num . xxv. & reputatum est ei ad iustitiam , ut dicitur in Psalm . cv . Ergo usurpatio judicii non pertinet ad iniustiam .

3. Præterea . Potestas spiritualis distinguitur a temporali . Sed quandoque prælati habentes spiritualem potestatem intromittunt se de his quæ pertinent ad secularis potestatem . Ergo usurpatum judicium non est illicitum .

4. Præterea . Sicut ad recte judicandum requiritur auctoritas , ita etiam & iustitia judicantis , & scientia , ut ex supradictis patet (art . 2. hu . quæst .) Sed non dicitur judicium esse iniustum , si aliquis judicet non habens habitum iustitiae , vel non habens scientiam juris . Ergo etiam neque judicium usurpatum , quod fit per defectum auctoritatis , semper erit iniustum .

Sed contra est quod dicitur Rom . xiv . 4 .
Tu quis es , qui judicas alienum seruum .

Respondeo dicendum , quod cum judicium sit ferendum secundum leges scriptas , ut dictum est (art . præc .) ille qui judicium fert , legis dictum quodammodo interpretatur , applicando ipsum ad particulare negotium . Cum autem ejusdem auctoritatis sit legem interpretari (1) , & legem condere ; sicut lex condit non potest nisi publica auctoritate , ita nec judicium ferri potest nisi publica auctoritate : quæ quidem se extendit ad eos qui communione subduntur .

Et ideo sicut iniustum esset ut aliquis constringeret alium ad legem servandam , quæ non esset publica auctoritate sancta ; ita etiam iniustum est , si aliquis compellat aliquem ferre judicium quod publica auctoritate non fertur .

Ad primum ergo dicendum , quod pronuntiatio veritatis non importat (*) compulsionem ad hoc quod suscipiatur ; sed liberum est unicuique eam recipere , vel non recipere , prout vult ; sed judicium importat quamdam impulsionem : & ideo iniustum est quod aliquis judicetur ab eo qui publicam auctoritatem non habet .

Ad secundum dicendum , quod Moses videtur Ægyptum occidisse , quasi ex inspiratione divina auctoritatem adeptus (2) , ut videtur per hoc quod dicitur Act . vii . 24 . quod percussò Ægyptiō , estimabat Moses intelligere fratres suos , quoniam Dominus per manus ipsius daret salutem (**) Israel .

Vel potest dici , quod Moses occidit Ægyptum , defendendo eum qui injuriam patiebatur , cum moderamine inculpate tutelæ . Unde Ambrosius dicit in Lib . I . de offic . (cap . xxxvi . in princ .) quod qui non repellit injuriam a socio , cum potest , tam est in visio quam ille qui facit : & inducit exemplum Moysi . (3)

Vel potest dici , sicut dicit Augustinus in questionibus Exodi (Lib . II . quæst . ii . & Lib . XXII . cont . Faust . cap . lxx .) quod sicut terra ante utilia feminæ barbarum inutilium fertilitate laudatur ; sic illud Moysi factum virtutum quidem fuit , sed magna fertilissimæ signum gerebat ; in quantum scilicet erat signum virtutis ejus , qua populum liberatus erat . De Phinees autem dicendum est , quod ex inspiratione divina zelo Dei commotus hoc fecit : vel quia licet nondum esset summus Sacerdos , erat tamen filius summi Sanctorum .

Q . 2 ces .

(1) Non interpretatione speculativa taneum quæ ad Jurisperitos pertinere non minus potest , sed interpretatione practica quæ non tantum declarat quid rectum sit & quid agendum , sed ad illud etiam observandum compellat .

(*) Ita communiter . Cod . Alcan . & Thologi quantum compulsionem . Ali . impulsionem .

(2) Vel divinitus admotus , ut Augustinus quæst . 2 . in Exodus concusat & ex eodem quoque Auctorum ioco probat : Præter alia mox potanda .

(**) Vulgata illis .

(3) De quo nimisrum ait quod binc oris est testamenta bellicæ fortitudinis &c . Ut & in Hexameron lib . 1 . cap . 2 . Priusquam (inquit) ad populi liberandi munus vocaretur , naturali aquitatis studio provocatus accipientem injuriam de popularibus suis

ultrus est &c . De illo item Augustinus præmittit lib . 22 . contra Faustum cap . 71 . divinitus permisum esse factum illud ut futurum aliiquid propheticè significaret ; sed subiungit non debuisse hominem ab illo quod nullam ordinatas (scilicet ordinariam) potestates gerebas , quamvis injuriosum & improbum occidi . Quod ad Phinees autem spectat , eum zelo Dei commotum id fecisse manifestum est ex Num . 25 . ubi ex persona Dei dicitur v . 12 . Arterie istem meum a filiis Israel , quia zelo meo commotus est . Unde in Psal . 105 . vers . 30 . Stetit Phinees & placavit ; & reputatum est ei ad iustitiam : Sed & non sine auctoritate fecisse colligitur ex illis verbis ad Judges directis a Moysi , Occidat unusquisque proximos suos qui iniiciati sunt Beothpheger &c .

cerdotis; & ad eum hoc judicium pertinebat, sicut & ad alios judices, quibus hoc erat præceptum.

Ad tertium dicendum, quod potestas sacerdotalis subditur spirituali, sicut corpus animæ: & ideo non est usurpatum judicium, si spiritualis prælatus se intromittat de temporalibus quantum ad ea in quibus subditur ei sacerdotalis potestas, vel quæ ei a sacerdotali potestate relinquentur.

Ad quartum dicendum, quod habitus scientiæ, & iustitiæ sunt perfectiones singularis personæ: & ideo per eorum defectum non dicitur usurpatum judicium, sicut per defectum publicæ auctoritatis, ex qua judicium vim coactivam habet.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis; quod judicium per usurpationem, quando scilicet judicans non habet legitimam auctoritatem super personam judicatam, est perversum. Insinuat autem Ro. 4. *Tu quis es, qui judicas alienum servum?* Ac si aperte dicat. Est inconveniens valde mirandum: quod quis judicet absque hoc, quod habeat auctoritatem super judicatum, vel judicanum. Item per hoc, quod Ægyptius a rationis dictamine in hoc actus dixit Moysi Exod. 2. *Quis constituit te judicem super nos?* Ex hoc enim monstratur, quod contra naturalis rationis dictamen est, quod quis sine auctoritate judicare velit, & consequenter connotatur, quod judicium usurpatum est tam perversum, ut juri naturali contraveniat. Item per hoc, quod Agrippa dixit Festo Act. 25. *Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cesarem.* Id est. Si auctoritas judicandi hunc hominem tibi sublata non esset per appellationem ejus ad Cesarem, tu posses ipsum dimittere, tanquam innoxium. Per hoc ergo declaratur, quod auctoritas ita districte ad judicandum requiritur, ut nec etiam possit quis, pro salute danda alicui, judicare, id est, tanquam judex liberare eum sine auctoritate, & consequenter, quod judicium usurpatum tam est perversum, ut etiam, si quis judex per tale judicium ad salvandum aliquem conetur, perverse agat. Secundo vides: quomodo &c.

Q U Ä S T I O L X I .

De partibus iustitiae,

In quatuor articulos divisæ.

Deinde considerandum est de partibus iustitiae: & primo de partibus subjectivis, quæ sunt species iustitiae; scilicet distributiva, & commutativa; secundo de partibus quasi integralibus; tertio de partibus quasi potentialibus, scilicet de virtutibus adjunctis. Circa primum occurrit duplex consideratio. Prima de ipsis iustitiae partibus. Secunda de vitiis oppositis. Et quia restitutio viderur esse actus commutativæ iustitiae, primo considerandum est de distinctione iustitiae commutativæ, & distributivæ; secundo de restitutione.

Circa primum queruntur quatuor.

Primo, utrum sint duæ species iustitiae, scilicet iustitia distributiva, & commutativa.

Secundo, utrum eodem modo in eis medium accipiatur.

Tertio, utrum sit earum uniformis, vel multiplex materia.

Quarto, utrum secundum aliquam earum specierum justum sit idem quod contra passum.

A R T I C U L U S I. 340

Utrum convenienter ponantur due species iustitiae, scilicet commutativa, & distributiva.

I. *P. quest. xxii. art. 1. cor. & III. dist. xxxiii. quest. iii. art. 4. quest. 5. & IV. dist. xlvi. quest. 1. art. 3. quest. 1.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter ponantur duæ species iustitiae, iustitia distributiva, & commutativa. Non enim potest esse iustitiae species quod multitudini nocet; cum iustitia ad bonum commune ordinetur. Sed distribuere bona communia in multis, nocet bono communii multitudinis, tum quia exhaustiuntur opes communes, tum etiam quia mores hominum corrumpuntur: dicit enim Tullius in Lib. II. de officiis (1) *Fir deterior qui accipit, & ad idem semper expectandum parat.* Ergo distributio non pertinet ad aliquam iustitiae speciem.

2. *Præ-*

(1) Lib. 2. §. 44. ubi referens Alexandrum a parte suo reprehensum quod Macedones pecuniarum lar-

gitione corrupserit: *Bone largitionem (inquit) corruptem dixit esse: Fit enim deterior qui &c.*

2. Præterea. *Justitiae actus est reddere unicuique quod suum est, ut supra habitum est (quest. lviiii. art. 11.)* Sed in distributione non redditur alicui quod suum erat, sed de novo appropriatur sibi id quod erat commune. Ergo hoc ad justitiam non pertinet.

3. Præterea. *Justitia non solum est in principe, sed etiam in subditis, ut supra habitum est (quest. lviiii. art. 6.)* Sed distribuere semper ad principem pertinet. Ergo distributiva non pertinet semper ad justitiam.

4. Præterea. *Distributivum iustum est bonorum communium, ut dicitur in V. Ethic. (1) Sed communia pertinent ad justitiam legalem.* Ergo justitia distributiva non est species justitiae particularis, sed justitiae legalis.

5. Præterea. *Unum, & multa non diversificant speciem virtutis.* Sed justitia commutativa consistit in hoc quod aliquid redditur uni; justitia vero distributiva in hoc quod aliquid datur multis. Ergo non sunt diverse species justitiae.

Sed contra est quod Philosophus in V. Ethic. (2) ponit duas partes justitiae, & dicit, quod una est directiva in distributionibus, alia in commutationibus.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (quest. lviiii. art. 7. & 8.) justitia particularis ordinatur ad aliquam privatam personam; quæ comparatur ad communitem sicut pars ad totum. Potest autem ad aliquam partem duplex ordo attendi. Unus quidem partis ad partem; cui similis est ordo unius privatæ personæ ad aliam: & hunc ordinem dirigit commutativa justitia, quæ consistit in his quæ mutuo fiunt inter duas personas ad invicem.

Alius ordo attenditur totius ad partes: & huic ordini assimilatur ordo ejus quod est commune ad singulas personas: quem quidem ordinem dirigit justitia distributiva, quæ est distributiva communium secundum proportionalitatem. Et ideo duæ sunt justitiae species,

scilicet distributiva, & commutativa.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut in largitionibus privatarum personarum commendatur moderatio, effusio vero culpatur; ita etiam in distributione communium bonorum est moderatio servanda: in quod dirigit justitia distributiva.

Ad secundum dicendum, quod sicut pars, & totum quodammodo sunt idem; (3) ita id quod est totius, quodammodo est partis: & ita cum ex bonis communibus aliquid in singulos distribuitur, quilibet aliquo modo recipit quod suum est.

Ad tertium dicendum, quod actus distributionis, qui est communium bonorum, pertinet solum ad praesidentem communibus bonis; sed tamen justitia distributiva est etiam in subditis, quibus distribuitur, in quantum scilicet sunt contenti justa distributione: quamvis etiam distributio quandoque fiat bonorum communium, non quidem civitati, sed uni familia; quorum distributio fieri potest auctoritate alicujus privatæ personæ. (4)

Ad quartum dicendum, quod motus accipit speciem a termino *ad quem*. Et ideo ad justitiam legalem pertinet ordinare ea quæ sunt privatarum personarum, in bonum commune; sed ordinare e contrario bonum commune ad personas particulares per distributionem, est justitia particularis.

Ad quintum dicendum, quod justitia distributiva, & commutativa non solum distinguuntur secundum *unum, & multa*, sed secundum diversam debiti rationem. Alio enim modo debetur alicui id quod est commune, & alio modo id quod est proprium.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis tuisse, & Philosopho, quod justitia distributiva, & commutativa sunt species justi-

(1) Non cap. 2. & 3. sicut prius Indicabatur ad marginem sed cap. 7. græco lat. vel in antiquis cap. 6. & apud S. Thomam lect. 5.

(2) Ut in græco-latiniis cap. 5. ac in antiquis cap. 4. videre est, & apud S. Thomam lect. 4. ubi plenius: *Justitiae particularis & ejus juris quod ad ipsam pertinet, una species est, que in distributionibus, aut honoris, aut pecuniariarum aut caterarum rerum consistit, que in eos dividit possunt qui eadem communitate vel civitate participant (τὰς κοινωνίας τοιατιας) Altera que in commutationibus hominum (συραλλαγματι) dirigendis vel commerciis emenden-*

dis versatur: Non cap. 2. ut rursus prius praeposete indicabatur ad marginem.

(3) Identitate habitudinis tantum, sive analogica, juxta intentum hujus loci; non & identitate physica, vel entitatis, de qua nunc non agitur.

(4) Quæ per ordinem quidem ad civitatem vel Republicam privatæ est, sed per ordinem ad familiam quodammodo publica, velut autoritatem in familiam habens, aut potestatem distribuendi familiæ necessaria: Sicut Luc. 12. vers. 42. & Matth. 24. vers. 45. indicatur.

iustitiae. A Philosopho, quidem, ut in argumento cont. A scripturis vero per hoc, quod Exod. 2. mandatur de acceptis mutuo restituendis, & alibi passim de commutativa iustitia, ut patet expertis in lege illa, & considerantibus, quamvis nominaliter non ponatur hoc verbum, scilicet, *commutativa iustitia*, sed hoc non refert, quoniam de re ipsa, non de vocibus, principaliter queritur. Unde, quando de re constat, & hic sufficere debet, & in aliis materiis. Item in Iosue cap. 1. & passim de divisione terræ, quæ proculdubio est distributiva iustitia, ab ipso Iosue facienda, & postea facta tractatur. Per hæc ergo ostendunt scripturæ, quod distributiva iustitia, & commutativa datur, &, quod, scholastice loquendo, sunt species iustitiae particularis. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaratur vicissim angelica doctrina præsens, & consolidetur.

ARTICULUS II. 341

Urum medium eodem modo accipiatur in iustitia distributiva, & commutativa.

Inf. art. 4. cor. fin. & II. diff. xxvii. art. 3. cor. & diff. xxxii. quest. 1. art. 3. qu. 2. & vir. quest. 1. ar. 13. ad 7.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod medium eodem modo accipiatur in iustitia distributiva, & commutativa. Utraque enim sub iustitia particulari continetur, ut dictum est (art. præc.) Sed in omnibus temperantia, vel fortitudinis partibus accipitur uno modo medium. Ergo etiam eodem modo medium est accipendum in iustitia distributiva, & commutativa.

2. Præterea. Forma virtutis moralis in medio confusit, quod secundum rationem de-

LX. ART. II.

terminatur. (1) Cum ergo unius virtutis sit una forma, videtur quod in utraque sit eodem modo medium accipendum.

3. Præterea. In iustitia distributiva accipitur medium attendendo diversam dignitatem personarum. Sed dignitas personarum attenditur etiam in commutativa iustitia, sicut in punitionibus: plus enim punitur qui percutit principem, quam qui percutit privatam personam. Ergo eodem modo accipitur medium in utraque iustitia.

Sed contra est quod Philosophus dicit in V. Ethic. (2) quod in iustitia distributiva accipitur medium secundum geometricam proportionalem; in commutativa quem secundum arithmeticam.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) in distributiva iustitia datur aliquid alicui private persona, (3) in quantum id quod est totius, est debitum parti: quod quidem tanto maius est, quanto ipsa pars majorem principalitatem habet in toto. Et ideo in distributiva iustitia tanto plus alicui de bonis communibus datur, quanto illa persona majorem habet principiam in communitate. Quæ quidem principalitas (*) in Aristocratica communitate attenditur secundum virtutem, in Oligarchica (4) secundum divitias, in Democratica secundum libertatem, & in aliis alter. Et ideo in iustitia distributiva non accipitur medium secundum æqualitatem rei ad rem, sed secundum proportionem rerum ad personas; ut scilicet sicut una persona excedit aliam, ita etiam res quæ datur uni persona excedat rem quæ datur alii. Et ideo dicit Philosophus (Lib. V. Ethic. cap. IIII.) quod tale medium est secundum geometricam proportionalitatem, in qua attenditur æquale non secundum quantitatem, sed secundum proportionem: sicut si dicamus quod sicut se habent sex ad quatuor, ita se habent tria ad duo, quia utrobique est sesquialtera pro-

(1) Ut ex lib. 2. Ethic. cap. 6. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis jam superius quest. 59. art. 10. notatum est; ubi additur secundum quod sapiens (vel secundum quod prudens) determinabit.

(2) Non cap. 3. sicut prius indicabatur ad marginem, sed cap. 7. græco-lat. ut jam supra, vel in antiquis cap. 5. & 6. respective.

(3) Seniū jam paulo ante indicato, ut sit privata per ordinem ad universam communitatem, quamvis publica secundum se.

(4) Ita coll. Tarrac. Alcan. aliisque: Ali. in Aristocracia... Oligarchia... Democratio.

(4) Sicut in manuscripto & in Editione Colonensi bene juxta græcum ὀλιγαρχίη, quod significat principatum paucorum: non ut prius perperam In Duacensi & in Parisiensi Exemplari oligocratica pro quo saltē dicendum fuit oligocratica quod in eundem sensu recideret, ac prædictus paucorum principatus: Ut & democratica (juxta græcum δημοκρατίη) popularis principatus est; aristocratica (juxta græcum etiam ἀριστοκρατίη) principatus eorum qui optimi sunt, sive regimen Optimatum: De quibus diversorum Principatum speciebus plene agitur lib. 4. Politicorum ex professo.

portio, in qua majus habet totum minus, & medium partem ejus; non autem est æqualitas excessus secundum quantitatem, quia sex excedunt quatuor in duobus, tria vero excedunt duo in uno.

Sed in commutationibus redditur aliquid alicui singulari personæ propter rem ejus, quæ accepta est; ut maxime patet in emptione, & venditione, in quibus primo invenitur ratio commutationis. Et ideo oportet adæquare rem rei, ut quanto iste plus habet quam suum sit, de eo quod est alterius, tandem restituat ei cuius est. Et sic fit æqualitas secundum arithmeticam medietatem, quæ attenditur secundum parem quantitatis excessum. Sicut quinque est medium inter sex & quatuor: in unitate enim excedit, & excedit. Si ergo a principio uterque, habebat quinque, & unus eorum accepit unum de eo quod est alterius, unus (scilicet accipiens) habebit sex, & alii relinquentur quatuor. Erit ergo justitia, si uterque reducatur ad medium, ut accipiat unum ab eo qui habet sex, & detur ei qui habet quatuor: sic enim uterque habebit quinque, quod est medium.

Ad primum ergo dicendum, quod in aliis virtutibus moralibus accipitur medium secundum rationem, & non secundum rem; sed in justitia accipitur medium rei: (1) & ideo secundum diversitatem rerum diversimode medium accipitur.

Ad secundum dicendum, quod generalis forma justitiae est æqualitas, (2) in qua convenit justitia distributiva cum communitativa; in una tamen invenitur æqualitas secundum proportionalitatem geometricam, in alia secundum arithmeticam.

Ad tertium dicendum, quod in actionibus & passionibus conditio personæ facit ad quantitatem rei: major enim est injuria, si percipiatur princeps, (3) quam si percipiatur privata persona. Et ideo conditio personæ in distributiva justitia attenditur secundum se; in communitativa autem, secundum quod per hoc diversificatur res.

(1) Juxta illud quod supra quest. 58. art. 10. probatum est.

(2) Ut videre est supra qu. 57. art. 1. 2. & 3. Ut & qu. 58. art. 2.

(3) Quippe cum Vicarii Dei sint Principes, ac propterea crimen quod contra illos committitur, sacrilegio proximum sit; sicut ex Ulpiano refert Synagma Juris lib. 35. cap. 1. §. five num. 1. Sic &

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, & Philosopho: quod medium non accipitur eodem modo in justitia commutativa, & distributiva. Et de Philosopho patet in arg. contr. Cujus auctoritas ibi allegata declaratur in tex. cor. pro utraque justitia. A scripturis autem per hoc, quod dicitur Num. 34. *Pluribus dabitis latorem, & paucioribus angustiorem.* En: quod in justitia distributiva, hic enim distribuenda mandabatur terra in possessionem, attenditur æqualitas rei distribuenda ad personas, quibus distribuenda est. Rursus. De justitia commutativa mandatur, quod æqualitas rei ad rem attendatur. Exod. 23. *Si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum: non urgabis eum, quasi exactor.* Et Deut. 23. *Non faceraberis fratri tuo ad usuram.* Et 24. *Cum repeteres a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi: non ingredieris in domum ejus, ut pignus auferas; sed stabis foris.* Et ille proficeret tibi, quod babueris. Per hæc siquidem omnia intenditur hoc unum; quod scilicet in commutativa justitia tantumdem, & non plus, neque minus accipiatut, & reddatur. Secundo &c.

A R T I C U L U S III. 342

Utrum materia utriusque justitiae sit diversa.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod materia utriusque justitiae non sit diversa. Diversitas enim materie facit diversitatem virtutis, ut patet in temperantia, & fortitudine. Si ergo distributivæ justitiae, & commutativæ sit diversa materia, videtur quod non contineantur sub una virtute, scilicet sub justitia.

2. Præterea. Distributio quæ pertinet ad justitiam distributivam, est pecunia, vel honoris, vel aliorum, *quæcumque dispariti posse sunt inter eos qui civitate (4) communicant,* ut dicitur in V. Ethic. (cap. 11. circ. fin.) quo-

2. Reg. 1. verf. 14. *Quare non timuisti missere manus ut occides Christum Domini &c.*

(4) Ex græco τολμίας ut jam ad articuli præcedentis marginem relatum est; non sicut prius, communitatem communicant, nisi dicatur saltem sicut reposuimus ibi *essetem communitate vel civitate participans.*

quorum etiam est commutatio inter personas ad invicem ; quæ pertinet ad commutativam justitiam . Ergo non est diversa materia distributivæ , & commutativæ justitiae .

3. Præterea . Si sit alia materia distributivæ justitiae , & alia materia commutativæ , propter hoc quod differunt specie ; ubi non erit differentia speciei , non debet esse materiæ diversitas . Sed Philosophus (loc. cit.) ponit unam speciem commutativæ justitiae , quæ tamen habet multiplicem materiam . Non ergo videtur esse multiplex materia harum specierum .

Sed in contrarium est quod dicitur in V. Ethic. (loc. cit.) quod^e una species justitiae est directiva in distributionibus , & alia in commutationibus (1) .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (quæst. lvi. art. 9. ad 2. & ar. 10.) justitia est circa quasdam operationes exteriores , scilicet distributionem , & commutationem ; quæ quidem sunt usus quorundam exteriorum vel rerum , vel personarum , vel etiam operum . Rerum quidem , sicut cum aliquis vel auferet , vel restituit alteri suam rem ; personarum autem , sicut cum aliquis in ipsam personam hominis injuriam facit , puta percutiendo , vel conviciando , aut etiam cum reverentiam (2) exhibet ; operum autem , sicut cum aliquis juste ab alio exigit , vel alteri reddit aliquod opus . Si ergo accipiamus ut materiam utriusque justitiae ea quorum operationes sunt usus ; eadem est materia distributivæ , & commutativæ justitiae ; nam & res distribui possunt a communi in singulis , & commutari de uno in aliud ; & etiam est quædam distributio laboriosorum operum , & recompensatio .

Si autem accipiamus ut materiam utriusque justitiae actiones ipsas principales , quibus utimur personis , rebus , & operibus ; sic in-

venitur utробique alia materia : nam distributiva justitia est directiva distributionum ; commutativa vero justitia est directiva commutationum quæ attendi possunt inter duas personas : quærum quædam sunt involuntariae , quædam vero voluntariae .

Involuntariae quidem , quando aliquis utitur re alterius , vel persona , vel opere , eo invito : quod quidem contingit quandoque occulte per fraudem , quandoque etiam manifeste per violentiam . Utrumque autem contingit aut in rem , aut in personam propriam , aut in personam conjunctam . In rem quidem , si occulte unus rem alterius accipiat , & vocatur *furtum* ; si autem manifeste , vocatur *rapina* . In personam autem propriam vel quantum ad ipsam consistentiam personæ , vel quantum ad dignitatem ipsius . Si autem quantum ad consistentiam personæ , sic læditur aliquis occulte per dolosam occisionem , seu per cussionem , & per veneni exhibitionem ; manifeste autem per manifestam occisionem , aut per incarcerationem , aut verberationem , seu membris mutilationem : quantum autem ad dignitatem personæ læditur aliquis , occulte quidem per falsa testimonia (3) , seu detractiones , quibus aliquis auferat famam (*) suam , & per alia hujusmodi ; manifeste autem per accusationem in judicio , seu per convicii illationem . Quantum autem ad personam conjunctam , læditur aliquis in uxore , ut in pluribus , occulte per adulterium ; in servo autem , cum aliquis servum seducit , ut a domino discedat : & hæc etiam manifeste fieri possunt . Et eadem ratio est de aliis personis conjunctis , in quas etiam possunt omnibus modis injuriæ committi , sicut & in personam principalem . Sed adulterium , & servi seducatio sunt propriæ injuriæ circa has personas ; tamen quia servus est possessio quædam domini , hoc refertur ad furtum .

Volant-

(1) Ut jam indicatum est art. 1. argum. Sed contra , & ibidem correctus aliarum Editionum falsus index ac legitimus restitutus , qui & hic restitui pro illo debet ; nimis non 2. cap. sed vel 5. græco-latinus , vel in antiquis 4.

(2) Sic reponendum ex Manuscripto , non sicut passim in impressis cum irreverentiam exhibet : Antithesis enim est inter eum qui alicui facit injuriam , & qui reverentiam illi exhibet : sicut in appendice præcedenti similis antithesis etiam inter eum qui auferat alicui rem suam , & qui ablatam restituit , indicata est : Sed enim nescio quis parum attentus ad scripsit , eodem filo dictum existimavit quod adjungitur & quod præedit , ac proinde reverentiam in irreverentiam commutavit .

(3) Cur falsa porro testimonia inter illa reponit quæ supponit occulte esse , cum etiam in Judicio fiant sicut accusatio , quam proxime cum manifestis annumerat ? An quia palam accusator infamat accusatum & in judiciali foro coram omnibus proclamare ac traducere non veretur , occulte autem testes coram solo judice producuntur ad accusationem confirmandas ? An quia de testium veritate vel falsitate nihil certi haberi potest , adeoque testimonium illud velut occultum præsumitur ? An quia inter falsa testimonia computantur , non ea tantum quæ in publico judicio fiunt : sed quæ indespicite quovis modo , sicut detractiones , &c.

(*) Nicolai ejus .

Voluntariæ autem commutationes dicuntur quando aliquis voluntarie transfert rem suam in alterum. Et si quidem simpliciter in alterum transferat rem absque debito, sicut in donatione, non est actus iustitiae, sed liberalitatis. Instantum autem ad iustitiam (*) voluntaria translatio pertinet, in quantum est ibi aliquid de ratione debiti. Quod quidem contingit multipliciter. Uno modo, quando quis transfert simpliciter rem suam in alterum pro recompensatione alterius rei, sicut accidit in venditione, & emptione. Alio modo, quando aliquis tradit rem suam alteri, concedens ei usum rei cum debito recuperandi rem. Et si quidem gratis concedit usum rel, vocatur *usus fructus* in rebus quæ aliquid fructificant; vel *simpliiter mutuum*, seu *commodatum* in rebus quæ non fructificant, sicut sunt denarii, vala, huiusmodi. Si vero nec ipse usus gratis conceditur vocatur *locatio*, & *conductio*. Tertio modo aliquis tradit rem suam, ut recuperandam non ratione usus, sed vel ratione conservationis, sicut in deposito, vel ratione obligationis, sicut cum quis rem suam pignori obligat, seu cum aliquis pro alio fidicetur. In omnibus autem hujusmodi actionibus sive voluntariis, sive involuntariis est eadem ratio accipiendi medium secundum æqualitatem recompensationis. Et ideo omnes istæ actions ad unam speciem iustitiae pertinent; scilicet ad *commutativam*, (1).

Et per hoc pater responsio ad objecta.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuarum fuisse a scripturis, & Philosopho: quod materia *commutativa*, & *distributiva* iustitiae est diversa. A Philosopho quidem, ut in *arg. cont.* Quæ auctoritas Philosophi, ut legenti pareat, stat in favorem, etiam verbaliter, concl. 2. A scriptur. vero per hoc, quod in *leg. ier. divisim* ponuntur præcepta judicialia, quæ dirigunt circa distributiones, ut sunt præcepta de institutione principium, ad quos speciali-

Summ. S. Th. Tom. VII.

(2) *All* voluntariam.

(1) Eademque proportione omnes etiam iustitiae distributivæ modi ad eandem speciem referuntur; quia etiam in distributionibus eadem est ratio accipiendi medium, & objectum formale idem, a quo specifica veritas non obstante diversitate materiali defumitur. Sunt vero & aliæ species iustitiae com-

ter pertinet distribuere bona communia recte; & præcepta judicialia, quæ dirigunt circa commutations, ut sunt præcepta pertinentia ad concives ad invicem; puta quoad emptiones, venditiones, & similia. Ac si ex tali divisione præceptorum relinquatur intelligendum, quod iustitia, alia circa distributiones versatur, alia autem circa commutations, atque ideo circa materias diversas, cum distributio, & commutatio. sint diverse materiæ. De præcept. antedictis vide *Deut. 1.* 17. *Exod. 18.* *Num. 11.* Item *Deut. 15.* 24. 25. *Exod. 11.* 23. *Rursum. Levit. 19.* *Deut. 21.* Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV . 343

Utrum justum sit simpliciter idem quod contrappassum.

V. Eth. lect. 8.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod *justum* sit simpliciter idem quod *contrappassum*. Judicium enim divinum est simpliciter *justum*. Sed haec est forma divini iudicii, ut secundum quod aliquis fecit, patitur, secundum illud *Matth. vii. 2: In quo iudicio judicaveritis, iudicabimini: Et in qua mensura monsi fueritis, remeterietur vobis.* Ergo *justum* est simpliciter idem quod *contrappassum*.

2. Præterea. In utraque iustitiae specie datur aliquid alicui secundum quamdam æqualitatem. In respectu quidem ad dignitatem personæ in iustitia distributiva: quæ quidem personæ dignitas maxime videtur attendi secundum opera quibus aliqui communitati serviant; in respectu autem ad rem, in qua quis damnificatus est, in iustitia commutativa. Secundum autem utramque æqualitatem aliquis contrapatitur, secundum quod facit. Ergo videtus quod *justum* simpliciter sit idem quod *contrappassum*.

3. Præterea. Maxime videtur quod nos oportet aliquem confappati, secundum quod fecit; propter differentiam voluntarii, & involuntarii: qui enim involuntarie fecit inju-

P riam,

mutativæ præter illas quæ hic in textu recensentur, sicut patet infra cum ad 77. questionem recurrent annotandæ, sed principia recensere satis habuit S. Thomas, ut aliarunt exempla essent: quia omnium una & eadem ratio formalis, per quam ad iustitiam commutativam pertinent.

riam, minus punitur. Sed voluntarum, & involuntarum, quae accipiuntur ex parte nostra, non diversificant medium justitiae, quod est medium rei, & non quoad nos. Ergo iustum simpliciter videtur esse idem quod contrappassum.

Sed contra est quod Philosophus in V. Ethic. (1) (cap. v. cir. princ.) probat, non quodlibet iustum esse contrappassum.

Respondeo dicendum, quod hoc quod dicitur *contrappassum*, importat aequalem recompensationem passionis ad actionem praecedentem: quod quidem propriissime dicitur in passionibus, & actionibus injuriosis, quibus aliquis personam proximi laedit; puta si percutit, quod repercutitur. Et hoc quidem iustum determinatur in lege Exod. xxii. 23. *Reddet animam pro anima, oculum pro oculo &c.* Et quia etiam auferre rem alterius est quoddam injustum facere, ideo secundario etiam in his dicitur *contrappassum*, prout scilicet aliquis qui damnum intulit, in re sua etiam ipse damnificatur. Et hoc etiam iustum damnum continetur in lege Exod. xxii. 1. *Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occiderit, vel vendiderit; quinque boves pro uno bove restituat, & quatuor oves pro una ova.* Tertio vero trasfertur nomen *contrappassi* ad voluntarias commutations, in quibus utriusque est actio, & passio; sed voluntarium diminuit de ratione passionis, ut dictum est (quæst. lxx. art. 3.).

In omnibus autem his debet fieri secundum rationem justitiae commutativa recompensatio secundum aequalitatem, ut scilicet passio recompensata sit aequalis actioni. Non autem semper esset aequalis, si idem specie aliquis pateretur quod fecit. Nam primo quidem cum aliquis injuriose laedit alterius personam majorern, major est actio quam passio eiusdem speciei quam ipse pateretur: & ideo ille qui percutit principem, non so-

lum repercutitur, sed multo gravius punitur. Similiter etiam cum quis aliquem involuntarium in re sua damnificat, major est actio quam esset passio, si sibi sola res illa auferretur: quia ipse qui damnificavit alium in re sua, nihil damnificaretur: & ideo punitur in hoc quod multiplicius restitut: quia etiam non solum damnificavit personam privatam, sed rem publicam, ejus tutelæ securitatem infringendo (2).

Similiter etiam nec in commutationibus voluntariis esset semper aequalis passio, si quis daret rem suam, accipiens rem alterius: quia forte res alterius est multo major quam sua. Et ideo oportet secundum quamdam proportionalem commensurationem adæquare passionem actioni in commutationibus; ad quod inventa sunt numismata. Et sic *contrappassum* est commutativum iustum.

Quod in distributivæ justitia locum non habet: quia in distributiva justitia non attenditur aequalitas secundum proportionem rei ad rem, vel passionis ad actionem, unde dicitur *contrappassum*; sed secundum proportionalitatem rerum ad personas, ut supra dictum est (art. 2. hu. quæst.)

Ad primum ergo dicendum, quod illa forma divini judicii attenditur secundum rationem commutativa jūtitiae, prout scilicet recompensantur præmia meritis, & supplicia peccatis (3).

Ad secundum dicendum, quod si alicui qui communitatæ servisset; retribueretur aliiquid pro servitio impenso, non esset hoc distributivæ justitia, sed commutativa. In distributiva enim justitia non attenditur aequalitas ejus quod quis accipit, ad id quod ipse impendit, sed ad id quod aliis accipit; secundum modum utriusque personæ.

Ad tertium dicendum, quod quando actio injuriosa est voluntaria, excedit injuria; & sic

(1) Non ut prius cap. 5, sed cap. 8. tum in graecis lat tum in antiquis & apud S. Thomam lect. 8. Quod *contrappassum* autem hic dicitur ut in antiqua versione, moderni quidam reddunt *repassum*, & alii *restitutionem*, quando scilicet alicui tale pro tali rependitur, aut prout fecit pati aliquis e converso jubetur, iuxta graecum *ἀνταπόστολος* quod Philosophus ibi usurpat: *Contrappassum*: itaque non dicitur propter contrarietatem eius quod fecit ad illud quod patitur qui facit injuriam, sed propter damnum reciprocum sive mutuum quod incurrit ex arbitrio potestatem habegit, ut graeca vox præ se fert expressius.

(2) Quia nimis privatorum omnium bona sub tutela Reipublicæ vel præsidio constituta sunt, ut

pacifice ac securi ab unoquoque possint possideri: Unde Reipublicæ tutelam infringere videtur, sive securitatem violare, qui ea suffuratur alteri vel eripit.

(3) Et si proprie justitia commutativa in Deo esse non potest per comparationem ad nos ut ipse S. Thomas 1. part. quæst. 21. art. 1. ex professo probavit iuxta illud ex Apostolo ad Rom. cap. 11. *Quis prior dedit illi & retribuet illi?* Ubi etiam addic ad justitiam ejus distributivam pertinere iuxta Dionysium libro de divin. nominibus cap. 8. ut omnibus tribuat que secundum unijuscumque dignitatem eis proprie convenient: Commutativa tamen modum aliquem servat, quia nec remunerat minus, nec puniat plus quam par sit &c.

sic accipitur ut major res : unde oportet majorem poenam ei recompensari , non secundum differentiam quoad nos , sed secundum differentiam rei .

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , insinuatum merito fuisse a scripturis , & Philosopho , quod justum non est simpliciter contrappassum . A Philosopho quidem : ut in *argum. cont.* Ex qua autoritate datur intelligi , & quod aliquod justum est contrappassum : & quod justum non est dicendum simpliciter contrappassum . A scripturis vero per hoc , quod dicitur Exod. 21. *animam pro anima , dentem pro dente , &c. &c.* 22. de quinque boibus reddendis. pro uno bove per furtum ablato , & quatuor ovibus pro una ove . Et Num 15. de lapidato pro collectione lignorum in Sabbato , & Deute. 25. de verberando coram judicibus , ac deiscalceato , & consputo a muliere ; ac si dicatur ex his . Justum est contrappassum quandoque rei ad rem (id , quod textus articuli nominat recompensationem secundum speciem) quandoque vero quantitatis estimati damni ad quantitatem damni (id , quod textus articuli nominat recompensationem secundum aequalitatem) quandoque autem nullum videtur esse contrappassum (ut in *Numer. &c.*) Secundo vides : quomodo &c.

Q U E S T I O L X I I .

De restitutione ,

In octo articulos divisa .

DEinde considerandum est de restitutione : & circa hoc queruntur octo .

Primo , cuius actus sit .

Secundo , utrum necesse sit ad salutem , omne ablatum restitui .

Tertio , utrum oporteat illud multiplicatum restituere .

Quarto , utrum oporteat testiui quod quis non abstulit .

Quinto , utrum oporteat restitui ei a quo acceptum est .

Sexto , utrum oporteat restituere eum qui accepit .

Septimo , utrum aliquem alium .

Octavo , utrum sit statim restituendum .

A R T I C U L U S I . 344

*Utrum restitutio sit actus iustitiae .
commutativa .*

Infr. art. 5. corp.

AD primum sic proceditur . Videtur quod restitutio non sit actus iustitiae commutativa . Iustitia enim respicit rationem debiti . Sed sicut donatio potest esse ejus quod non debetur , (1) ita etiam & restitutio . Ergo restitutio non est actus alicujus partis iustitiae .

2. Præterea . Illud quod jam transit , & non est , restitui non potest . Sed iustitia , & iustitiae sunt circa quasdam actiones ; & passiones , quæ non manent , sed transiunt . Ergo restitutio non videtur esse actus alicujus partis iustitiae .

3. Præterea . Restitutio est quasi quedam recompensatio ejus quod subtractum est . Sed aliquid potest homini subtrahi non solum in commutatione , sed etiam in distributione , puta cum aliquis distribuens minus dat alicui quam debeat habere . Ergo restitutio non magis est actus commutativæ iustitiae quam distributivæ .

Sed contra . Restitutio ablationi opponitur . Sed ablato rei alienæ est actus iustitiae circa commutations . Ergo restitutio ejus est actus iustitiae , quæ est in commutationibus directiva .

Respondeo dicendum , quod restituere (2)

P 2 nihil

(1) Imo haec sola *donatio* proprie appellatur : quia nec donatio dici debet nisi sit gratuita ; sicut de dono S. Thomas expresse dicit 1. part. qu. 38. art. 2. Quamvis cum donum *gratis* *donationem* interpretatur , videtur & aliam donationem supponere quæ gratuita non sit .

(2) Prout in proposito usurpatur ; præter aliam significationem qua in jure tum canonico tum civili accipi solet *restitutio in integrum* : aut in Ecclesiastico foro speciatim *restitutione lapsum* ; quando ad

eum statum reducitur aliquis in quo fuerat prius , vel in pristino gradu per peccatum amissio reponitur . De illa porro quæ in integrum restituit , agitur in Decretis Causa 2. qu. 2. & 3. Ut & aliquo modo Causa 33. qu. 2. Et in Decretalibus de *restitutione spoliatorum* seu tit. 13. libri 2. Ac in sexto Decretalium tit. 11. De *restitutione vero lapsum* in Decretis dist. 50. cap. *Benevales* , & cap. *Sacerdos* , aliisque per totam illam distinctionem capitibus , æquivalenter vel expresse .

nibil aliud esse videtur quam iterato aliquem statuere in possessionem , vel dominium rei suz : & ita in restitutione attenditur aequalitas justitiae secundum recompensationem rei ad rem ; quod pertinet ad justitiam commutativam .

Et ideo restitutio est actus commutativa justitiae , quando scilicet res unius ab alio habetur ; vel per voluntatem ejus , sicut in mutuo , vel deposito ; vel contra voluntatem ejus , sicut in rapina , vel furto .

Ad primum ergo dicendum , quod illud quod alteri non debetur ; non est proprius loquendo ejus , et si aliquando ejus fuerit : & ideo magis videtur esse nova donatio , quam restitutio , cum quis alteri reddit quod ei non debetur . Habet tamen aliquam similitudinem restitutionis : quia res materialiter eadem est ; non tamen est eadem secundum formalem rationem , quam respicit justitia , quod est esse suum alicuius : Unde nec proprius restitutio dicitur .

Ad secundum dicendum , quod nomen restitutionis , inquantum importat iterationem quamdam , supponit rei identitatem . Et ideo secundum primam impositionem nominis , restitutio videtur locum habere praecipue in rebus exterioribus , quae manentes eadem & secundum substantiam , & secundum jus dominii , ab uno possunt ad alium devenire . Sed sicut ab hujusmodi rebus nomen communicationis translatum est ad actiones , vel passiones , quae pertinent ad reverentiam , vel injuriam alicuius personæ , seu documentum , vel profectum ; ita etiam nomen restitutionis derivatur ad hæc , quae licet realiter non maneant , tamen manent in effectu vel corporali , puta cum ex percussione laeditur corpus ; vel qui est in opinione hominum ; sicut cum aliquis verbo opprobioso remanet insaniatus , vel etiam minoratus in suo honore .

Ad tertium dicendum , quod recompensatio , quam facit distribuens ei cui dedit minus quam debuit ; sit per comparationem (*) rei ad rem ; (**) ut quanto minus habuit quam debuit , tanto plus ei detur : & ideo jam pertinet ad justitiam commutativam .

A P P E N D I X .

Ex articulo habes primo : quomodo per ratio nem ostendas , merito fuisse insinuatum a Scripturis , quod restitutio est actus justitiae commutativa . Insinuator vero per dictum Lev . 6. *Anima* , que negaverit proximo suo depositum , quod fidei ejus creditum fuerat , vel vi aliquid extorserit ; aut calumniam fecerit ; sive rem perditam invenerit ; & quadlibet aliud fecerit , in quibus solent peccare homines , reddet omnia , que per fraudem voluit obtinere . Ecce , quod testitatio ablatorum precipitur . Cum igitur restitutio (ut hic patet) ablutioni opponatur ; & ablatio rei alienæ sit actus injustitiae circa commutations ; constat , ex præmissis in sensu designari , quod restitutio est actus justitiae , quæ est in commutationibus directiva . Secundo vides , quomodo &c.

A R T I C U L U S II . 345

Utrum sit necessarium ad salutem quod fiat restitutio ejus quod ablatum est .

IV. dist. xv. quest. 1. art. 8. quest. 2. & quol. XII. art. 6.

Ad secundum sic proceditur . Videtur quod non sit necessarium ad salutem quod fiat restitutio ejus quod ablatum est . Quod enim est impossibile , non est de necessitate salutis . Sed aliquando impossibile est restituere id quod est ablatum ; puta cum aliquis abstulit alicui membrum , vel vitam . Ergo non videtur esse de necessitate salutis quod aliquis restituat quod alteri abstulit .

2. Præterea . Committere aliquod peccatum non est de necessitate salutis (1) : quia sic homo esset perplexus . Sed quandoque illud quod aufertur , non potest restituiri sine peccato , puta cum aliquis alicui famam abstulit verum dicendo . Ergo restituere ablatum non est de necessitate salutis .

3. Præterea . Quod factum est , non potest fieri ut factum non fuerit . Sed aliquando aliqui aufertur honor suæ personæ ex hoc ipso quod pauplus est ab aliquo injuste vituperante

(*) *Al. sui .*

(**) *Al. ut si quanto minus &c.*

(1) *Quicumque casus fingi possit ; quia nunquam sunt mala facienda ut proveniant inde bona ; cum*

sit e contrario de salutis necessitate ut peccatum non committatur , vel a peccato recedatur si commissum est .

te eum. Ergo non potest ei restituui quod ablatum est: & ita non est de necessitate salutis restituere ablatum.

4. Præterea. Ille qui impedit aliquem ab aliquo bono consequendo, videtur ei auferre: quia quod modicum deest, quasi nihil deesse videtur, ut Philosophus dicit in II. Physic. (tex. 56.) (1) Sed cum aliquis impedit aliquem ut non consequatur præbendam, vel aliquid hujusmodi, non videtur quod teneatur ei restitutionem præbendæ: quia quandoque non posset. Non ergo restituere ablatum est de necessitate salutis.

Sed contra est quod Augustinus dicit in epistola ad Macedonium (clxi. al. lvi. parum a med.) (2) Si res aliena, propter quam peccatum est, reddi possit, & non redditur, penitentia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si (ut dixi) restitui posset.

Respondeo dicendum, quod restituendum, sicut dictum est (art. præc.) est actus justitiae commutativæ, quæ in quadam æqualitate consistit. (*) Et ideo restituere importat redditionem illius rei quæ inuste ablata est: sic enim per iteratam ejus exhibitionem æqualitas reparatur. (**) Si vero justè ablatum sit, æqualitas erat: & ideo non necessarium erit ut ei restituatur, quia justitia in æqualitate consistit.

Cum ergo conservare justitiam sit de necessitate salutis, consequens est quod restituere id quod inuste ablatum est alicui, sit de necessitate salutis.

Ad primum ergo dicendum, quod in quibus non potest compensari æquivalens, sufficit quod ibi recompensetur quod possibile est; sicut patet de honoribus qui sunt ad

Deum, & ad parentes; ut Philosophus dicit in VIII. Eth. (cap. ult. ad fin.) (3) Et ideo quando id quod est ablatum, non est restituibile per aliquid æquale, debet fieri recompensatio qualis possibilis est; puta cum aliquis alicui abstulit membrum, debet ei recompensare vel in pecunia, vel in aliquo honore, considerata conditione utriusque personæ secundum arbitrium boni viri.

Ad secundum dicendum, quod aliquis potest alicui famam tripliciter auferre. Uno modo verum dicendo, & juste; puta cum aliquis crimen alicuius prodit ordine debito servato: & tunc non tenetur ad restitutionem famæ. Alio modo falsum dicendo, & injuste: & tunc tenetur restituere famam, confitendo se fallum dixisse. Tertio modo verum dicendo, sed injuste; puta cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum: & tunc tenetur ad restitutionem famæ, quantum potest, sine mendacio tamen; utpote quod dicat se male dixisse, vel quod injuste eum diffamaverit: vel si non possit famam restituere, debet ei aliter recompensare, sicut & in aliis dictum est (in solut. præc.).

Ad tertium dicendum, quod actio contumeliam inferentis non potest fieri ut non fuerit; (4) potest tamen fieri ut ejus effectus, scilicet diminutio dignitatis personæ in opinione hominum, reparetur per exhibitionem reverentie.

Ad quartum dicendum, quod aliquis potest impidire aliquem ne habeat præbendam, multipliciter. Uno modo juste; puta si intendens honorem Dei, vel utilitatem Ecclesie, procure quod detur alicui personæ digniori; & tunc nullo modo tenetur ad restitutionem, vel ad aliquam recompensationem faciendam. Alio modo inuste; puta si intendat ejus non cumen-

(1) Ubi proinde infert eum bene vel male fortunatum vocari posse, qui magnum bonum vel magnum ex adverso malum prope attingit.

(2) Ex qua refertur in Decretis Causa 14. qu. (sicut hic) 6. cap. Si res: Hinc in sexto Decretalium Regula juris quarta: Peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum: Illud. porro ex epistola Augustini ad Armentarium & Paulinum perperam citat Ivo part. 15. cap. 25. eti ad marginem ibidem corrigitur.

(3) Aliquid hic deesse Cajeanus jure suspicatur; nemo tamen nostrorum codicim aliter habet.

(**) Ita post Nicolajum recentes omnes editiones. Veteres cum codice Alcan. aliisque: Si vero iuste ablatum sit, inæqualitas erit si (al. ut) ei restituatur, quia justitia &c. quam lectionem probant Theologi.

(3) Sic enim Retribuendus honor (inquit) qua-

tenus fere facultas: Neque enim quod pro dignitate sit, in omnibus pariter inveniuntur; sicut in honoribus qui Diis rependuntur & parentibus: Quippe cum nemo illis dignam omnino rependere gratiam possit; sedis esse videtur probus qui pro viribus redditis seu pro viribus famulatur & eos colit (o r̄is duraq̄is ðɔrɔv̄is) &c.

(4) Vel transposita constructione, non potest fieri ut actio consumeliam inferentis non fuerit: Sicut mox quoque constiendum: Aliquis potest multipliciter impidire aliquem ne habeat Præbendam. Id porro Præbenda nuncupatur quod victimum possessori præbeat, sicut apud Cassiodorum variarum epistoliarum lib. 3. epist. 42. Præbenda nomen pro annona vel stipendio militari; sed ecclesiastica de quibus hic, Extra , tit. de Præbendis.

cumentum quem impedit propter odium, vel vindictam, aut aliquid hujusmodi: & tunc si impedit ne probenda detur digno, cogitans quod non detur, antequam sit firmatum quod ei detur, tenetur quidem ad aliquam recompensationem, pensatis conditionibus personarum, & negotii secundum arbitrium sapientis; non tamen tenetur ad aequaliter, quia illam nondum fuerat adeptus, & poterat multiplicitate impediri. Si vero jam firmatum sit quod alicui detur probenda, & aliquis propter indebitam causam procuret quod revoetur, idem est ac si jam habitam ei auferret; & ideo tenetur ad restitucionem aequalis, tamen secundum suam facultatem.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem defraudas errorem *Albanensem* dicentium; Ad restituenda ablata non teneri quemquam. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas errorem praedictum merito damnari ab Augustino, recitato in *decretis* 14. q. 5. c. *si res aliena*. Ut in arg. cont. Ex quo dic, quod idem est negare restitucionem esse de necessitate salutis, quod est dicere, paenitentiam veram non requiri necessario ad salvatorem, sed sufficere paenitentiam falsam. Quo quid stolidius, & cæcitatem falsitatis suæ magis importans? Item merito damnari a Bonifacio octavo in l. 6. de reg. juris. *Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum*. Hæc ibi regula quarta: Item merito damnari a quibuscumque locis supra in appendicibus, & aliis similibus scripturarum, in quibus præcipitur de ablatorum restituzione. Si enim non teneretur quis restituere, sequeretur manifeste, & quod non teneretur etiam nunc ad præcepta Dei, ut dicunt moralitatem, servanda, contra 1. 2. q. 99. ar. 4. qu. 100. ar. 1. q. 104. art. 3. & quod posset quis aliquando salvari sine observatione præceptorum Dei moralium. Quod utique insanissimi capit is est. Item damnari merito a Veritatibus aureis super legem veterem. *Levit. c. 5. concil. 8.* & supra in hac 2. 2. ar. nu. 191. Secundo video &c.

ARTICULUS III. 346

Utrum sufficiat restituere simplum quod injuste ablatum est.

Inf. art. 4. co. & 1. 2. quest. cv. art. 8. ad 9. & IV. dist. xv. quest. 1. art. 5. quest. 2. ad 6.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod non sufficiat restituere simplum quod injuste ablatum est. Dicitur enim Exod. xxii. 1. *Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occideris, vel vendideris; quinque boves pro uno bove restituas, & quatuor oves pro una ova*. Sed quilibet tenetur mandata divinæ legis observare. Ergo ille qui furatur, tenetur restituere quadruplum, vel quintuplum.

2. Præterea. *Ea que scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, (1) ut dicitur ad Rom. xv. 4. Sed Lucas xix. 8. Zachæus ditit ad Dominum: Si quem defraudavi, reddo quadruplum. Ergo homo debet restituere multiplicatum id quod injuste accepit.*

3. Præterea. Nulli potest justè auferri id quod dare non debet. Sed judex iuste aufer ab eo qui furatus est, plus quam furatus est pro emenda. (2) Ergo homo debet illud solvere: & ita non sufficit reddere simplum.

Sed contra est quod restitutio reducit ad aequalitatem quod inæqualiter ablatum est. Sed aliquis reddendo quod accepit simplum, reducit ad aequalitatem. Ergo solum tenetur restituere tantum quantum accepit.

Respondeo dicendum, quod cum aliquis injuste accipit rem alienam, duo sunt ibi consideranda: quorum unum est inæqualitas ex parte rei (3), quæ quandoque est sine iniquitate, ut patet in mutuis; aliud autem est iniquitate culpa, quæ potest esse etiam cum aequalitate rei, puta cum aliquis intendit inferre violentiam, sed non prævalet.

Quantum ergo ad primum, adhibetur medium per restitucionem, in quantum per eam aequalitas reparatur; ad quod sufficit quod restituat tantum quantum habuerit de alieno. Sed quantum ad culpam adhibetur remedium per poenam, cuius inflictio pertinet ad jū-

(1) Alio fine singulariter dictum est per patientem & consolationem Scripturarum spem habeamus: Et latius ad alia extendi potest.

(2) Usitato Jurisperitis vocabulo ab emendando sic vocata quasi expeditio, quæ vel honoraria vel pecuniaria est; ut habetur in Syntagma Juris par-

tim lib. 38. cap. 7. num. 4. partim lib. 47. cap. 21. num. 25.

(3) Hoc est ut plus habeat unus quam alter, five unus rem alterius detineat; quantumvis præter iniquitatem, ut in exemplo quod subjungitur de mutuis, & in eo quod addi potest de depositis.

Q U E S T. LXII.

judicem : & ideo antequam sit condemnatus per judicem , non tenetur restituere plus quam accepit ; sed postquam condemnatus est , tenetur poenam solvere .

Et per hoc patet responsio ad primum : quia lex illa determinativa est poenæ per judicem infligendæ : (*) & etiam illud præceptum nunc non est observandum , cum ad observantiam judicialis præcepti nullus teneatur post Christi adventum , ut supra habitum est (1. 2. quæst. civ. art. 3.) (1) Poteſt tamen idem , vel simile ſtatui in lege humana , de qua erit eadem ratio .

Ad secundum dicendum , quod Zachæus id dixit , quaſi ſupererogare volens : (2) unde & p̄miferat : *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus* .

Ad tertium dicendum , quod judeſx condemnando juſte potest accipere aliquid amplius loco emendæ , quod tamen , antequam condemnaretur , non debebatur .

A P P E N D I X..

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , quod ſufficit restituere tantum , quantum iuſtice ablatum eſt , niſi ſcilicet aliud ſtatutum ſit alicubi per jus pofitivum . Ut in ad primum in cor. fin. & 1. 2. q. 104. a. 3. Insinuator vero per dictum Exod. 22. Ad Deos , idem judges , utriusque cauſa perueniet . & ſi illi judicaverint , duplum reſtitueret proxi- mo ſuo . Ac ſi manifeſte dicatur . Sufficiet reſtitueret ſimplum ; niſi in caſu , quo lex mea , vel judges mei pro tempore , de reſtituendo plus ſtaruerint . Facit hoc pro reſponſione textuali ad primum dicente , quod lex , de pluri ſcilicet reddendo , eſt determinativa poenæ per judicem infligendæ . Item per dictum Lev. 24. „ Qui percuſſerit animal , reddet vica- rium ; idem animam pro anima . Qui irro- gaverit maculam cuilibet civium fuorum ,

(*) Ita cum Garcia ; qui hunc locum ſupplevit , poſteriorē editionē paſſim , Editiones veteres : infligendæ ; cum ad observantiam judicialis præcepti nullus teneatur &c. Theologi e suis codicibus hanc erubunt infligendæ : & quamvis ad observantiam judicialis præcepti &c. potest tamen &c. Codex Alcan. iugendæ , cum quis teneatur ad observantiam judicialis præcepti ; nullus tamen teneatur post Christi adventum &c.

(1) Ubi de judicialibus præceptis ex professo tra- statur .

(2) Ita de illo Ambroſius in Lucae 19. Dives cer- ze Zacheus & electus a Christo ; ſed bonorum fuorum dimidium pauperibus largienda , reddendo eisam in

A R T. III. & IV.

„ ſicut fecit , ſic fieri ei . Fracturam pro fra- ctura , oculum pro oculo , dentem pro den- te reſtituet . „ Secundo vides : quomodo ex iis bene , &c.

A R T I C U L U S IV. 347

Utrum aliquis debeat reſtitueret quod non abſtulit .

AD quartum ſic proceditur . Videtur quod aliquis debeat reſtitueret quod non abſtulit . Ille enim qui dānum infert alicui , teneatur dānum removere . Sed quādoque aliquis dāmnificat aliquem ultra id quod accepit , puta cum aliquis effodit ſemina , dāmnificat eum qui ſeminavit in tota melle futura : & ſic videtur quod teneatur ad ejus reſtitutionem . Ergo aliquis teneatur ad reſtitutionem ejus quod non abſtulit .

2. Præterea . Ille qui detinet pecuniam creditoris ultra terminum p̄fixum , videtur eum dāmnificare in toto eo quod lucrari de pecunia posſet , quod tamen ipſe non auferit . Ergo videtur quod aliquis teneatur reſtitueret quod non abſtulit .

3. Præterea . Iuſtitia humana derivatur a iuſtitia divina . Sed Deo debet aliquis reſtitueret plus quam accepit ab eo , ſecundum illud Matth. xxv. 26. Sciebas quod metu ubi non ſemino ; & congrebo ubi non ſparſi . Ergo iuſtum eſt ut etiam reſtituat homini aliquid quod non accepit .

Sed contra eſt quod recompensatio ad iuſtitiam pertinet , inquantum æqualitatem facit . Sed si aliquis reſtitueret quod non accepit , hoc non eſſet æquale . Ergo talis reſtitutio non eſt iuſtum quod fiat .

Respondeo dicendum , quod quicumque dāmnificat aliquem , videtur ei auferre id in quo iſum dāmnificat : dānum enim dicitur ex eo quod aliquis minus habet quam debet habere , ſecundum Philosophum in Eth. (3)

Et

quadruplum que fraude ſuſtulerat , uberiorē mercedem quam conſerbat accepit : Et cap. 27. libri de Noe & Arca , Ideo venient moriuit , quia non ſolum reſtituturum ſe , ſed quadruplum promiſe quibus aliquis ſuſtuliffet . An non etiam ſic Zachæus , quia tunc adhuc vigebant lex que in quadruplum reſtitui jubebat ? quia non ſupererogans tantum , ſed obligationi ſatisfaciens . Hinc de verbis Domini fer. 35. ante medium Augustinus : Ne reus teneatur : Quadruplum reddam , ait : Inſtitut ſitī condemnationem ne incurveret dāmnationem .

(3) Non ſicut prius indicabatur ad marginem cap. 4. ſed cap. 8. græco-lat. vel in antiquis cap. 6. & apud S. Thomam leſt. 6.

Et ideo homo tenetur ad restitutionem ejus in quo aliquem damnificavit.

Sed aliquis damnificatur duplicitate. Uno modo quia auferitur ei id quod actu habebat: & tale damnum est semper restituendum secundum recompensationem æqualis; puta si aliquis damnificet aliquem diruens domum ejus, tenetur ad tantum, quantum valet dominus.

Alio modo si damnificet aliquem, impen- diendo ne adipiscatur quod erat in via habendi; & tale damnum non oportet recom- pensare ex æquo: (1) quia minus est habere aliquid virtute quam habere actu; qui autem est in via adipiscendi aliquid, habet illud. solum secundum virtutem, vel potentiam: & ideo si redderetur ei ut haberet hoc in actu, restituēretur ei quod est ablatum, non simulum, sed multiplicatum: quod non est de necessitate restitutionis, ut dictum est (art. præc.)

Tenetur tamen aliquam recompensationem facere secundum conditionem personarum, & negotiorum.

Et per hoc patet responsio ad primam, & secundum. Nam ille qui semen sparsit in agro, nondum haber messem in actu sed solum in virtute; & similiter ille qui habet pecuniam, nondum habet lucrum in actu, sed solum in virtute: & utrumque potest multipliciter impediri.

Ad tertium dicendum, quod Deus nihil requirit ab homine nisi bonum quod ipse in nobis seminavit. Et ideo verbum illud vel intelligitur secundum pravam existimationem servi pigri, qui existimavit se ab alio non accepisse; vel intelligitur quantum ad hoc quod Deus requirit a nobis fructus donorum qui sunt & ab eo, & a nobis; quamvis ipsa dona a Deo sint sine nobis.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu in- telligas, merito a scripturis fuisse insinuarum quod aliquis non tenetur restituere id, quod non abstulit. Insinuatur autem per

A R T . IV. & V.

hoc, quod dicitur Eccl. 41. *Ab auferendo partem, & non restituendo scilicet; Cave ab auferendo, &c.* Ecce; quod restituere eum vult partem; si abstulerit eam; ideo enim, antequam a non restituendo deterrat, mentionem facit de auferendo. Ac si ex ipso ordine dicat. Restitutio presupponit ablationem rei. Quod si, per oppositum, non auferas, non restitues; hoc est non teneberis restituere illud, quod nullo modo abstulisti. Et nota, quod dicendo *ly partem*, significat; quod nec totum, nec partem reddere tenetur aliquis; si nec totum, nec partem aliquo modo abstulit. Item per hoc, quod Joseph fratribus suis, quando unus ilorum arguebatur, tanquam convictus de furto; & solus ob hoc perebatur pro servo, offerentibus leipso ad conservendum ei una cum fratre praedicto; scilicet Benjamin, respondit dicens Gen. 44. *Absit a me; ut sic agam. Qui furatus est scyphum, ipse sis ser- vus meus; vos autem abiете liberi ad patrem vestrum.* Ac si aperte dicat. Non est æquum ut ille restituat, qui nihil omnino abstulit; sed hoc solum iustitia, quam ego, ut judex exequi profiteor, requirit, ut ille restituat, qui aliquid abstulit. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S V . 348

Utrum oporteat semper restituendum facere ei a quo acceptum est aliquid.

IV. dist. xv. quest. 1. art. 5. quest. 4. & opus. lxvii. & opus. lxxiiii. cap.

xiv. & xviii.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod non oporteat restituendum facere ei a quo acceptum est aliquid. Nulli enim debemus nocere. Sed aliquando esset in nocumentum hominis, si redderetur quod ab eo acceptum est, vel etiam in nocumentum aliorum; puta si aliquis redderet gladium depositum furioso. Ergo non semper est restituendum ei a quo acceptum est.

2. Præterea. Ille qui illicite aliquid dedit non meretur illud recuperare. (2) Sed quan- doque

(1) Nec sic intelligendum ad amissum & occurrate quod ex lib. 2. Physicorum text. 5d. indicatum est supra: quasi *cups parum deest, nihil omnino deest*, quia sic æqualiter esset restitutio facienda, sive rem jam adeptam aliquis abstulisset, sive proxime adipiscendam impeditisset: Sed hoc in illis tantum locum habet quæ actu possidentur & ab invicem parum di-

stant, vel quæ adipiscenda certo essent nisi aliquis impedit.

(2) Quin potius omnino illud amittere mereatur, ut & ad amittendum condemnatur: sicut exemplo hic subiuncto, & similibus in margine solutionis ex Decretis Pontificiis & canonico Jure, manifeste patebit.

doque aliquis illicite dat, quod alias etiam illicite accipit; sicut apparet in dante, & accipiente aliquid simoniace. Ergo non semper restituendum est ei a quo acceptum est.

3. Præterea. Nullus tenetur ad impossibile. Sed quandoque est impossibile restituere ei a quo acceptum est, vel quia est mortuus, vel quia nimis distat, vel quia est ignotus. Ergo non semper facienda est restitutio ei a quo acceptum est.

4. Præterea. Magis debet homo compensare ei a quo majus beneficium accepit: Sed ab aliis personis homo plus accepit beneficium, quam ab illo qui mutuavit, vel depositum, sicut a parentibus. (1) Ergo magis subveniendum est quandoque alicui personæ alteri, quam restituendum ei, a quo acceptum est.

5. Præterea. Vanum est restituere illud, quod ad manum restituentis per restitutionem pervenit. Sed si prælatus injuste aliquid Ecclesiæ subtraxit, & ei restitutus, ad manus ejus deveniet: quia ipse est rerum Ecclesiæ conservator. Ergo non debet restituere Ecclesiæ a qua abstulit: & sic non semper restituendum est ei, a quo est ablatum.

Sed contra est quod dicitur Rom. xiiii. 7. *Reddis omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, veccigal.* (2)

Respondeo dicendum, quod per restitutio-nem fit reducio ad æqualitatem commutativa justitiaz, quæ consistit in rerum adæquatione, sicut dictum est (art. 2. hu. quæst. & quæst. lviiii. art. 10.) Hujusmodi autem rerum adæquatio fieri non posset, nisi ei, qui minus habet quam quod suum est, suppleretur quod deest.

Summ. S. Th. Tom. VII.

Et ad hanc suppletionem facienda necesse est ut ei fiat restitutio, a quo acceptum est.

Ad primum ergo dicendum, quod quando res restituenda apparet esse graviter nociva ei, cui restitutio facienda est, vel alteri, non ei debet tunc restitui: quia restitutio ordinatur ad utilitatem ejus cui restituitur: omnia enim quæ possidentur, sub ratione utilis cadunt. Nec tamen debet ille qui detinet rem alienam, sibi appropriare, sed vel reservare, ut congruo tempore restituat, vel etiam alii tradere tutius conservandam.

Ad secundum dicendum, quod aliquis dupliciter aliquid dat illicite. Uno modo quia ipsa datio est illicita, & contra legem; sicut patet in eo qui simoniace aliquid dedit: & talis meretur amittere quod dedit: unde non debet ei restitutio fieri de his: & quia etiam ille qui accepit, contra legem accepit, non debet sibi retinere, sed debet in pios usus convertere. Alio modo aliquis illicite dat, quia propter rem illicitam dat, licet ipsa datio non sit illicita; sicut cum quis dat metretici propter fornicationem: unde & mulier potest sibi retinere quod ei datum est; sed si superflue aliquid per fraudem, vel dolum extorisset, teneretur eidem restituere.

Ad tertium dicendum, quod si ille cui debet fieri restitutio, sit omnino ignotus, debet homo restituere, secundum quod potest, scilicet dando in elemosynas pro salute ipsius (sive sit mortuus, sive sit vivus) præmissa tamen diligenter inquisitione de persona ejus, cui est restitutio facienda. Si vero sit mortuus ille, cui est restitutio facienda, debet restituheredi ejus, qui computatur quasi una persona cum ipso. Si vero ille sit multum di-

Q stans,

(1) *Supple plus accepit beneficij; quia præfertim esse contulerunt & educationem, &c. ut apud Philosophum 8. Ethicorum cap. 14. græco-lat. vel cap. 12. in antiquis & apud S. Thomam leet. 12. videre est.*

(2) Analogice tantum ad institutum præsens pertinere videtur: Exhibitus enim veccigalium vel tributorum non est propriæ dictæ restitutio, de qua modo agitur, sed solummodo persolutio ejus, quod alio titulo debitum eit: Quamvis restitutio aliquo sensu dici possit, propter beneficium quod a Regibus vel a Dominis Reipublicæ accipiunt veccigalium ac tributorum redditores; Unde ibidem S. Thomas tributa Regi reddi notat pro generali regimine, quo patriam in pace & quiete gubernas; veccigalia vero, pro reparacione viarum & custodia quam procuras: Et Theodulus Calosyriensis Presbyter tomo 1. Bibliotheca Patrum: *Tantis beneficij vos perfundis (Principes vel Magistratus) ut & tributum ei pendatis*

velut mercedem gubernationis &c. Atque hoc ipsum Apostolus indicat, cum præmittit ibidem vers. 6. *Ideo & tributa præstatis: Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes:* Quod sic iterum Theodulus explicat: *Quia negligiti (inquit) suis privatis rebus publico subditorum suorum, vel civium commodo invigilans: Et Chrysostom. homil. 23. in epist. 1. ad Romanos: Cur (inquit) Regi veccigalia damus? Nunquid quasi præsidenti (seu providensi, proprie-tati) Nunquid veluti presidenti, tuitionis, curæ ac solicitudinis mercedem persolventes? Utique nihil ei persolvissimus ejusmodi, nisi ab initio usilem nobis talem fuisse præfecturam cognovissimus: Verum ideo iam ab antiquis temporibus omnium unanimi consensu Reges a nobis juste sustentari debere visum est, quia sua ipsorum negligentes, ad rem communem pertinentia curant, & ad eorum curam universum otium suum diligenter impendunt, que ad nostra ipsorum conservanda conferre possint ac prædeesse.*

stans , debet sibi transmitti quod ei debetur ; & præcipue si sit res magni valoris , & possit commode transmitti : alioquin debet in aliquo loco tuto deponi , ut pro eo conservetur , & domino significari .

Ad quantum dicendum , quod aliquis de hoc quod est sibi proprium , debet magis satisfacere parentibus , vel his a quibus accepit majora beneficia ; non autem debet aliquis recompensare benefactori de alieno : quod contingret , si quod debet uni , alteri restiteret : nisi forte in casu extremae necessitatis , in quo posset , & deberet aliquis etiam auferre aliena , ut patri subveniret .

Ad quintum dicendum , quod prælatus potest rem Ecclesiæ surripere tripliciter . Uno modo si rem Ecclesiæ non sibi deputatam , sed alteri , sibi usurparet , puta si Episcopus usurparet sibi rem Capituli : & tunc planum est quod debet restituere , ponendo in manus eorum , ad quos de jure pertinet . Alio modo si rem Ecclesiæ suæ custodiæ deputatam in alterius dominium transferat , puta consanguinei , vel amici : & tunc debet restituere Ecclesiæ , & sub sua cura habere , ut ad successorem perveniat . Tertio modo potest prælatus surripere rem Ecclesia solo animo , dum scilicet incipit habere animum possidendi eam ut suam , & non nomine Ecclesiæ : & tunc debet restituere , talem animum deponendo .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a scripturis insinuatum fuisse , quod oportet semper facere restitutionem ei , a quo acceptum est . Insinuatur autem hoc per dictum Rom . 13 . *Reddite omnibus debita , cui tributum , tributum , cui vegetigal , vegetigal , &c.* Ubi nota ly *Reddite* . Id enim redditur alicui , quod primo accipitur ab illo : quoniam reddere idem est , quod iterum , id est , re versa dare . In hoc ergo quod dicit *Reddite* , significat , quod nos ideo restitutionem facimus alicui , quia ab eo aliquid primo acceperimus . Quod si ad propositionem speciale Apostoli descendas , apertius videbis . Reddere enim superioribus , rectori busque civitatum nos debita monet . Quare ? Quia nos ab eis accipimus nutrimentum , abundantiam , pacificum statum , ve-

stum , domicilium in civitate , comoditates mercandi , aliaque nostra officia exercendi , tuitionem ab hostibus , defensionem ab infestantibus , tam intus in civitate , quam extra civitatem . Cum ergo tot bona , ut patet experimento , acceperimus , accipiamusque a præsidentibus in civitate , in communitate , in regno , &c. non mirum , si debeamus illis multa , pro quorum exhibitione nos adhortans Apostolus , uti prælegebit hoc verbo *Reddie* , quam *Date* . Secundo vides : quomodo ex iis &c.

A R T I C U L U S VI: 349

Utrum tenetur semper restituere ille qui accepit.

AD sextum sic proceditur . Videtur quod A non tenetur semper restituere ille qui accepit . Per restitutionem enim reparatur æqualitas justitiae , quæ consistit in hoc quod subtrahatur ei qui plus habet , & detur ei qui minus habet : Sed contingit quandoque quod ille qui rem aliquam subtraxit alicui , non habet eam , sed devenit ad manus alterius . Ergo non tenetur ille restituere qui accepit , sed aliis qui rem habet .

2. Præterea . Nullus tenetur crimen suum detegere . Sed aliquando aliquis restitutionem faciendo , crimen suum detegit , ut patet in furto . Ergo non semper tenetur ille qui abstulit , restituere .

3. Præterea . Ejusdem rei non est multoties restitutio facienda . Sed quandoque multi simul rem aliquam surripiunt , & unus eorum eam integre restituit . Ergo non semper ille qui accepit , tenetur ad restituendum .

Sed contra . Ille qui peccavit , tenetur satisfacere . Sed restitutio ad satisfactionem pertinet . Ergo ille qui abstulit , tenetur restituere .

Respondeo dicendum , quod circa illum qui rem alienam accepit , duo sunt consideranda , scilicet ipsa res accepta , & ipsa acceptio . Ratione autem rei tenetur eam restituere , quamdiu eam apud se habet : quia quod habet ultra id quod suum est , debet ei subtrahi , & dari ei cui deest , secundum formam commutativæ justitiae . (1)

Sed

(1) Quod etiam de illo dicendum est probabilius , qui licet bona fide a venditore illegitimo empta

rem alienam habet , ut communis multorum sententia fert ; ac inter illos Dominici & Soto lib . 4. de justi-

Sed ipsa acceptio rei aliena potest tripliciter se habere. Quandoque enim est injuriosa, scilicet contra voluntatem existens ejus qui est rei dominus, ut patet in furto, & rapina: & tunc tenetur ad restitutionem non solum ratione rei, sed etiam ratione injuriosæ actionis, etiam si res apud ipsum non remaneat. Sicut enim qui percutit aliquem, tenetur recompensare injuriam passo, quamvis apud ipsum nihil maneat; ita etiam qui furatur, vel rapit, tenetur ad recompensationem danni illati, etiam si nihil inde habeat; & ulterius pro injuria illata puniri.

Alio modo aliquis accipit rem alterius in utilitatem suam absque injuria, cum voluntate scilicet ejus cuius est res, sicut patet in mutuis: & tunc ille qui accepit, tenetur ad restitutionem ejus quod accepit, non solum ratione rei, sed etiam ratione acceptioonis, etiam si rem amiserit: tenetur enim recompensare ei qui gratiam fecit: quod non (*) fieri, si per hoc damnum incurrat.

Tertio modo aliquis accipit rem alterius absque injuria, non pro sua utilitate, sicut patet in depositis: & ideo ille qui sic accepit, in nullo tenetur ratione acceptioonis, quinimmo accipiendo impendit obsequium: tenetur autem ratione rei. Et propter hoc si ei subtrahatur res absque sua culpa, non tenetur ad restitutionem; secus autem esset, si cum magna sua culpa rem depositam amitteret.

Ad primum ergo dicendum, quod restitutio non ordinatur principaliter ad hoc quod ille qui plus habet quam debet, habere desinat; sed ad hoc quod illi qui minus haber, suppleatur. Unde (**) in his rebus quas unus potest ab alio accipere sine ejus derimento, non habet locum restitutio; puta cum aliquis accipit lumen a candela alterius. Et ideo quamvis ille qui abstulit, non habeat id quod accepit, sed in aliud sit translatus; quia tamen alter privat re sua, tenetur ei ad restitutionem, & ille qui rem abstulit, ratione injuriosæ (***) actionis, & ille qui rem

habet, ratione ipsius rei.

Ad secundum dicendum, quod homo etsi non teneatur crimen suum detegere hominibus, tenetur tamen crimen suum detegere Deo in confessione: & ita per sacerdotem cui confitetur, potest restitutionem facere rei alienæ.

Ad tertium dicendum, quod quia restitutio principaliter ordinatur ad removendum damnum ejus a quo est aliquid injuste ablatum; ideo postquam ei restitutio sufficiens facta est per unum, alii non tenetur ei ulterius restituere, sed magis refusionem facere ei qui restituit; qui tamen potest condonare.

A P P E N D I X,

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a Scripturis insinuatum: quod ille, qui rem accepit, tenetur semper restituere. Insinuat verò per hoc, quod dicitur Prov. 22. *Qui accipit mutuum, servus est faenerantis.* Ratione autem hac servus faenerantis, idest mutuantis, iste dicitur, quia ad restitutionem ei tenetur. Per hoc ergo magis teneri ad restitutio nem latrones, & similes, tanquam servos damnificatorum, offendit Scriptura, ut patet consideranti. Item insinuat 4. Reg. 6. per ly *Heu, heu, heu, Domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam.* Ac si iste, cuius ferrum securis ceciderat in aqua, dixisset aperte per talia verba: Domine mi, valde lamentor de amissione ferri hujus: quia ipsum accepi mutuo; & si amissum non reperero, tenebor adhuc restituere mutuanti tantundem pro recompensatione. Ecce: quod dixit tercia conclusio, scilicet, si rem amiserit, tenetur recompensare ei; qui gratiam fecit. Item per dictum 2. Mach. 3. *Tunc summus sacerdos ostendit, deposita esse hec, & virtualia viduarum, & pupillorum; decipi vero eos, qui credidissent loco, & templo (quod per universum mundum honoratur pro sui veneratione, &*

san-

justitia & Jure quest. 7. art. 2. Cajetani super hunc locum S. Thomæ, ac similium, quando periculum est, quod si ad illius pretium recuperandum restituatur illegitimo venditori, jacturam ejus verus dominus patiatur, nec illam ei talis venditor illegitimus restitut, Quamvis alii contrarium sentiant; nempe quod ejusmodi venditori propter pretium ejus recuperandum reddi possit, quantumvis præsumunt vero domino non reddenda; sicut Bannes, Navarrus, & Sylvester: Certius autem & omnium communis sen-

tentia indubitatum quod si emerit mala fide, non venditori, ut præfertur, illegitimo; sed possessori vero restituere teneatur; imo & fructus omnes qui ex ejus restituzione provenierunt.

(*) Ita mſi. Editi quidam fieret.

(**) Ita mſi. & editi veteres, ubi quæ tantum habetur pro quas. Theologi, & editi posteriores in his quæ.

(***) *M. acceptioonis.*

fanfilitate) omnino impossibile esse. Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotibus jahaverunt se, & invocabant de celo eum, qui de depositis legem posuit, ut his, qui deposuerant ea, salva custodiret. Ecce: quod qui accipit depositum, tenetur secundum scripturam hanc, ad ejus restitutionem; & omnino impossibile est, quod salva conscientia decipiatur illos, qui deposita in custodiam sibi dederunt.

Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S VII. 350

Utrum illi qui non acceperunt, teneantur restituere.

IV. dist. xv. quest. i. art. 5. quest. 3.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod illi qui non acceperunt, non teneantur restituere. Restitutio enim quedam poena est accipientis. Sed nullus debet puniri, nisi qui peccavit. Ergo nullus debet restituere, nisi qui accepit.

2. Præterea. Justitia non obligat aliquem ad hoc quod rem alterius augeat. (1) Sed si ad restitutionem teneretur non solum ille qui accepit, sed etiam illi qui qualitercumque cooperantur, augeretur ex hoc res illius cui est aliquid subtractum: tum quia sibi multo-ties restitutio fieret: tum etiam quia quandoque aliqui operam dant ad hoc quod aliqua res alicui auferatur, quæ tamen ei non auferunt. Ergo non tenentur alii ad restitutionem.

3. Præterea. Nullus tenetur se periculo exponere, ad hoc quod rem alterius salver. Sed aliquando manifestando latronem, vel ei resistendo, aliquis periculo mortis se expone-

ret. Non ergo tenetur aliquis ad restitutionem propter hoc, quod non manifestat latronem, vel non ei resistit.

Sed contra est quod dicitur Rom. 1. 32. *Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Ergo ratione etiam consentientes debent restituere. (2)

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) ad restitutionem tenetur aliquis, non solum ratione rei alienæ, quam accepit, sed etiam ratione injuriosæ acceptio-nis. Et ideo quicumque est causa injustæ acceptio-nis, tenetur ad restitutionem. Quod quidem contingit duplice, directe scilicet, & indirekte. Directe quidem, quando inducit aliquis alium ad accipiendo: & hoc quidem tripliciter. Primo quidem modo (3) ex parte acceptio-nis, movendo ad ipsam acceptio-nem; quod quidem fit præcipiendo, consulendo, consentiendo expresse, & laudando aliquem quasi strenuum de hoc quod aliena accepit. Alio modo ex parte ipsius accipientis, quia scilicet eum acceptat, vel qualitercumque ei auxilium fert. Tertio modo ex parte rei acceptæ, quia scilicet particeps est furti, vel rapinæ, quasi socius maleficis.

Indirecte vero, quando aliquis non impedit, cum possit, & debeat impedit: vel quia subtrahit præceptum, sive consilium impediens furtum, vel rapinam; vel quia subtrahit suum auxilium, quo posset obstatere; vel quia occultat post factum: quæ his veribus comprehenduntur:

Jussio, (4) consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstatans, non manifestans.

Sciendum tamen, quod quinque præmissorum sem-

(1) Vélt facultates amplificet, eum efficiendo di-torem: quia proprium justitiae præceptum & symbo-lum in eo tantum continetur ut reddit unicuique quod suum est; superabundans autem illa restitutio, vel facultatum ampliatio, per se non potest alicui veluti suum (idec quendam necessitate legitime debitum) convenire.

(2) Bene utique pari ratione ac per analogiam quandam: Alio enim sensu ibi dicitur de vario gene-re vitiorum quibus Pagani obnoxii fuisse recensentur; non advertentes quod qui faciunt ea, vel consentiunt facientibus, digni sunt morte: Sed huc accommodari potest.

(3) Sic supplendum est quod cum hiatu prius le-gebatur, nec antithesis satis integræ: *Primo modo mouendo &c.* Antithesis enim plena est, ex parte

acceptio-nis, ex parte accipientis, ex parte rei acceptæ, ut adjuncta supponunt.

(4) Nefcio quid in mentem venerit ei, qui ab ali-quot annis de casibus conscientiae agens, non dubita-vit contra omnium sententiam & manifestam verita-tem negare, quod qui damnatum inferri jubet vel sua-det, restituere teneatur: absurdiorum assertione ipsa rationem adjungens, quia ille qui jussionem exequatur est, vel suasioni consensit, bona id fecit volunta-te, quantumcumque jubaret vel suaderet alter: Nec minori absurditate Dominicum a Soto pro se citat, quia nimurum dixit, juvenem qui pueram solicitavit ad patiendum stuprum, non teneri titulo justitiae, sed caritatis tantum, ad ejus quoque conversionem pro-curandam si convertatur ipse, quia sponte consensit illa, quantumlibet solicita-ta supponatur: Quasi par-

semper obligant ad restitutionem. Primo ius-
sio, quia scilicet ille qui jubet, est princi-
paliter movens: unde ipse principaliter tene-
tur ad restituendum. Secundo consensus, in
eo scilicet, sine quo rapina fieri non potest.
Tertio recursus, quando scilicet aliquis est
receptor latronum, & eis patrocinium pra-
stat. Quarto participatio, quando scilicet ali-
quis participat in crimine latrocini, & in
praeda. Quinto tenetur ille qui non obstat,
cum obstat reneatur; sicut principes, qui te-
nentur custodire iustitiam in terra, si per eo-
rum defectum latrones increaserint, ad restitu-
tionem tenentur: quia redditus quos habent,
sunt quasi stipendia ad hoc instituta, ut ju-
stitiam conservent in terra.

In aliis autem casibus enumeratis non sem-
per obligatur aliquis ad restituendum. Non
enim semper *consilium*, vel *adulatio*, vel ali-
quid hujusmodi est efficax causa rapinæ. Un-
de tunc solum tenetur *consiliator*, aut *palpo*,
idei adulator, ad restitutionem, quando pro-
babiliter *estimari* potest quod ex hujusmodi
causis fuerit injusta acceptio subsecuta.

Ad primum ergo dicendum, quod non so-
lum peccat ille qui peccatum exequitur, sed
etiam qui quocumque modo peccati est cau-
sa, sive consiliando, sive præcipiendo, sive
quovis alio modo.

Ad secundum dicendum, quod principaliter
tenetur restituere ille qui est principalis
in facto: principaliter quidem *præcipiens*, se-
cundario vero *exequens*, & consequenter alii
per ordinem: uno tamen restituente illi qui
passus est damnum, alius eidem restituere
non tenetur. Sed illi qui sunt principales in
facto, & ad quos res pervenit, tenentur alii
restituere qui restituerunt. Quando autem
aliquis præcipit injustam acceptiōnem, quæ
non subsequitur, non est restitutio facienda;
cum restitutio principaliter ordinetur ad rein-
tegrandam rem ejus qui injuste est damnifica-
tus.

Ad tertium dicendum, quod non semper
ille qui non manifestat latronem, tenetur ad

restitutionem, aut qui non obstat, vel qui
non reprehendit; sed solum quando incumbit
alicui ex officio; sicut Principibus terra, qui-
bus ex hoc non multum imminet periculum:
propter hoc enim potestate publica potiuntur,
ut sint iustitia custodes.

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo: quomodo per ra-
tionem & ostendas, & in recto sensu in-
telligas: merito insinuatum fuisse a scripturis,
& a Concilio insinuatum; quod etiam aliqui
tenentur ad restitutionem, qui non accep-
erunt realiter proximi res. A scripturis quidem
insinuatur per dictum Ro. 1. *Digni sunt mor-
te non solum qui ea faciunt, sed etiam qui
consentient facientibus.* Hoc est. *Agentes, &
consentientes pari pena puniuntur.* Ut exponit
Papa, de offic. & potestate. judic. deleg. c.
Quia quesitum. Ac si dicatur aperte, si agens
peccat solum, & non tenetur ad restitu-
tionem, sic de consentiente dicas: si vero agens
ultra peccatum tenetur ad restituendum, sic
etiam de consentiente teneas. Nec mirum:
quoniam secundum regulam juris quadragesi-
mam secundam. *Accessorium naturam sequitur
principalis.* Hæc in sexto, de regul. jur. Et
nota, quod Apostolus intelligit de consentien-
tibus, vel directe, vel indirecte, modo de-
clarato in tex. corp. A concilio autem Parisiensi
insinuatur idem a simili de pædicatori-
bus, lib. 1. cap. 5. *Ille, cui dispensatio verbi
commissa est, etiam si sancte vivat, & ta-
men perdite viventes arguere aus erubescat, aut
metuat, cum omnibus, qui eo zacente perierint,
perit. Et quid ei proderit non puniri suo, qui
punieundus est alieno peccato?* Hæc ibi. Ubi a
simili dictum puta de iis omnibus, quibus ex
officio incumbit habere curam de aliis, scili-
cat, de pastoribus, prælatis, principibus, pa-
tribus familiis, &c. Nam est eadem ratio ho-
rum omnium, scilicet sollicitum esse de salute
corporali, spirituali, & reali, idest rerum
sibi commissarum. Ad idem insinuandum fa-
cit

fit ratio utriusque illius facti, ubi ex una parte de
procuranda ejus conversione agitur, quæ participes
peccati sponte fuit; & ex altera de damno ejus re-
parando, quem participes duo in eodem peccato con-
tra leges, invitum vexaverunt: Quis non videat quam
absurda sit comparatio & iniqua consequentia quæ
hinc deduci præsumitur? Præfertim quia si principali-
bus author damnum restituere non tenetur, nulla
passim restitutio futura sit, cum ejusmodi facinorum
executores, ut plurimum nonnulli ganeones mercenarii

soleant esse, qui nec minimæ parti reparandæ omni-
no sufficiant: Ac tantum abest, ut id proprio loco
Dominicus a Soto censuerit, quin manifeste plane
inter eos qui ad restituendum obligantur primum re-
censet illum, qui principalis author fuit; ut videre
est lib. 4. de iustitia & jure quæst. 7. art. 3. confor-
miter ad ea quæ in hoc ipso loco S. Thomas & pa-
sim omnes docent. Quidam accuratius aliena legun-
tur, vel acutius intelligantur, vel sincerius referuntur?

cit & illud. i. Reg. 2. 3. Ubi narratur, quod Heli multiplicita puniendus annunciatur, & in propria persona morte punitur, eo quod non corripiuerit debito modo filios suos, quos ex relatione aliorum noverat male agere. Quanta putas igitur majori pena Heli ipse punitus fuisset, si nullo modo malos filios corripiisset? Ex quo utique datur a scriptura intelligi: quod ii, quibus aliorum cura commissa est ex officio, & peccant, & ad restitutionem omnium damnorum tenentur, non solum, quando malefactores pro defensione reipublicæ nullo modo puniunt: sed etiam quando leviori, idest, non debito modo puniunt. Id, quod facit ad majorem declaracionem conclusionum secunda, tercia, & quinta. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S V I I I . 351

'Utrum quis teneatur statim restituere, an vero possit restitutionem differre.'

*IV. dist. XVII. quast. IIII. art. 2. quest.
4. ad 3.*

AD octavum sic proceditur. Videtur quod non teneatur aliquis restituere statim, sed potius licet possit restitutionem differre. Praecepta enim affirmativa non obligant ad semper. Sed necessitas restituendi imminet ex pracepto affirmativo. Ergo non obligatur homo ad statim restituendum.

2. Præterea. Nullus tenetur ad impossibile. Sed quandoque aliquis non potest statim restituere. Ergo nullus tenetur ad statim restituendum.

3. Præterea. Restitutio est quidam actus virtutis, scilicet justitiae. Tempus autem est una de circumstantiis quæ requiritur ad actus virtutum. Cum ergo alia circumstantia non

sint determinatae in actibus virtutum, sed determinabiles secundum rationem prudentiae, videtur quod nec in restitutione sit tempus determinatum, ut scilicet aliquis teneatur ad statim restituendum.

Sed contra est quod eadem ratio esse videtur in omnibus quæ sunt restituenda. Sed ille qui conductit opera mercenarii, non potest differre restitutionem, ut patet per illud quod habetur Levit. xix. 13. *Non morabitur opus mercenarii sui apud te usque mane.* Ergo neque in aliis restitutionibus faciendis potest fieri dilatio, sed statim restituere oportet.

Respondeo dicendum, quod sicut accipere rem alienam est peccatum contra justitiam, ita etiam detinere eam: quia per hoc quod aliquis detinet rem alienam invito domino, impedit eum ab usu rei suæ, & sic ei facit injuriam. Manifestum est autem quod nec per modicum tempus licet in peccato morari; sed quilibet tenetur peccatum statim deserere, secundum illud Eccli. xxi. 2. *Quasi a facie colubri fuge peccatum.*

Et ideo quilibet tenetur statim restituere, si potest, vel petere dilationem ab eo qui potest usum rei concedere.

Ad primum ergo dicendum, quod præceptum de restitutione facienda quamvis secundum formam sit affirmativum, implicat tamen in se negativum præceptum, quo prohibemur rem alterius detinere.

Ad secundum dicendum, quod quando aliquis non potest statim restituere, ipsa impotentia absolvit eum ab instanti restitutione facienda; sicut etiam totaliter a restitutione absolvitur, si omnino sit impotens: (1) debet tamen remissionem, vel dilationem petere ab eo cui debet, aut per se, aut per alium.

Ad tertium dicendum, (2) quod cuiuscumque circumstantia omisso, quæ contrariatur virtuti, pro determinata est habenda, & oportet

(1) *Hinc inanis actio creditoris quam inopia debitoris excludit appellatur in Syntagmate Juris lib. 22. cap. 14. num. 2. ac ex jure civili comprobatur: Et Gregorius 9. Extra de solutionis cap. Odoardus de illo propter quædam debita, quæ solvere omnino non poterat, excommunicato, sic rescribit: Si consisterit quod vel in totum vel pro parte non possit solvere debita supradicta, sententiam ipsam sine difficultate quilibet relaxetis, recepta prius ab ipso idonea cauzione, ut si ad pinguiorem fortunam devenerit, debita predicta persolvet. Eam quoque ob caufam introdum, ut qui debita ex integræ solvere non valeret, cedere bonis autoritate legum fineretur; sic tanquam ut quæ sibi ad usum vite necessarium sufficerent, possit apud se retinere, imo & Scholastici*

suos libros quibus ad eruditioñis usum indigerent; sicut in Syntagmate Juris rursus lib. 22. cap. 9. videtur est; ubi excipiuntur ab hoc privilegio cessionis qui fraudulenter ex industria cedunt, ut credores fallant & a debitis exonerati possint fieri ditiore; ac multiplices contra illos Imperatorum, Regum, Comitiorum Regni leges & sanctiones recensentur severam illis multam decernerentes.

(2) *Ita codd. Tarraç. Alcan. Paris. Theologi, & recentes edit. solum cod. Alcan. ad marginem addit ut ad pro, ut legitur prout determinata. Edit. veteres possim: quod quia ejusque circumstantia omisso contrariatur virtuti, pro determinato est habendum, quod oportet illam circumstantiam observare.*

oportet illam circumstantiam observare : & quia per dilatationem restitutionis committitur peccatum iustitiae detentionis , quod iustitiae opponitur ; ideo necesse est tempus esse determinatum , ut statim restitutio fiat.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per ratione nem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , quod tenetur debitor ad restituendum statim . Insinuatur autem per dictum Levit. 19. *Nor morabitur opus , &c.* Super quo in proposito discurse : ut *in arg. contr.* Item per dictum Prov. 3. *Ne dicas amico tuo , vade , & revertere : Et cras dabo tibi : cum statim possis dare.* Hic enim , & a fortiori quidem , scriptura demonstrat intentum . Quasi aperte dicat . Si benefaciendo amico non debes differre , sed statim juxta possibilitatem tuam illud exequi : tanto magis hoc ipsum erga creditorem tuum , cui scilicet aliquid restituturus es , debes observare . Patet enim etiam apud mediocriter sensatos , quod magis tenetur homo ad restituendum aliena , quam ad benebole dandum de suo . Cum ergo ad benebole dandum de nostro , nos debere statim procedere , dicat scriptura : per hoc utique ad non tenendum de alieno , idest , ad illud statim restituendum nos obligatos esse magis declarat . Secundo vi des : quomodo &c.

Q U A E S T I O L X I I I .

De acceptione personarum ,

In quatuor articulos divisa .

Deinde considerandum est de vitiis oppositis predictis iustitiae partibus : & primo de acceptione personarum , quae opponuntur iustitiae distributivae ; secundo de peccatis quae opponuntur iustitiae commutativa .

Circa primum queruntur quatuor .

Primo , utrum personarum acceptio sit peccatum .

Secundo , utrum habeat locum in dispensatione spiritualium .

Tertio , utrum in exhibitione honoris .

Quarto , utrum in judiciis .

ARTICULUS I. 352

Utrum personarum acceptio sit peccatum .

*Inf. art. 2. corp. & Rom. II. l*et* 2.*

AD primum sic proceditur . Viderur quod personarum acceptio non sit peccatum . In nomine enim personae intelligitur personae dignitas . Sed considerare dignitates personarum pertinet ad distributivam iustitiam . Ergo personarum acceptio non est peccatum .

2. Præterea . In rebus humanis personæ sunt principaliores quam res : quia res sunt propter personas , & non e converso . Sed rerum acceptio non est peccatum . Ergo multo minus acceptio personarum .

3. Præterea . Apud Deum nulla potest esse iniquitas , vel peccatum . Sed Deus videtur personas accipere : quia interdum duorum hominum unius conditionis unum assumit per gratiam , & alterum relinquit in peccato , secundum illud Matth. xxiv. 40. (*) *Duo erunt in lecto : unus assumeretur , & alius relinqueretur . Ergo acceptio personarum non est peccatum .*

Sed contra . Nihil prohibetur in lege divina nisi peccatum . Sed personarum acceptio prohibetur Deut. I. 17. ubi dicitur : *Non accipietis cajusquam personam . Ergo personarum acceptio est peccatum .*

Respondeo dicendum , quod personarum acceptio opponitur iustitiae distributivæ . Consistit enim æqualitas distributivæ iustitiae in hoc quod diversis personis diversa tribuantur , secundum proportionem ad dignitates personarum . Si ergo aliquis considereret illam proprietatem personæ propter quam id quod ei confertur , est ei debitum , non est acceptio personæ , sed causæ : unde Glossa (1) super illud ad Ephes. vi. *Personarum acceptio non est apud Deum ,* dicit , quod „ Deus iudicat , iustus causas discernit , non personas . “ Puta si aliquis promoveat aliquem ad

(*) *Vide Luc. XVI. 34. Apud Matth. enim legitur in agro .*

(†) Moderna quidem interlinealis nullo nomine prænotata , sed manuscripta vetus collateralis velut ex Ambrosio refert ; quia in eo nempe Commentario qui Ambrosio tribui tunc solebat & supposititus tantum est , sic habetur . Similia etiam ad Rom. 2. su-

per illud , *Pax omni operanti bonum , Iudeo primum & Graeco ; Non enim est acceptio personarum apud Deum , tum in veteri Glossa manucripta sub Ambrosii rursus nomine , tum in moderna & impressa quæ Augustini nomen in margine velut ex Concione 25. super Psal. 118. notat suo his verbis : Coequat Iudeum & Gentilem in pano & gloria ; quia Deus iudicat .*

ad magisterium propter sufficientiam scientiaz, hic attenditur causa debita, non persona; si autem aliquis consideret in eo, cui aliquid confert, non id propter quod id quod ei datur esset ei proportionatum, vel debitum, sed solum hoc quod est iste homo (puta Petrus, vel Martinus) hic est acceptio personaz: quia non attribuitur ei aliquid propter aliquam causam quæ faciat eum dignum, sed simpliciter attribuitur persona. Ad personam autem referunt quæcumque conditio non faciens ad causam, propter quam sit dignus hoc dono; puta si aliquis promoteat aliquem ad prælationem, vel magisterium, quia est dives, vel quia est consanguineus suus, est acceptio personaz.

Contingit tamen aliquam conditionem personaz facere eam dignam respectu unius rei, & non respectu alterius; sicut consanguinitas facit aliquem dignum ad hoc quod institutatur heres patrimonii, non autem ad hoc quod conferatur ei prælatio ecclesiastica. Et ideo eadem conditio personaz in uno negotio considerata facit acceptiōnem personaz, in alio autem non facit.

Sic ergo patet quod personarum acceptio opponitur justitia distributiva in hoc quod præter proportionem agitur. Nihil autem opponitur virtuti nisi peccatum. Unde conquebus est quod personarum acceptio sit peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod in distributione justitia considerantur conditions personarum quæ faciunt ad dignitatis, vel debiti causam; sed in acceptione personarum considerantur conditions quæ non faciunt ad causam, ut dictum est (in corp.)

Ad secundum dicendum, quod personaz proportionantur, & dignæ redduntur aliquibus quæ eis distribuuntur, propter alias res quæ pertinent ad conditionem personaz: & ideo hujusmodi conditions sunt attendenda, tamquam propria causa. Cum autem considerantur ipsæ personaz, attenditur non causa ut causa: & ideo patet quod quamvis personaz sint digniores simpliciter, non tamen sunt digniores quoad hoc.

Ad tertium dicendum, quod duplex est da-

tio. Una quidem pertinens ad iustitiam, qua scilicet aliquis dat alicui quod ei debetur: & circa tales dationes attenditur personarum acceptio. Alia est datio ad liberalitatem pertinens, qua scilicet gratis datur alii cui quod ei non debetur: & talis est collatio munerum gratiæ, per quam peccatores assumuntur a Deo: & in hac donatione non habet locum personarum acceptio: quia qui libet absque iniustitia potest de suo dare quantum vult, & cui vult, secundum illud Marth. xx. 14. & 15. *An non licet mihi quod volo facere? Tolle quod tuum est, & vade.*

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a Scripturis, quod acceptio personarum est peccatum. Insinuator autem per hoc, quod Deuter. i. dicitur: *ut in arg. contr. ubi vigilanter, quoniam ad multa scripturarum intelligenda tibi proderit, notabis illam maiorem.* Item per dictum Jacobi 2. *Si personam accipitis, peccatum operamini, redarguit a lege, quasi transgressores.* Dederat vero ibi exemplum de personarum acceptione, dicens: *Si intraverit in conventum vestrum vir aureum annulum habens, in ueste candida; introierit autem & pauper in forido habitu: & intendatis in eum, qui induitus est ueste præclara, & dixeritis ei: Tu sede hic: bene: pauper autem dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: Nonne judicatis apud vosmetipos, & facti estis judices cogitationum iniquarum?* Vide art. 2. ad 2. & arg. contr. & art. 3. arg. 3. quod solvit in corp. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur vicissim angelica doctrina præsens, & confirmetur.

A R T I C U L U S II. 353

Utrum in dispensatione spiritualium locum habeat personarum acceptio.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in dispensatione spiritualium locum non habeat

judicas non secundum personas sed secundum merita &c. Ex neutro tamen sic sumitur, sed ex adulterino Commentario, quem perperam tribui Ambrosio jam notavimus: *Etsi aliqua quæ huc spectant, sed non iisdem verbis, habet loco notato Augustinus. Plenius autem S. Thomas in eum locum, ubi & refert illud ex Act. 10. *Non est personarum acceptor Deus,**

&c. Ac ibidem opposens ad probandum quod personarum videatur acceptor, quia quosdam hominum in peccatis relinquit, quosdam vocat, respondet personarum acceptiōnem locum in his habere quæ dantur ex debito, non in iis quæ gratis dantur: *Deum autem non ex debito peccatores vocare ad salutem sed gratis &c.*

habeat personarum acceptio. Conferre enim dignitatem ecclesiasticam, seu beneficium aliqui propter consanguinitatem, videtur ad acceptiōnem personarum pertinere: quia consanguinitas non est causa faciens hominem dignum ecclesiastico beneficio. Sed hoc non videtur esse peccatum; cum hoc ex consuetudine prælati Ecclesiarum faciant. Ergo peccatum personarum acceptiōnis non videtur locum habere in dispensatione spiritualium.

2. Præterea. Præferre divitem pauperi videtur ad acceptiōnem personarum pertinere, ut patet Jac. 11. (1) Sed facilis dispensatur cum divitibus, & potentibus, quod in gradu prohibito contrahant matrimonium, quam cum aliis. Ergo peccatum personarum acceptiōnis non videtur locum habere circa dispensationem spiritualium.

3. Præterea. Secundum jura (2) sufficit eligere bonum, non autem requiritur quod aliquis eligat meliorem. Sed eligere minus bonum ad aliquid altius, videtur ad acceptiōnem personarum pertinere. Ergo personarum acceptio non est peccatum in spiritualibus.

4. Præterea. Secundum statuta Ecclesiarum (cap. Cum dilectus de electione &c.) eligendus est aliquis de gremio Ecclesiarum. Sed hoc videtur ad acceptiōnem personarum pertinere, quia quandoque sufficientiores alibi invenirentur. Ergo personarum acceptio non est peccatum in spiritualibus.

Sed contra est quod dicitur Jacobi 11. 1. *Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi: ubi dicit Glossa Augustini (3) Quis ferat, si quis divitem eligat ad sedem honoris Ecclesie, contemptu paupere instructiore, & fandiore?*

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) acceptio personarum est peccatum, in quantum contrariatur justitiæ. Quanto autem in majoribus aliquis justitiam transgreditur, tanto gravius peccat. Unde cum spiritualia sint temporalibus potiora,

Summ. S.Tb. Tom. VII.

(1) Ubi dicitur acceptio personarum si quis divitem in fidelium cœtu excipiat honorifice, pauperemque contemnat.

(2) Notatur in indice Decretalium ut ex cap. Cum dilectus sit de electione; sed non satis expresse colligitur, cum ab Innocentio 3. confirmata refertur elec*tio cuiusdam*, quo dicebantur esse alii digniores, non tamen probabantur.

(3) Sicut vetus & manuscripta Glossa refert; Moderna vero & impressa ex Beda: Sed Beda ipse summis ex Augustino, qui sic plenius tum in Glossa tum in proprio textu epist. versus finem: *Nec sane, quantum arbitror, putandum est leve esse peccatum in*

gravius peccatum est personas accipere in dispensatione spiritualium quam in dispensatione temporalium.

Et quia personarum acceptio est cum aliquid personæ attribuitur præter proportionem dignitatis ipsius, considerare oportet, quod dignitas alicujus personæ potest attendi duplíciter. Uno modo simpliciter, & secundum le; & sic majoris dignitatis est ille qui magis abundat in spiritualibus gratiæ donis. Atio modo per comparationem ad bonum commune: contingit enim quandoque quod ille qui est minus sanctus, & minus sciens, potest magis conferre ad bonum commune propter potentiam, vel industriam sæcularem, vel propter aliquid hujusmodi. Et quia dispensationes spiritualium principalius ordinantur ad utilitatem communem, secundum illud I. Cor. xii. 7. *Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem*; ideo quandoque, absque acceptiōne personarum in dispensatione spiritualium, illi qui sunt simpliciter minus boni melioribus præferuntur; (4) sicut etiam & Deus gratias gratis datas quandoque concedit minus bonis.

Ad primum ergo dicendum, quod circa consanguineos prælati distinguendum est. Quandoque enim sunt minus digni & simpliciter, & per respectum ad bonum commune; & sic si dignioribus præferantur, est peccatum personarum acceptiōnis in dispensatione spiritualium; quorum prælatus ecclesiasticus non est dominus, ut possit ea dare pro libito, sed dispensator, secundum illud I. ad Cor. iv. 1. *Sic nos existimes homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*. Quandoque vero consanguinei prælati ecclesiastici sunt æque digni ut alii: & sic licet potest absque personarum acceptiōne consanguineos suos præferre: quia saltem in hoc præminent quod de ipsis magis confidere potest, ut unanimiter secum negotia Ecclesiarum tractent. Esset tamen hoc propter scandalum R. dimit-

personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi, si illam distantiam sedendi ac stanti ad honores ecclesiasticos referamus: *Quis enim ferat elec*tio divitem ad sedem* &c.*

(4) Hinc illi qui gratias etiam gratis datas non habent I. ad Corinth. 12. indicatas, mox tamen meliorum interim charismatum capaces, præ aliis easdem habentibus, æquivalenter indicantur; sed expressius tum Matth. 7. vers. 22. tum Luc. 13. vers. 27. ubi dicentes, *Nonne in nomine tuo prophetavimus & cetera quæ ad gratias gratis datas pertinent, velut iniquitatis operarii vel operantes iniquitatem repelluntur.*

dimitendum , si ex hoc aliqui exemplum sumerent , etiam præter dignitatem , bona Ecclesiæ consanguineis dandi .

Ad secundum dicendum , quod dispensatio matrimonii contrahendi principaliter fieri consuevit propter fœdus pacis firmandum ; quod quidem magis est necessarium communi utilitatì circa personas excellentes : & ideo eum eis facilius dispensatur absque peccato acceptio personarum .

Ad tertium dicendum , quod quantum ad hoc quod electio impugnari non possit in foro judiciali , sufficit eligere bonum , (1) nec oportet eligere meliorem : quia sic omnis electio posset habere columnam : sed quantum ad conscientiam eligentis , neceſſe est eligere meliorem vel simpliciter , vel in comparatione ad bonum commune : quia si potest haberi aliquis magis idoneus erga aliquam dignitatem , & alius præferatur , oportet quod hoc sit propter aliquam causam : quæ quidem si pertineat ad negotium , quantum ad hoc erit ille , qui eligitur , magis idoneus ; si vero non pertineat ad negotium id quod consideratur ut causa , erit manifeste acceptio persone .

Ad quartum dicendum , quod ille qui de gremio Ecclesiæ assumitur , ut in pluribus consuevit esse utilior quantum ad bonum commune , quia magis diligit Ecclesiam in qua est nutritus : (2) & propter hoc etiam mandatur Deuter. xvii. 15. Non poteris alterius gentis hominem facere regem , qui non sit frater tuus .

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito insinuatum fuisse a scripturis : quod acceptio personarum & habet locum in spiritualibus , & est gravissimum peccatum . Insinuatur vero Jacob. 2. maxime juncta expositione Augustini , in arg. contr. Et nota , quod ille est principalis sensus Ja-

cobi Apostoli , excludere scilicet acceptio personarum in dispensatione spiritualium . Id , quod ostenditur per ly in personarum acceptione babere fidem Domini , per ly enim , per ly cogitationum iniquarum , ut ibi subjungitur in contextu . Gravissimum peccatum mortale esse illud , cognosce ex emphasi , energiae locutionis Augustini , scilicet , *Quis ferat gravitatem quoque peccati hujus adeo stomachi August.* non tantum ratione culpe , sed etiam ratione restitutionis omnium dannorum , tum corporalium , tum spiritualium , Ecclesiæ tali , ex talis personæ ei pro regimine datæ , advenientium perpendas q. 62. art. 7. conclus. 3. & ad tertium & appen. Nam , quod ibi dicitur de principibus , tum de prælatis etiam spiritualium dispensatoribus intellige , cum utrobique sit de iis eadem ratio quoad hoc . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 354

Utrum in exhibitione honoris , & reverentie locum habeat peccatum acceptio personarum .

Quotib. x. art. 12.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod in exhibitione honoris , & reverentie non habeat locum peccatum acceptio personarum . Honor enim nihil aliud esse videtur quam reverentia quedam alicui exhibita in testimonium virtutis , ut patet per Philosophum in I. Ethic. (cap. v. & xi.) Sed prælati , & principes sunt honorandi , etiamsi sint mali , sicut etiam parentes , de quibus mandatur Exod. xx. 12. Honora patrem tuum & matrem tuam : & etiam domini sunt a servis honorandi , etiamsi sint mali , secundum illud I. ad Timoth. vi. 1. Quicumque sunt sub iugo servi , dominos suos honore dignos arbitrentur . Ergo videtur quod acceptio personæ non sit peccatum in exhibitione honoris .

2. Præ-

(1) Quamvis postliminio in Concilio Tridentino Sess. 24. de reformatione cap. 18. ex dignis eligendus dignior decernitur sub pena nullitatis : Indeque Pius V. in Bulla que incipit *In conferendis* eo casu quo minus dignus elegatur , vult in favorem dignioris electionem irritari .

(2) Conformatiter ad caput . Nec emeritis dist. 61. Decreti , ubi peregrinos & extraneos & qui ante ignorati sunt , emeritis Clericis qui de fuorum civium testimonio bene merentur , vetat præponi Cælestinus;

Ut & cap. Nullus ex eodem : Tunc alter de altera eligatur Ecclesia , si de ciuitatis ipsius Clero , cui Episcopus ordinandus est , nullus dignus poteris repertiri quod evenire non credimus) Et quasi rationem subjungens addit : *Habebat unusquisque fructum militis sue in Ecclesia , in qua suum per omnia officia transfigit eostem :* Præter caput Obitum ex Gregorio lib. 11. epist. 16. Ut & Causa 18. quest. 2. cap. Quam sit ex Gregorio rursus lib. 7. epist. 18. &c.

2. Præterea. Levit. xix. 32. præcipitur: *Coram cano capite consurge, & bonorum personam senis.* Sed hoc videtur ad acceptiōnē personarū pertinere: quia quandoque senes non sunt virtuosi, secundum illud Dan. xiiii. 5. *Egressa est iniquitas (*) a senioribus populi.* Ergo acceptio personarū non est peccatum in exhibitione honoris.

3. Præterea. Super illud Jac. ii. *Nolite in personarum acceptiōne habere fidem &c.* dicit Glossa. (1) Augustini, *Si hoc quod Jacobus dicit, Si introieris in conveniū vestro vir habens annulum aureum &c. intelligatur de quotidianis confessiōibus, quis bic non peccat, si tamen peccat?* Sed hæc est acceptio personarū, divites propter divitias honorare: dicit enim Gregorius in quadam homil. (xxviii. in Evang. ante med.) *Superbia nostra redundit, quia in hominibus non naturam, qua ad imaginem Dei facti sunt, sed divitias honossumus: & sic cum divitiz non sint debita causa honoris, pertinet hoc ad personarum acceptiōnē.* Ergo personarum acceptio non est peccatum circa exhibitionem honoris.

Sed contra est quod dicitur in Glossa (interl. sup. illud, *Nolite in personarum acceptiōne &c.*) Jac. ii. *Quicumque divitem propter divitias honorat, peccat; & pari ratione si aliquis honoretur propter alias causas quæ non faciunt dignum honore; quod pertinet ad acceptiōnē personarū.* Ergo acceptio personarū in exhibitione honoris est peccatum.

Respondeo dicendum, quod honor est quadam testimonium de virtute ejus qui honoratur: & ideo sola virtus est debita causa honoris.

Sciendum tamen, quod aliquis potest honorari non solum propter virtutem propriam sed etiam propter virtutem alterius; sicut principes, & prælati honorantur, etiamsi sint mali, in quantum gerunt personam Dei, &

communitatis, cui præficiuntur, secundum illud Prov. xxvi. 8. (2) *Sicut qui immittit lapides in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Quia enim Gentiles rationationem attribuebant Mercurio, *acervus Mercurii dicitur cumulus ratiocinii;* in quo mercator quandoque mittit unum lapillum loco centum marcarum: Ita etiam honoratur insipiens, qui ponitur loco Dei, & loco totius communitatatis: & eadem ratione parentes, & domini sunt honorandi propter participationem divinae dignitatis, qui est omnium pater, & dominus. Senes autem sunt honorandi propter signum virtutis, quod est senectus; licet hoc signum quandoque deficit. Unde, ut dicitur Sap. iv. 8. *senecus venerabilis est, non diurna, neque annorum numero comparsata: cuncti autem sunt sensus hominis, & etas senectutis vita immaculata.* Divites autem honorandi sunt propter hoc quod majorem locum in communitatibus obtinent.

Si autem solum intuitu divitarum honorantur, erit peccatum acceptiōnis personarum.

Et per hoc patet responsio ad objecta.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis, quod in exhibitiōne honoris potest habere locum acceptio personarū. Insinuantur autem per hoc: quod dicitur Jacob. 2. juncta etiam glossa, ut in arg. cons. Et, sicut ibi discutitur. Secundo vides: quomodo &c.

(*) *Vulgata a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.*

(1) Interlinealis moderna vel impressa, sed in veteri manuscripta collateralī, utrobique innominata; sed ex prædicto Augustini loco implicite colligi potest: *Si de quotidianis confessionibus loquuntur (inquit) quis non hic peccat? Non tamen peccat nisi cum apud semetipsum situs ita judicat, ut si tanto melior quanto dicitur videatur.*

(2) Ubi longe aliter 70. legunt: *Qui alligat lapidem in fundo, similis est ei qui das imprudenti gloriam:* Quasi sit sensus ex Ambrosio epist. 7. quod inquit qui lapidem in fundo alligat, sibi potius

dominum jarulum intorquet, affert periculum, sic &c. Et si aliud fundum explicant palam annuli pro qua Plinius ipse funda usurpat, lib. 37. cap. 9. cum perspicuas gemmas funda includi ait: *Quasi sit sensus, quod sicut qui lapidem in annulo aliquo pretiose alligat, ipsum annulū dishonestat, & dedecorat locum honorificum qui cum imprudenti decernit &c.* Lapidē porro in trivii ad Mercurii statuam & honorem coacervatos Mesychius explicat: *Quasi sit sensus: quod qui tribuit imprudenti honorem, perinde est ac si exhibeat idolo:* Præter plures alias interpretationes quas charte angustia non capit.

A R T I C U L U S IV. 355

*Utrum in judiciis locum habeat peccatum
acceptio personarum.*

AD quartum sic proceditur. Videtur quod in judiciis locum non habeat peccatum acceptio personarum. Acceptio enim personarum opponitur distributiva justitia, ut dictum est (art. i. hu. quæst.) Sed judicia maxime videntur ad justitiam commutativam pertinere. Eigo personarum acceptio non habet locum in judiciis.

2. Præterea. Pœnæ secundum aliquod judicium infliguntur. Sed in pœnis accipiuntur personæ ablique peccato: quia gravius puniuntur qui inferunt injuriam in personas principum, quam qui in personas aliorum. Ergo personarum acceptio non habet locum in judiciis.

3. Præterea. Eccli. iv. 10. dicitur: *In judicando esto pupillis misericors.* Sed hoc videtur esse accipere personam pauperis. Ergo acceptio personarum in judiciis non est peccatum.

Sed contra est quod dicitur Proverb. xviii. 5. (*) *Accipere personam in judicio non est bonum* (1).

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (quæst. ix. art. 1.) judicium est actus justitiae, prout judex ad æqualitatem justitiae reducit ea quæ inæqualitatem opositam facere possunt. Personarum autem acceptio inæqualitatem quamdam habet, inquantum attribuitur alicui personæ aliquid præter proportionem suam, in qua consistit æqualitas justitiae. Et ideo manifestum est quod per personarum acceptio personam in judicio corrumperit.

Ad primum ergo dicendum, quod judicium dupliciter potest considerari. Uno modo quantum ad ipsam rem judicatam; & sic judicium se habet communiter ad communitativam, & ad distributivam justitiam: potest enim judicium definiri qualiter aliquid commune sit distribuendum in multis, & qualiter alteri unus restituat quod ab eo accepit. Alio modo potest considerari quantum ad ipsam formam judicii, prout scilicet judex etiam in ipsa commutativa justitia ab uno accepit, & alteri dat: & hoc pertinet ad distributivam justitiam. Et secundum hoc in quolibet judicio locum habere potest personarum acceptio.

Ad secundum dicendum, quod cum punitur aliquis gravius propter injuriam in maiorem personam commissam, non est personarum acceptio: quia ipsa diversitas personæ facit, quantum ad hoc, diversitatem rei, ut supra dictum est (quæst. lviii. art. 10. & quæst. lx. ar. 2. ad 3.)

Ad tertium dicendum, quod homo in judicio debet pauperi subvenire quantum fieri potest, tamen sine laesione justitiae: (**) alioquin habet locum illud quod dicitur Exod. xxii. 3. *Pauperis quoque non misereberis in judicio.*

A P P E N D I X.

EX artic. habes primo: quomodo per rationes ostendas, merito insinuatum a scripturis, quod acceptio personarum & habet locum in judiciis, & corruptit judicia. Insinuator autem per dictum Proverb. 18. *Accipere personam in judicio non est bonum.* Ibi enim loquitur, ut multoties fit, per figuram illam, quæ minus dicit, & plus significat, ac si dixerit. *Accipere personam in judicio*

est

(*) *Vulgata: Accipere personam impii non est bonum, ut declines a veritate judicii.*

(1) Vel sic emendato texu *Accipere personam impii non est bonum, ut declines a veritate judicii: θεωρεῖτε*, autem græce apud 70. seu *mirari personam*; et si Aquila legit λαβεῖτε seu *accipere*; ut ex hebreo quoque colligitur. Non ergo qualemcumque personam generatim accipi vetat, sed personam impii a quo nempe aliquid nocumentum vel damnum timeatur, & ex timore illo ab æquitate declinetur. Generalius tamen Levit. 19. vers. 15. *Non facies quod iniquum es, nec in iuste judicabis: Non consideres personam pauperis, nec honores vultum posensis: Iuste judica proximo tuo:* Ex Deuter. 1. vers. 16. ac deinceps: *Quod justum est, judicate: Nulla eris disfiantia personarum: Ita parvum audietis ut*

magnum: Nec accipietis cujusquam personam, quia judicium Dei est: Et Deut. 16. vers. 18. & sequenti: *Judices constitues ut judicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinet: Non accipies personam &c.* Prov. item 24. vers. 23. *Cognoscere personam in iudicio non est bonum;* ut & Aquila & Symmachus ἐπιγνώσκετε. Apud 70. vero revereri (αιδεῖσθαι) quod in Editione Sixtiana non satis apte redditum est erubescere: *Quin & Ecclesiast. 42. vers. 1. Ne accipias personam ut delinquas;* & mox id explicatur de iudicio justificare impium &c. Et Jacob 2. vers. 6. & 9. *Nonne divites opprimunt usque trahunt vos ad iudicia? Si autem personas accipitis peccatum operamini &c.*

(**) *Ita communius, Al. alioquin non haberet locum illud &c. forse melius.*

est malum. Item, & sane quodammodo a fortiori, per dictum Exod. 23. *Pauperis non misereberis in iudicio*. Si enim persona cuiusquam attendenda esset in iudicio, ut scilicet, quia est talis, non quia meretur, iudicaremus in favorem ejus; hoc pricipue videtur esse faciendum erga pauperem, cum ipsius persona inter miserabiles sit valde miserabilis. Per hoc ergo, quod accipere personam pauperis in iudicio prohibet Deus, prohibere intelligitur multo magis acceptio personarum aliarum. Item a simili per hoc, quod dicitur 1. Reg. 8. quod *filiis Samuel acceperunt munera*, & mox subditur. *Perverterunt iudicium*. Item per illam querelam Domini Isai. 1. *Principes tui infideles socii furum, omnes diligunt munera*. A simili enim ibi ostenditur, quod acceptio personarum corruptit iudicium, sicut & acceptio munerum, immo etiam, quod tanto magis ipsum corruptit, quanto ad personas vel gratificandas, vel in odium mittendas ordinatur datio, & acceptio munerum, hoc est, quanto magis acceptio personarum est finis acceptio munerum. Vide art. 2. append. Nam & ratione peccati, & ratione restitutionis omnium inde sequentium damnorum, &c. a judice, personarum acceptio in iudicio a Deo prohibetur. Secundo vides &c.

Q U E S T I O L X I V .

De vitiis oppositis commutativa justitia, & primo de homicidio, in octo articulos divisa.

Postea considerandum est de vitiis oppositis commutativa justitia: & primo considerandum est de peccatis quae committuntur circa involuntarias commutations. Secundo de peccatis quae committuntur circa commutations voluntarias. Committuntur autem peccata circa involuntarias commu-

tationes per hoc quod aliquod documentum proximo infertur contra ejus voluntatem: quod quidem potest fieri dupliciter, scilicet facto, & verbo. Facto quidem, cum proximus ieditur vel in persona propria, vel in persona conjuncta, vel in propriis rebus. De his ergo per ordinem considerandum est: & primo de homicidio, per quod maxime nocetur proximo: & circa hoc queruntur octo.

Primo, utrum occidere animalia bruta, vel etiam plantas, sit peccatum.

Secundo, utrum occidere peccatorem sit licitum.

Tertio, utrum hoc liceat privatæ personæ, vel solum publicæ.

Quarto, utrum hoc liceat clero.

Quinto, utrum liceat alicui occidere seipsum.

Sexto, utrum liceat occidere hominem justum.

Septimo, utrum liceat alicui occidere hominem, seipsum defendendo.

Octavo, utrum homicidium casuale sit peccatum mortale.

A R T I C U L U S I. 356

Utrum occidere quæcumque viventia sit illicitum.

I. *diss. xxxix. quest. ii. art. 2. cor. & III. contra cap. cxii. fin.*

AD primum sic proceditur. Videtur quod occidere quæcumque viventia sit illicitum. Dicit enim Apostolus ad Rom. xiii. 2. *Qui ordinationi Dei resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt*. Sed per ordinationem divinæ providentiaz omnia viventia conservantur, secundum illud Psal. cxlv. 8. *Qui producit in montibus foenum, & dat jumentis escam iporum* (1). Ergo mortificare quæcumque viventia videtur esse illicitum.

2. Præ-

(1) Sive plenius: *Qui producit in montibus foenum & herbam servituti hominum, Qui dat jumentis escam &c.* Ut nunc legitur in Vulgata; & Augustinus, Chrysostomus, Theodoretus, legunt; explicantque posteriores duo de jumentis quae ad hominum servitutem destinata sunt, ac *servitus hominum* e. m ob causam appellantur: Huius ergo servituti hominum (*τη διατήρησις*) foenum & herbam Deus providet in montibus, idest jumentis que homini serviant, ut huic officio apta sint: Unde inepte quidam & irrationabiliter sic dispungunt, *producit in montibus fo-*

num; deinde vero separatim, & herbam servituti hominum; quasi herbas productas hominibus ad usum suum velint, sed rejiciant foenum. De illo autem versu sic Hilarius: *In pluribus infertum codicibus comprehendimus* (inquit) *ut ea quae superius dicta sunt, de homine dicta esse per nuncupationem ipsius hominis intelligentur:* *Sed nos non egemus hoc sensu, &c.* Quippe cum de jumentis intelligatur, ut præmittit, ac jumentorum cibus designetur in foeno: Nec in Hebreo sic habetur, sed simpliciter quod germinare facit herbam.

2. Præterea. Homicidium est peccatum ex eo quod homo privatur vita. Sed vita communis est omnibus animalibus, & plantis. Ergo eadem ratione videretur esse peccatum occidere bruta animalia, & plantas.

3. Præterea. In lege divina non determinatur specialis poena nisi pro peccato. Sed occidenti bovem, vel ovem alterius statuitur poena determinata in lege divina, ut patet Exod. xxii. Ergo occisio brutorum animalium est peccatum.

Sed contra est quod Augustinus dicit in I. de civ. Dei (cap. xx. sub fin.) Cum audimus, Non occides, non accipimus hoc dictum esse de fructibus, quia nullus eis est sensus: nec de irrationalibus animalibus, quia nulla nobis ratione sociantur. Refut ergo ut intelligamus de homine quod dictum est, Non occides.

Respondeo dicendum, quod nullus peccat ex hoc quod utitur re aliqua ad hoc ad quod est. In rerum autem ordine imperfectiora sunt propter perfectiora. sicut etiam in generationis via natura ab imperfectis ad perfecta procedit. Et inde est quod sicut in generatione hominis prius est vivum, deinde animal, ultimo autem homo; ita etiam ea quæ tantum vivunt, ut plantæ, sunt communiter propter animalia; omnia autem animalia sunt propter hominem. Et ideo si homo utatur plantis ad utilitatem animalium, & animalibus ad utilitatem hominum, non est illicitum, ut patet per Philosophum in I. Polit. (cap. v. & vii.)

Inter alios autem usus maxime necessarius esse videtur ut animalia plantis utantur in cibum, & homines animalibus; quod sine mortificatione eorum fieri non potest. Et ideo licitum est & plantas mortificare in usum animalium, & animalia in usum hominum, ex ipsa ordinatione divina: dicitur enim Genes. 1. 29. Ecce dedi vobis omnem herbam, & universa ligna, ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus serva: & Genes. ix. 3. dicitur: Omne quod moveatur, & vivit, erit vobis in cibum.

Ad primum ergo dicendum, quod ex ordinatione divina conservatur vita animalium, & plantarum, non propter seipsa, sed propter hominem. Unde, ut Augustinus dicit in I. de civ. Dei (cap. xx. in fin.) justissima ordinatione Creatoris & vite, & mors eorum nostris usibus subditur.

Ad secundum dicendum, quod animalia bruta, & plantæ non habent vitam rationalem, per quam a seipsis agantur; sed semper aguntur, quasi ab alio, naturali quodam

impulso: & hoc est signum quod sunt naturaliter serva, & aliorum usibus accommodata.

Ad tertium dicendum, quod ille qui occidit bovem alterius, peccat quidem, non quia occidit bovem, sed quia damnificat bovinum in re sua: unde non continetur sub peccato homicidii, sed sub peccato surti, vel rapine.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem derideas errorem Pauperum de Lugduno, ut legitur in Summa fratris Ignati. quinta parte, capite secundo in Biblioteca Vaticana manuscripta, dicentiam: quod animalia bruta non debent occidi. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hunc errorem merito damnari a Gen. cap. 1. & cap. 9. ut citatur in iux. corp. fin. Item a Beato Augustino prout in argumento contraria. Item a sanctis David, Abraham, Isaac, Jacob, Rebbecca, &c. occidentium animalia bruta pro cibo suo, atque suorum, ut passim in testamento veteri patet. Nam facta sanctorum sunt nobis pro intellectu fano veri sensus scripturarum; ut Divus Thomas dicit super Epistolam ad Romanos. 1. ly. Testis est mibi Deus. Item in testamento novo Luc. 15. de vitulo saginato ad mandatum patrisfamilias occiso, & Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. de agno Paschali comesto a Christo Domino. Tercio yides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 357

Utrum sic licitum occidere peccatores.

Inf. quæst. cviii. art. 1. & 3. & 1. 2. queſt. c. art. 6. ad 3. & III. cont. cap. xl.
& Rom. xii. lect. 3.

AD secundum sic proceditur. Videlur quod non sit licitum occidere homines peccatores. Dorpinus enim Matth. xiiii. in parabola prohibuit extirpare zizania, qui sunt filii nequam, ut ibidem dicitur (in Glossa ord.) Sed omne quod est prohibitum a Deo, est peccatum. Ergo occidere peccatores est peccatum.

2. Præterea. Justitia humana conformatur justitiae divinæ. Sed secundum divinam justitiam peccatores ad pœnitentiam reservantur, secundum illud Ezech. xviii. 33. *Nolo moriem peccatoris, sed magis ut convernatur,*

& 2 -

& vivat (1). Ergo videtur omnino esse in-
justum quod peccatores occidantur.

3. Præterea . Illud quod est secundum se
malum , nullo bono fine fieri licet , ut patet
per Augustinum in Lib. contra mendac.
(cap. vii.) & per Philosophum in II. Eth.
(cap. vi. parum ante fin.) Sed occidere
hominem secundum se malum est : quia ad
omnes homines tenemur caritatem habere :
amicos autem volumus vivere , & esse , ut
dicitur in IX. Ethic. (cap. iv.) Ergo nul-
lo modo licet hominem peccatorem occidere.

Sed contra est quod dicitur Exod. xxii.
18. *Maleficos non patieris vivere : & iu Psal.
c. 8. In matutino interficiebam omnes peccato-
res terre.*

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum
est (art. præc.) licitum est occidere anima-
lia bruta , inquantum ordinantur naturaliter
ad hominum usum , sicut imperfectum ordi-
natur ad perfectum . Omnis autem pars or-
dinatur ad totum , ut imperfectum ad per-
fectum : & ideo omnis pars naturaliter est pro-
pter totum . Et propter hoc videmus , quod
si saluti totius corporis humani expediatur præ-
cisio alicujus membra , puta cum est putridum ,
vel corruptivum aliorum membrorum , lauda-
biliter , & salubriter absconditur . Quælibet
autem persona singularis comparatur ad to-
tam communitatem , sicut pars ad totum .
Et ideo si aliquis homo sit periculosus com-
munitati , & corruptivus ipsius propter ali-
quod peccatum , laudabiliter , & salubriter oc-
ciditur , ut bonum commune conservetur .
*Modicum enim fermentum totam massam cor-
rumpit , ut dicitur I. ad Corinth. v. 6.*

Ad primum ergo dicendum , quod Domi-
nus abstinendum mandavit ab eradicatione
xianorum , ut tritico parceretur , id est bonis;
quod quidem fit , quando non possunt occidi
mali , quin simul occidantur & boni , vel
quia latent inter bonos , vel quia habent mul-
tos sequaces , ita quod sine bonorum pericu-

lo interfici non possunt , ut Augustinus dicit
contra Parmenian. (Lib. III. cap. 11. a
med.) (2) Unde Dominus docet , magis esse
sitendum malos vivere , & ultionem refes-
tandam usque ad extreum judicium , quam
quod boni simul occidantur . Quando vero
ex occidente malorum non imminet periculum
bonis , sed magis tutela , & salus , tunc lici-
te possunt mali occidi .

Ad secundum dicendum , quod Deus secun-
dum ordinem suæ sapientie quandoque sta-
tim peccatores occidit ad liberationem bono-
rum , quandoque autem eis penitenti tem-
pus concedit , secundum quod ipse novit suis
electis expedire . Et hoc etiam humana ju-
stitia irritatur pro posse : illos enim qui sunt
pernicioſi in alios , occidit ; eos vero qui pec-
cant , alios graviter non nocentes , ad paenitentiam reservat .

Ad tertium dicendum , quod homo pec-
cando ab ordine rationis recedit : & ideo de-
cidit a dignitate humana , prout scilicet ho-
mo est naturaliter liber , & propter seipsum
existens ; & incidit quodammodo in servitatem
bestiarum , ut scilicet de ipso ordinetur , se-
cundum quod est utile aliis , secundum illud
Psalm. xlvi. 12. *Homo , cum in honore ef-
fet , non intellexit ; comparatus est jumentis in-
sipientibus , & similis factus est illis :* & Pro-
verb. xi. 29. dicitur : *Qui stultus est , serviet
sapienti .* Et ideo quamvis hominem in sua
dignitate manentem occidere sit secundum se
malum ; tamen hominem peccatorem occide-
re potest esse bonum , sicut occidere bestiam .
Pejor enim est malus homo quam bestia , &
plus nocet , ut Philosophus dicit in I. Polit.
(cap. ii.) & in VII. Ethic. (cap. vi.
in fin.)

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per ra-
tionem destruas errorem *Catbarorum* , ut
referr

(1) Vel sic per emphaticam interrogationem veri.
23. *Nunquid voluntatis mee est mors impii , & non
ut convertatur a via suis & vivat ?* Ac iterum ul-
timus versu : *Nolo mortem morientis , Revertimini &
vivite ; ubi etiam quædam grecæ Exemplaria legunt ,
Nolo mortem peccatoris , quin converti eum a via
sua & animam ejus vivere :* Cap. autem 33. versu
11. sic expressius : *Vivo ego , dicit Dominus Deus :*
*Nolo mortem impii sed ut convertatur impius a via
sua & vivat .* An forte caput 18. pro 33. in textum
S. Thomæ irrepit ? Quamvis & sic in Manuscripto .
Idem porro *impious* (ἀσθετικός cap. 33.) vel *iniquus*
(ἀρεμος cap. 18.) ac *peccator* (vel ἀμάρτωλος)

ut Ecclesia in officio Quadragesimali usurpat & hic
ex ejus usu S. Thomas.

(2) Ubi per illa verba *Ne forte cum vultis collige-
re xianos simul eradicetis & tristicum , satis ostendit
aius quod cum metus iste non subeft , sed omnino
de frumentorum certa stabilitate certa securitas ma-
net , id est quando ita eujuſque crimen nostrum est o-
mnibus , & omnibus execrabilis apparet , ut vel nullus
profrus , vel non tales habeat defensores , per eos po-
fit schisma contingere , non dormiat severitas disci-
pline , quod sine leſione frumentorum fieri potest ,
cum congregationis Ecclesie multitudine ab eo criminis
quod anathematizatur , aliena est &c.*

refert Cardinalis Joannes Turrecremata , de Ecclesia libro quarto , capite trigesimoquinto , dicentium , quod potestates seculares peccant mortaliter puniendo malefactores , vel hereticos . Item errorem Pauperum de Lugduno , ut refert summa fratis Iconeti , 5. par. c. 2. in Biblioteca Vaticana manuscripta , dicentium : quod occidi non debent malefici per fiduciem secularem . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , hunc errorem merito damnari a Psal. 100. In matutino interficibam omnes peccatores terra . Item a 3. Reg. 18. Dixitque Elias ad eos . Apprehendite Prophetas Baal , & ne unus quidem effugias ex eis . Quos cum apprehendissent , duxit eos Elias ad torrentem Cison ; & interfecit eos ibi . Vide hereticorum umbram hic . Item ab Exo. 22. Maleficos non patieris vivere . Item a Gal. 5. Utinam abscondantur , qui vos conturbant . Ecce : quam ardeenter cupid , maleficos , hereticos , bonorumque perturbatores de medio tolli . Quod si principes tunc fuissent Christiani , obdissent profectio huic desiderio Apostoli : sicut & postea factum legimus tempore Constantini Magni , Theodosii , Martiani , atque similium pro domo Dei se murum validum adversus impios constanti pectori ponentium . Item a 2. Cor. 10. In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam . Dic : ut nunc sup. Item a Veritatis aureis super legem veterem , Gen. 16. concl. 2. & Levit. 20. concl. 1. & Nu. 5. concl. 8. Item Exo. 17. concl. 2. Lev. 12. concl. 4. 7. 8. & c. 20. concl. 9. Rursus a sup. in hac 2. 2. ar. nu. 58. 65. 66. Vide ar. 4. & sup. q. 49. ar. 2. Tertio vides : quomodo &c.

ARTICULUS III. 358

Utrum occidere hominem peccatorem liceat privata persona .

Inf. quest. lxv. art. 1. co. q. ad 2. & IV. diff. xxvii. quest. II. art. 1.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod occidere hominem peccatorem liceat privata persona . In lege enim divina nihil illicitum mandatur . Sed Exodi xxxii. 27. praecepit Moyses : Occidat unusquisque fratrem suum , & amicum , & proximum suum pro peccato vituli conflatis . Ergo etiam privatis personis licet peccatorem occidere .

2. Præterea . Homo propter peccatum comparatur bestiis , ut dictum est (art. præc. ad 3.) (1) Sed occidere bestiam silvestrem , maxime nocentem , cuilibet privata persona licet , Ergo & pari ratione occidere hominem peccatorem .

3. Præterea . Laudabile est quod homo , etiam si privata persona , operetur quod est utile bono communi . Sed occidio malefactorum est utilis bono communi , ut dictum est (art. præc.) Ergo laudabile est , si etiam privata persona malefactores occidant .

Sed contra est quod Augustinus dicit in I. de civ. Dei (cap. xxvi. in med. & cap. xxi. in fin. & hab. express. cau. xxiii. quest. viii.) Qui sine aliqua publica administracione maleficum occiderit , velut homicida judicabitur ; & tanto amplius , quanto sibi potestas est a Deo non concessam usurpare non timuit .

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (art. præc.) occidere malefactorem licet , in quantum ordinatur ad salutem totius communis : & ideo ad illum solum pertinet cui committitur cura communis

con-

(1) Ex Psal. 48. paulo ante notato ; ubi & Chrysostomus deteriorem ipsi bestiis vocat : Bernardus autem in Cant. sermo 35. versus finem : An non tibi videtur ipsi bestiis quodammodo bestialior esse homo ratione vicens & ratione non vivens ? Nam pecus quidem si se rationale non regat excusationem habet a natura , a qua hoc ei munus penitus negatum est ; non habet homo cui ab ipsa (speciali prerogativa) donatum est &c. Super illud nimis Cant. 1. vers. 7. Abi post vestigia gregum . Quod autem argum. Sed contra ut ex 1. de civit. Dei subiungitur , iis equidem verbis in Decretis refertur Causa 23. qu. 8. cap. Quicunque percurret , & ex libro de Civit. Dei sine certo indice tum in veteri Exemplari tum in moderno prænotatur : Non sic expresse tamen Augu-

stinus prædicto libro 1. seu cap. 21. seu cap. 16. sicut prius indicabatur ad marginem ; sed solummodo æquivalenter quoad sensum ; tum in fine prioris loci ubi ait quod his exceptis quos aut lex iusta generaliter , aut fons iustitiae Deus specialiter occidi juber , quisquis hominem occiderit homicidii criminis inneditur ; tum in medio loci posterioris , ubi ait quod miles cum obediens potestati , sub qua legitima constitutus est hominem occidit , nulla sua ciuitatis lege , reus est homicidii , imo nisi fecerit , reus est imperii contempti , quod si sua sponte atque auctoritate fecisset , in crimen effusi humani sanguinis incidisset : Quibus etiam addi potest quod epist. 61. circa medium ait : Omnis qui sine ulla legitima potestatis auctoritate hominem occidit , homicida est &c.

Q U È S T . LXIV.

conservandæ; sicut ad Medicum pertinet præcidiere membrum putridum, quando ei commissa fuerit cura salutis totius corporis. Cura autem communis boni commissa est Principibus habentibus publicam auctoritatem: & ideo eis solum licet malefactores occidere, non autem privatis personis.

Ad primum ergo dicendum, quod ille aliquid facit, cuius auctoritate fit, ut patet per Dionysium xi. cap. cælest. Hierar. (ex cap. iii. forte colligitur, nam cap. xi. nihil tale.) Et ideo, ut Augustinus dicit in I. de civ. Dei (cap. xxii.) non ipse occidit qui ministerium debet jubenti, sed sicut adminiculum gladius est utenti. Unde illi qui occiderunt proximos, & amicos ex mandato Domini, non hoc fecisse ipsi videntur, sed potius ille cuius auctoritate fecerunt; sicut & miles inteficit hostem auctoritate Principis, & minister latronem auctoritate judicis.

Ad secundum dicendum, quod bestia naturaliter est distincta ab homine: unde super hoc non requiritur aliquod judicium an sit occidenda, si sit silvestris; si vero sit domestica, requiritur judicium, non propter ipsam, sed propter damnum domini. Sed homo peccator non est naturaliter distinctus ab hominibus justis; & ideo indiget judicio publico, ut discernatur an sit occidendum propter salutem communem.

Ad tertium dicendum, quod facere aliquid ad utilitatem communem, quod nulli nocet, hoc est licitum cuilibet privatæ personæ; sed si sit cum nocumento alterius, hoc non debet fieri, nisi secundum judicium ejus ad quem pertinet estimare, quid sit subtrahendum partibus pro salute totius.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a scripturis, & Augst. insinuatum; quod non licet personæ privatae occidere malefactores. Insinuantur autem per hoc, quod dicitur Petro *Matt. 26.* & *Joan. 18.* ut reponat gladium in vaginam: quoniā *omnis, qui acceperis gladium, gladio peribit.* Petrus enim tunc tamquam privata persona, a nullo, scilicet legitimam potestatem ad puniendum habens, occidere tentavit. Hunc, tamquam illicite agentem Dominus, etiam quod pro ipso, Petrus zelaret in favo illo, & compescuit, & nulli quoque alii per-

Summ. S. Th. Tom. VII.

A R T . III. & IV. f37
 sonz licere malefactores occidere monstravit per ly *omnis enim, qui acceperis gladium,* &c. immo & per eandem sententiam mortis poenas personis privatis, quod talia præsumplissent, prænunciavat. De privatis enim personis, non de publicis, se loqui monstrat per ly *acceperint gladium.* Ille namque accipit gladium, qui ex seipso, tanquam auctoritate privata, accipit illum. Personæ enim publicæ non accipiunt gladium contra malefactores, sed utuntur gladio sibiipsis a potestate divina dato; cujus ministri sunt, *Rom. 13.* Quod vero insinuetur idem in princ. dictum ab August. patet in *argam. contra.* Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur vicissim angelica doctrina præfens, & confirmetur.

A R T I C U L U S IV. 359

Utrum occidere malefactores liceat clericis.

*Inf. quest. lxx. art. 1. ad 1. & IV. dist. xxv.
quest. II. art. 2. quest. 2.*

AD quartum sic proceditur. Videtur quod occidere malefactores liceat clericis. Clerici enim præcipue debent implere quod Apostolus dicit I. ad Cor. iv. 16. *Imitatores mei efforts, sicut & ego Christi:* per quod nobis indicitur ut Deum, & Santos ejus imitemur. Sed ipse Deus, quem colimus, occidit malefactores, secundum illud Psal. cxxxv. 10. *Qui percussit Egyptum cum primogenitis corum:* Moyses etiam a Levitis fecit interfici (*) viginti tria millia hominum propter adorationem vituli, ut habetur Exod. xxxii. & Phinecs sacerdos interfecit Israelitam cuni Madianitide coeuntem, ut habetur Num. xxv. Samuel etiam interfecit Agag Regem Amalec; & Elias sacerdotes Baal; & Matathias eum qui ad sacrificandum accesserat: & in novo testamento Petrus Ananiam, & Saphiram. Ergo videtur quod etiam clericis liceat occidere malefactores.

2. Præterea. Potestas spiritualis est major quam temporalis, & Deo conjunctior. Sed potestas temporalis licite malefactores occidit, tamquam Dei minister, ut dicitur Rom. xii. Ergo multo magis clerici, qui sunt Dei ministri, spiritualem potestatem habentes, liceat possunt malefactores occidere.

3. Præterea. Quicumque licite suscipit ali-

S

quod

(*) Ita mff. & editi veteres. Edit. Passav. addunt quasi.

quod officium, licite potest ea quae ad officium illud pertinent, exercere: Sed officium Principis terræ est malefactores occidere, ut dictum est (art. præc.) Ergo clerici, qui sunt terrarum principes, licite possunt occidere malefactores.

Sed contra est quod dicitur I. ad Tim. III. 2. *Oportet Episcopum* (*) *sine crimine offe: . . . non violentum, non percussorum.* (1)

Respondendo dicendum, quod non licet clericis occidere, duplice ratione.

Primo quidam, quia sunt electi ad altaris ministerium, in quo repræsentatur passio Christi occisi; qui (**) cum percuteretur, non repurterebat, ut dicitur I. Petr. 11. 23. Et ideo non competit ut clerici sint percussores, aut occisores. Debent enim ministri suum Dominum imitari, secundum illud Eccli. x. 2. *Secundum judicem populi, sic & ministri ejus.* Alia ratio est, quia clericis committitur ministerium novæ legis, in qua non determinatur poena occisionis, vel mutilationis corporalis. Et ideo ut sint idonei ministri novi testamenti, debent a talibus abstinere.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus universaliter in omnibus operatur quæ recta sunt; in unoquoque tamen secundum ejus congruentiam. Et ideo unusquisque debet Deum imitari in hoc quod sibi specialiter congruit. Unde licet Deus corporaliter etiam malefactores occidat; non tamen oportet quod omnes in hoc eum imitentur. Petrus autem non propria auctoritate, vel manu Ananiam, & Sapphiram interfecit; sed magis divinam sententiam de eorum morte promulgavit. Sacerdotes autem, vel Levitez veteris testamenti erant ministri veteris legis, secundum quam poena corporales infligebatur: & ideo etiam eis occidere propria manu congruebat.

Ad secundum dicendum, quod ministerium clericorum est in melioribus ordinatum quam sint corporales occisiones, scilicet in his quæ pertinent ad spiritualem salutem: & ideo non congruit eis quod minoribus se ingerant. Ad tertium dicendum, quod prælati Ecclesiæ accipiunt officium principum terræ, non ut ipsi judicium sanguinis exerceant per

seipso, sed quod eorum auctoritate per alios exerceatur.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a Scripturis suis fe insinuarum, quod clerici non debent malefactores occidere. Insinuantur autem per dictum I. Timoth. 3. ut in argum. contr. ubi per episcopum, tamquam ab exemplari omnium, denominare Apostolus intendit quoad hoc propositum universos alios clericos novi testamenti. Item per illud factum Luc. 9. quod, quando Apostolorum nonnulli malefactores quosdam voluerunt igne de celo percutere, dicentes, *Domine vis, dicimus, ut ignis descendat de celo, & consumat illos!* Dominus a facto ipso, quintimo & a voluntate, avocavit eos increpatore sic respondens: *Nescivis, cujus spiritus es, filius hominis non venit animas perdere, sed salvias facere.* Patet autem, quod Apostoli fuerunt forma clericorum, etiam si tunc de facto nondum essent ordinati: id, quod in suprema illa cœna fiendum interim mysteriose reservabatur. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur vicissim angelica præsens doctrina, & confirmetur.

A R T I C U L U S V. 360

Utrum licet alicui occidere seipsum.

Sup. quest. lxx. art. 3. ad 2. & inf. quest. cxxiv. art. 1. ad 2. & III. P. quest. xlvi. art. 6. ad 3. & IV. dist. xlxi. quest. v. art. 3. quest. 2. ad 6. Et Hebr. xi. loc. 7.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod alicui licet se ipsum occidere. Homicidium enim est peccatum, inquantum iustitia contrariatur. Sed nullus potest sibi ipsi iustitiam facere, ut probatur in V. Ethic. (cap. vi. ad fin. & cap. ult.) Ergo nullus pec-

(*) *Vulgata ibi irreprehensibilem, Sic autem habet ad Tit. 1. 7.*

(1) *Sicut ad Titum 1. verf. 7. ubi Hieronymus: Precipit. Apostolus ne sit Episcopus percussor (inquit) Quod simpliciter quidem intellectum addicat audientem, ne facile manum porrigit ad cædendum, ne in q[ui] alterius verbardum insanus erumpat: Melius autem est ut non percussorem illum dicamus esse, qui mansuetus & patiens sit in tempore quid lo-*

quendum sit, quidve tacendum, nec sermone inutili conscientiam percudit infirmorum: Non enim Apostolus Ecclesia Principem formans vetat esse pancrasitem & pugilon (quod etiam in plebajo & genicu quocumque si fuerit, reprobatur); sed ne consumelius & garulus perdat eum quem potuit modestia & lenitatem corrigeret. Similia indicat Chrysostomus in I. ad Timotheum homil. 10.

(**) *Vulgata: cum malediceretur, non maledicebat.*

peccat occidendo seipsum.

2. Præterea. Occidere malefactores licet habent publicam potestatem. Sed quandoque ille qui habet publicam potestatem, est malefactor. Ergo licet occidere seipsum.

3. Præterea. Licitum est quod aliquis sponte minus periculum subeat, ut majus periculum vites; sicut licitum est quod aliquis etiam sibi ipsi amputet membrum putridum, ut totum corpus salvetur. Sed quandoque aliquis per occasionem sui ipsius vitat majus malum, scilicet miseram vitam, vel mortitudinem alicuius peccati. Ergo licet alicui occidere seipsum.

4. Præterea, Samson seipsum interfecit, (1) ut habetur Judicum xvi. qui tamen consummatur inter sanctos, ut pater Hebr. xi. Ergo licitum est alicui occidere seipsum.

5. Præterea. II. Machab. xiv. 42. dicitur, quod Razias quidam seipsum interfecit *eligens nobiliter mori potius quam subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniuriis agi.* (2) Sed nihil quod nobiliter sit, & fortiter, est illicitum. Ergo occidere seipsum non est illicitum.

Sed contra est quod Augustinus dicit in I. de civ. Dei (cap. xx. in fin.) *Restat ut de homine intelligamus illud quod dictum est, Non occides: non alorum, ergo nec te. Neque enim aliud quam hominem occidit, qui seipsum occidit.*

Respondeo dicendum, quod seipsum occidere est omnino illicitum, triplici ratione. Primo quidem quia naturaliter qualibet res seipsum amat; & ad hoc pertinet quod qualibet res naturaliter conservat se in esse, & corruptientibus resistit quantum potest. Et ideo quod aliquis seipsum occidat, est contra inclinationem naturalem, & contra caritatem, qua qualibet debet seipsum diligere. Et ideo sui ipsius occisio semper est peccatum mortale, utpote contra naturalem

legem, & contra caritatem existens.

Secundo quia qualibet pars id quod est, est totus. Quilibet autem homo est communis: unde in hoc quod seipsum interficit, injuriam communis facit, ut patet per Philosophum in V. Ethicor. (cap. ult. a princ.) (3)

Tertio quia vita est quoddam donum divinitus homini attributum, & ejus potestati subjectum, qui occidit, & vivere facit. Et ideo qui seipsum vita privat, in Deum peccat; sicut qui alienum servum interficit, peccat in dominum, cuius est servus; & sicut peccat ille qui usurpat ab iudicium de re sibi non commissa. Ad solum enim Deum pertinet iudicium mortis, & vita, secundum illud Deut. xxxii. 39. *Ego occidam, & ego vivere faciam.* (4)

Ad primum ergo dicendum, quod homicidium est peccatum, non solum quia contrariatur iustitia, sed etiam quia contrariatur caritati quam habere debet aliquis ad seipsum: & ex hac parte occisio sui ipsius est peccatum per comparationem ad seipsum. Per comparationem autem ad communis, & ad Deum, habet rationem peccati, etiam per oppositionem ad iustitiam.

Ad secundum dicendum, quod ille qui habet publicam potestatem, potest licite malefactorem occidere, per hoc quod potest de ipso judicare. Nullus autem est judex sui ipsius. Unde non licet habenti publicam potestam seipsum occidere propter quocumque peccatum, licet tamen ei se committere iudicio aliorum.

Ad tertium dicendum, quod homo constituit dominus sui ipsius per liberum arbitrium: & ideo licite potest homo de seipso disponere quantum ad ea que pertinent ad hanc vitam, que hominis libero arbitrio regitur (5) Sed transitus de hac vita ad aliam feliciorem non subjacet libero arbitrio hominis,

S 2 nis,

(1) Non quidem sibi manum proxime inferendo, sed mortem suam per columnarium concussionem procurando.

(2) *Sive nobilitate sua indignis iniuriis, ex greco της ιδιαίων ἀνεξίας ut videre est ver. 42. Postquam & ibi multa in eis laudem honorifice praemissa sunt; nimis quod vir esset amator civitatis, quod apud omnes bene audiens, quod pro affectu patrum iudeorum appellaretur, quod multis temporibus continentie propositum in Judaismo renuisset, quod corpus & animam tradere pro perseverantia conteneret, &c.*

(3) *Ubi proinde addit eum ab ipsa civitate puniri.*

(4) Ut & secundum illud Sap. 16. vers. 13. *Tu es qui vita & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis & reducis: Ac in similem sensum Jacobi 4. vers. 12. Unus est legislator & Iudex qui potest animam perdere & liberare: Tu autem quis es qui judicas proximum? Quod etiam ad mortem temporalem quam infligere Deus vel ab illa salvare potest, refert Commentarius qui sub nomine S. Thomæ profert; & ad idem ex 1. Reg. affectus Dominus mortificat & vivificat.*

(5) *Ita cum codicibus editiones veteres. Recensiones anno 1600. habent hoc additamentum: non tamen quantum ad ea que non subjacent suo arbitrio. Sed transitus &c.*

nis, sed potestati divinæ : & ideo non licet homini seipsum interficere, ut ad feliciorem transeat vitam ; similiter etiam nec ut quilibet miseras præsentis vitæ evadat : quia ultimum malorum hujus vitæ, & maxime terrible est mors, ut patet per Philosophum in III. Ethic. (1) Et ideo inserre sibi mortem ad alias hujus vitæ miseras evadendas, est majus malum assumere ad minoris mali vitationem. Similiter etiam non licet seipsum interficere propter aliquod peccatum commissum : tum quia in hoc sibi maxime nocet quod sibi admit necessarium poenitentiaz tempus : tum etiam quia malefactorem occidere non licet nisi per judicium publicæ potestatis. Similiter etiam non licet mulieri seipsum occidere, ne ab alio corrumpatur : (2) quia non debet in se committere crimen maximum, quod est sui ipsius occisio, ut vitet minus crimen alienum : non enim est crimen mulieris per violentiam violatae, si consensus non adsit, quia non inquinatur corpus nisi de consensu mentis, ut Lucia dicit. Constat autem, minus esse peccatum fornicationem, vel adulterium, quam homicidium, & præcipue sui ipsius : quod est gravissimum, quia sibi ipsi nocet, cui maximam dilectionem debet : est etiam periculosissimum quia non restat tempus ut per poenitentiam expietur. Similiter etiam nulli licet seipsum occidere ob timorem ne consentiat in pecca-

tum : quia non sunt facienda mala, ut veniat bona, vel ut vitentur mala, præsentim minora, & minus certa : incertum enim est an aliquis in futurum consentiat in peccatum ; potens est enim Deus hominem quacumque tentatione superveniente liberare a peccato.

Ad quartum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in I. de civ. Dei (cap. xxi. a med.) nec Samson aliter excusat, quod seipsum cum hostibus ruita domus opprescit, nisi quod latenter Spiritus sanctus hoc iussit, qui per illum miracula faciebat. Et eamdem rationem assignat de quibusdam sanctis faminis, quæ tempore persecutionis seipsas occiderunt, quarum memoria in Ecclesia celebratur.

Ad quintum dicendum, quod ad fortitudinem pertinet quod aliquis ab alio mortem pati non refugiat propter bonum virtutis, & ut vitet peccatum ; sed quod aliquis sibi ipsi inferat mortem, ut vitet mala poenalia, habet quidem quamdam speciem fortitudinis (propter quod quidam seipso interfecerunt ; æstimantes se fortiter agere ; de quorum numero Razias fuit) non tamen est vera fortitudo, sed magis quedam mollities animi non valentis mala poenalia sustinere, ut patet per Philosophum in III. Ethic. (cap. viii.) & per Augustinum in I. de civit. Dei (cap. xxiii.) (3)

A P -

(1) Non sicut prius indicabatur ad marginem cap. 6. sed vel cap. 9. græco-lat. vel cap. 14. in antiquis & apud S. Thomam lect. 14.

(2) Nec obstat illud ex Hieronymo in capit. 1. Jonas versus viam & in Decretis Causa 23. qu. 5. cap. Non est nostrum, nempe quod in persecutionibus non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur. Nam inclusivæ subintelligi potest, ut sit sensus, etiam dum castitas periclitatur : sicut & illud Cant. 4. vers. 9. Absque eo quod intrinsecus lasset vel Cant. 6. vers. 6. Absque occultis suis, ut occulorum. quoque pulchritudo simul cum extrinseca designetur : Vel hoc dicitur propter casus iniustitios seminarum quarundam quæ instinctu Spiritus sancti aut per ignorantiam & bona fide in tali casu id fecerunt. Præter aliorum responsiones quas omittimus.

(3) Probabiliter tamen excusat Razias potest eo modo quo Samson, quod instinctu divino id fecerit ; tum propter laudes jam notatas quas refert nec improbat Scriptura, tum etiam quia complexus intellectus & proficiens ea super turbas invocavit dominatorem vitæ ac spiritos, ut hæc iterum illi redderet, sicut versu 46. videtur est : Unde Commentarius in Machabæos, qui apud quosdam S. Thomæ nomine circumfertur, istud Razia factum sub dubio relinquit, & non pauci excusant vel approbant; quamvis

ipse hoc loco S. Thomas indubitanter improbadum concludat, & improbat expressè Augustinus, ut epist. 61. quodam refellat hereticos qui sibi ipsis mortem velut ejus exemplo inferebant : Ubi nec mirum esse ait si tanquam homini elatio superba subrepit, ut maliet manus proprio perimi, quam post illam in suorum aspectibus celitudinem, suslinere indignam in manibus hostium servitutem : Additque factum ejus narratum esse non laudatum, & judicandum potius quam imitandum quæ ante oculos constitutum : Ac deinde concludit : Non ergo fuit iste vir eligenda mortis sapientis, sed ferende humilitatis impatiens : Et licet nobiliter ac viriliter mori voluisse dicatur, numquid ideo sapienter ? Nobiliter scilicet, ne libertatem sui generis captivus amisteret : Viriliter, quod tantas vires animi haberet ut seipso perimeret : Plenius autem lib. 1. contra Gaudentium cap. 31. ubi ait proinde quod non sapientie sed insipientie dedit exemplum, non martyribus Christi sed Donati circumcellionibus imitandum ; & quod petendo ut intellectu eius Deus redderet, non aliquid poposcat quæ boni discernuntur a malis &c. Responderi nihilominus posset, quod eo modo id petierit ac speraverit, quo septem fratrum unus lib. 2. Machab. cap. 7. vers. 12. non simpliciter ut redderentur, sed glorioſa redde-rentur.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & directam, haec ponitur in corpor., & indirectam, haec est solutio argumentorum, quæ semper ubique in append. sub-intelligi debent (ut alias annotavimus) destruas errorem *Circumcellionum*, ut refert Direct. inquisit. 2. parte *questio 6.* dicendum : quod desiderio martyrii licet seipsum occidere, idest homines posse licite seipsum occidere, ut martyrii palinam consequi mereantur. Eos (inquietabant) qui seipsum occidunt, esse martyres censendos, eo quod mortem ultronei patiuntur. Addebat Petilianus quidam Donatista : eos, qui se pro peccato occidunt, debere martyres nuncupari : eo, quod puniunt in seipsis illud, quod dolent commississe Secundo habes : quomodo per rationem ostendas, errorem hunc merito damnari ab Exod. 20. *Non occides.* scilicet hominem. Quando enim occidit quis semetipsum ; tunc procul dubio occidit hominem : & consequenter a Deo, tamquam premissi mandati sui transgressor, condemnatur. Item merito damnari multipliciter ab August. qui contra Petilianum predicti erroris defensorem aliquot tractatus doctissime composuit. Vide Elucid. Additio. D. Tho. *questio 3. articul. 2.* *Nos. post conclus. 2.* & inde ex B. Hieronymi dicto contra predictorum errorem, a fortiori, inveniaris. Item a Matth. 27. per hoc, quod narrat, Judam proditorem seipsum ex dolore peccati in Christum commissi occidisse. Huic enim narrationi, si jungas illud Act. 1. quod scilicet *Judas tunc & crepuit medius, & diffusa sunt viscera ejus* (in signum profecto sceleris sui) ; & abiit in locum suum (scilicet in infernum damnatorum) aperte videbis, quod occidere semetipsum etiam ex paenitentia (ut verbis Matth. 27. utar) seu dolore peccati non licet. Qui ergo occidunt seipsum, non martyres, sed Judæ proditoris sequaces merito appellandi sunt; atque ideo in eadem damnatione consumerandi. Item ab Augustino supra in corollar. post ad tertium recitato. Rursus ab Act. 16. per hoc : quod ad custodem carceris semetipsum occidere paratem clamavit voce magna Paulus Apostolus : *vide, nibil tibi mali feceris.* Ad planum enim sensum inde patet, occisionem suipius esse malum, tum, quia dicitur *ly mali*, tum, quia Paulus rem bonam non impedisset. Unde & ex textu *ly mali*, & ex facto B. Pauli convincitur manifeste, errorem esse insanis-

sum phantasiam predictam *Circumcellionum.* Tertio vides : quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur vicissim angelica doctrina praesens, & confirmetur.

Utrum liceat in aliquo casu interficere innocentem.

1. 2. *quest. xciv. art. 5. ad 2. & quest. x. art. 8. ad 5.* *& opus. ix. quest. lxxxii. & Hebr. xi. lett. 4.*

AD sextum sic proceditur. Videtur quod liceat in aliquo casu interficere innocentem. Divinus enim timor non manifestatur per peccatum, quoniam magis *timor Domini expellit peccatum*, ut dicitur Eccli. 1. 20. Sed Abraham commendatus est, quod timuit Dominum, quia voluit interficere filium suum innocentem. Ergo potest aliquis innocentem interficere sine peccato.

2. Præterea. In genere peccatorum quæ contra proximum commituntur, tanto maius videtur aliquod esse peccatum; quanto maius nocumentum infertur ei in quem peccatur. Sed occidio plus nocet peccatori quam innocentem, qui de miseria hujus vita ad cælestem gloriam transit per mortem. Cum ergo liceat in aliquo casu peccatorem occidere, multo magis licet occidere inuocentem, vel iustum.

3. Præterea. Illud quod fit secundum ordinem justitiae, non est peccatum. Sed quandoque cogitur aliquis secundum ordinem justitiae occidere innocentem; puta cum judex, qui debet secundum allegata judicare, condemnat ad mortem eum, quem scit innocentem, per falsos testes convictum: & similiter minister, qui injuste condemnatum occidit, obediens judicii. Ergo absque peccato potest aliquis occidere innocentem.

Sed contra est quod dicitur Exod. xxiii. 7. *Insontem, & iustum non occides.*

Respondeo dicendum, quod aliquis homo dupliciter considerari potest: uno modo secundum se; alio modo per comparationem ad aliud. Secundum se quidem considerando hominem, nullum occidere licet: quia in quolibet etiam peccatore debemus amare naturam, quam Deus fecit; quæ per occasionem corruptitur.

Sed, sicut supra dictum est (art. 2. huius quest.) occidio peccatoris fit licita per comparationem ad bonum commune, quod per pec-

peccatum corrumperit. Vita autem iustorum est conservativa, & promotiva boni communis: quia ipsi sunt principalior pars multitudinis. Et ideo nullo modo licet occidere innocentem.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus habet dominium mortis, & vitæ: ejus enim ordinatione moriuntur & peccatores, & iusti. Et ideo ille qui mandato Dei occidit innocentem, talis non peccat; sicut nec Deus, cuius est executor: & ostenditur Deum timere, ejus mandatis obediens.

Ad secundum dicendum, quod in pensanda gravitate peccati magis est considerandum id quod est per se, quam id quod est per accidens. Unde ille qui occidit iustum, gravius peccat quam ille qui occidit peccatorem. Primo quidem quia nocet ei quem plus debet diligere; & ita magis contra caritatem agit. Secundo quia injuriam infert ei qui est minus dignus; & ita magis contra iustitiam agit. Tertio quia privat communiam majori bono. Quarto quia magis Deum contemnit, secundum illud Lucæ x. 16. *Qui vos spernit, me spernit.* Quod autem iustus occisus ad gloriam perducatur a Deo, per accidens se habet ad occasionem.

Ad tertium dicendum, quod iudex, si scit aliquem innocentem esse, qui falsis testibus convincitur, debet diligentius examinare testes, ut inveniat occasionem liberandi innocentium, sicut Daniel fecit. Si autem hoc non potest, debet eum superiori relinquere iudicandum. Si autem nec hoc potest, non peccat secundum allegata sententiam ferens: quia ipse non occidit innocentem, sed illi qui eum assertant nocentem. Minister autem judicis condemnantis innocentem, si sententia intolerabilem errorem contineat, non debet obediens: alias excusarentur sacrifices, qui Martyres occiderunt: si vero non contineat manifestam iustitiam, non peccat præceptum exequendo: quia ipse non habet discutere superioris sententiam; nec ipse occidit innocentem, sed iudex, cui ministerium exhibet.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis insinuatum fuisse: quod in nullo casu licet interficere innocentem. Insinuatur autem per dictum Exod. 23. *Insontem, & iustum non occides.* Hoc autem non tantum esse peccatum, sed & esse impium, testatur contextus ibi, subdens: *quia aversor impium.* Secunda vides: quomodo &c.

Urum liceat alicui occidere aliquem, se defendendo.

IV. dist. xxv. quest. 11. art. 2. quest. 2. ad 2. & 3.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod nulli liceat occidere aliquem, se defendendo. Dicit enim Augustinus ad Publicolam (epist. xlvi. al. cliv. a med.) (1) *De occidendi hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mibi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc facias, sed pro aliis, accepta legitima potestate, si ejus congrua persona.* Sed ille qui se defendendo occidit aliquem, ad hoc eum occidit ne ipse ab eo occidatur. Ergo hoc videtur esse illicitum.

2. Præterea. In I. de libero arbitrio (cap. v. vers. fi.) (2) dicitur: *Quomodo apud divinam providentiam a peccato liberi sunt qui pro his rebus, quas conueniunt oportet, humana cæde postuli sunt?* Eas autem res dicit esse contemendas, *quas homines invitti amittere possunt, ut ex præmissis patet* (eod. cap.) Horum autem præcipuum est vita corporalis. Ergo pro conservanda vita corporali nulli licitum est hominem occidere.

3. Præterea. Nicolaus I. Papa (in decretis tit. de Clericis) dicit, ut habetur in Decretis dist. I. (cap. vi.) *De clericis, pro quibus consulisti, scilicet qui se defendendo paganum occidorunt, si postea per paenitentiam emen-*

(1) Scilicet epistola 154. versus finem seu §. cuius initium est, *De occidendi hominibus;* indeque in Decretis Causa 23. qu. 5. cap. quoque *De occidendi.*

(2) Quoad hanc appendicem, sed initio capitulis quoad posteriorem quæ patere dicitur ex præmissis, puta in texto Augustini, non in divisione questionis, ut prius ad marginem inepit: *Nisi divisionem que-*

nionis intelligendo quia sic ibi Augustinus: Discutiendum videtur (inquit) urum vel hostis irruentes, vel insidiator fieriari, sive pro vita, sive pro libertate, sive pro pudicitia sine ulla interficiatur libidine: Tum Evodius: Quomodo possum arbitrii circare hostios libidine, qui pro his rebus digrediuntur, quos possunt amittere inviti, aut (si non possunt) quid opus est pro his usque ad hominis necem progredi &c.

emendati possunt ad pristinum statum redire, aut ad altiorum ascendere; scito nos nullam occasionem dare, nec ullam tribuere licentiam eis quemlibet hominem quolibet modo occidendi.

Sed ad precepta moralia servanda tenentur communiter clerici, & laici. Ergo etiam laicis non est licitum occidere aliquem, se defendendo.

4. Præterea. Homicidium est gravius peccatum quam simplex fornicatio, vel adulterium. Sed nulli licet committere simplicem fornicationem, vel adulterium, vel quodcumque aliud peccatum mortale pro conservacione propriæ vitæ: quia vita spiritualis præferenda est corporali. Ergo nulli licet defendendo seipsum, alium occidere, ut propriam vitam conservet.

5. Præterea. Si arbor est mala, & fructus, ut habetur Matth. vii. Sed ipsa defensio sui videtur esse illicita, secundum illud Rom. xii. 19. *Non vos defendantes carissimi.* Ergo & occisio hominis exinde procedens est illicita.

Sed contra est quod Exod. xxii. 2. dicitur: *Si effringens fur domum, sive suffodiens inventus fuerit, & accepto vulnera mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis.* Sed multo magis licitum est defendere propriam vitam quam propriam domum. Ergo etiam si aliquis occidat aliquem pro defensione vita suæ non erit reus homicidii (1).

Respondeo dicendum, quod nihil prohibet unius actus esse duos effectus: quorum alter solum sit in intentione, alias vero sit præter intentionem. Morales autem actus recipiunt speciem secundum id quod intenditur, non autem ab eo quod est præter intentionem, cum sit per accidens, ut ex supra dictis patet (quæst. xliv. art. 3. & 1. 2. quæst. 1. art. 3. ad 3.).

Ex actu ergo alicujus seipsum defendantis duplex effectus sequi potest: unus quidem conservatio propriæ vitæ; alias autem occisio invadentis. Actus ergo hujusmodi, ex hoc

quod intenditur conservatio propriæ vitæ, non habet rationem illiciti; cum hoc sit cui libet naturale quod se conservet in esse quantum potest. Potest tamen aliquis actus ex bona intentione proveniens, illicitus reddi, si non sit proportionatus fini (2). Et ideo si aliquis ad defendendum propriam vitam utatur majori violentia quam oportet, erit illicitum. Si vero moderate violentiam repellet, erit licta defensio: nam secundum jura vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ (3). Nec est necessarium ad salutem ut homo actum moderata tutelæ prætermittat ad evitandam occisionem alterius: quia plus tenetur homo vita suæ providere quam vita alienæ.

Sed quia occidere hominem non licet nisi publica autoritate propter bonum communione, ut ex supra dictis patet (art. 3. hu. quæst.) illicitum est quod homo intendat occidere hominem, ut seipsum defendat, nisi ei qui habet publicam autoritatem; qui intendens hominem occidere ad sui defensionem, refert hoc ad publicum bonum; ut patet in milite pugnante contra hostes, & in ministro judicis pugnante contra latrones; quamvis etiam & isti peccent, si privata libidine moveantur.

Ad primum ergo dicendum, quod authoritas Augustini intelligenda est in eo casu quo quis intendit occidere hominem, ut seipsum a morte liberet: in quo etiam casu intelligitur authoritas inducta (in arg. 2.) ex Libro I. de libero arbitrio. Unde lignanter dicit, *pro his rebus;* in quo designatur intentio.

Et per hoc patet responsio ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod irregularitas consequitur actum homicidi, etiam si sit absque peccato, ut pater in judice qui juste aliquem condemnat ad mortem: & propter hoc clericus, etiam si se defendendo interficiat aliquem, irregularis est, (4) quamvis non intendat interficere, sed seipsum defendere (*).

Ad

(1) Nec id solum ad Legem speciali tolerantia pertinuisse putandum est sicut alia quædam, cum repulso violentiæ per vim ad jus naturæ pertinere dicitur in Decretis dist. 1.

(2) Hoc est, excedat finem, sive transgrediat ultra finem: & sic non omnimode bonam intentionem consequatur.

(3) Sic ut supponit & explicat Innocentius 3. Extra de homicidio voluntario vel casuali cap. Significasti nobis quod cum quidam, §. Si vero: Ac ex Jure civili desumptum est, ex quo in Syntagmate

Juris a Gregorio Tholosano refertur lib. 11. cap. 1. §. 5. & lib. 35 cap. 21. §. 15, quantum ad licitam violentiæ repulsionem, sed expressius quantum ad moderamine inculpatæ tutela in eodem etiam libro cap. 26. §. 10.

(4) Hinc dispensationem ad sacrorum ordinum vel altaris ministerium, & quæcunque beneficia, obtinere tenetur ex Decreto etiam Concilii Tridentini Ses. 14. de reformat. cap. 7. prope finem.

(*) Vide Tridentini Concilii sessionis XIV. caput VII.

Ad quartum dicendum, quod actus fornicationis, vel adulterii non ordinatur ad conservationem propriæ vitæ ex necessitate, sicut actus ex quo quandoque sequitur homicidium.

Ad quintum dicendum, quod ibi prohibetur defensio, quæ est cum livore vindictæ. Unde Glossa (1) dicit: *Non vos defendantes, idest, non sitis referentes adversarios.*

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis: quod alicui licitum est defendendo se, occidere invasorem. Insinuatur vero, & quidem a fortiori, Exod. 22. Ut in arg. contr. Item per hoc, quod dicitur Deuter. 19. *Innocens ille, qui occidit alium neficiens, idest casualiter & nullum contra eum odium habens; quinque huic civitates in refugium, ne occidatur pro tali facto, assignantur.* Eadem enim ratio est de occidente se defendendo, aliter mortem vitare non valente: quoniam ex maxima necessitate, tanquam neficiens, idest casualiter, iste invasus occidit. Unde, cum militet utrobique eadem ratio: sicut primus ibi judicatur non reus sanguinis, ita & iste secundus judicari eodem tenore est ibi contingendus. Quod utique magis firmatur, si adjunxeris dictum B. Ambroxi recitatum in decretis. 15. quest. 1. cap. *Illa cavenda. Voluntarios, inquit, reos, non necessitate compulso culpa constringit. Quia etiam, ipsius divisione legis oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem; accipit impunitatis spem, & refugii facultatem, ut possit evadere. Mala enim proprie non sunt: nisi que criminis mens imponunt, & conscientiam ligant.* Hæc ibi. Secundo vides: quomodo &c.

Utrum aliquis casualiter occidens hominem, incurrat homicidii reatum.

IV. dist. xxv. quest. 11. art. 2.
quest. 2. ad 3.

AD octavum sic proceditur. Videtur quod aliquis casualiter occidens hominem incurrat homicidii reatum. Legitur enim Gen. iv. quod Lamech. credens interficere bestiam, interfecit hominem; & reputatum est ei ad homicidium. Ergo reatum homicidii incurrit qui casualiter hominem occidit.

2. Præterea. Exod. xxi. 22. dicitur: *Si quis percussit mulierem pregnantem, & abortivum fecerit, si mors ejus fuerit subsecuta, reddes animam pro anima.* Sed hoc potest fieri absque intentione occisionis. Ergo homicidium casuale habet homicidii reatum.

3. Præterea. In Decretis dist. I. inducuntur plures canones, (2) quibus casualia homicidia puniuntur. Sed poenæ non debentur nisi culpa. Ergo ille qui casualiter hominem occidit, incurrit homicidii reatum.

Sed contra est quod Augustinus dicit ad Publicolam (epist. xlvi. al. cl. v. vers. fi.) *Abst ut ea quæ propter bonum, ac licitum facimus, si quid per hec, præter nostram voluntatem, cuiquam mali acciderit, nobis imputetur.* Sed contingit quandoque (*) ut propter bonum aliquid facientibus homicidium consequatur casualiter. Ergo non imputatur facienti ad culpam.

Respondeo dicendum, quod secundum Philosophum in II. Physic. (tex. 49. & 50.) *casus est causa agens præter intentionem.* Et ideo ea quæ casualia sunt, simpliciter loquendo, non sunt intenta, neque voluntaria. Et quia omne peccatum est voluntarium, secundum Augustinum (Lib. de vera relig. cap. xiv. in princ.) consequens est quod casualia,

(1) Moderna quidem interlinealis nullo nomine prænotata; Collateralis autem vetus quæ Augustini nomen præfert super Psal. 78. quamvis non sic expreſſe in Augustini textu, sed implicite quoad sensum ubi etiam legit non vindicantes (ex græco οὐδὲντες) Apud Lombardum porro expressius.

(2) Puta Canon jam indicatus *De his Clericis* ex Nicolao I. Canon *Studeat ex eodem: Canon Clerico ex Urbano 2. Canon Eos ex Concilio Ancyrano: Et Canon Si qua ex Concilio Eliberitano: Et Canon Si quis immediate sequens ex Capitulis Martini Bra-*

censis, nimirum Canon Si quis voluntarie; non sicut prius ad marginem indicabatur, Canon Si quis viduam, ubi potius homicidium voluntarium cuius aliquis, *fatto, precepto, consilio, defensione concius est*, privatione Clericatus punitur: Sed nec etiam Canon *Miror*, vel *Clericum*, ubi non casuale homicidium sed spontaneum indicatur.

(*) *Ils veteres edit. ex codicibus. & Petavine ambe. Nicolaj cum aliis: ut per bonum aliquod quod facimus &c.*

lia, in quantum hujusmodi, non sunt peccata.

Contingit tamen, id quod non est actu & per se volitum, vel intentum, esse per accidens volitum, vel intentum, secundum quod causa per accidens dicitur *removens prohibens*. Unde ille qui non removet ea ex quibus sequitur homicidium, si debeat removere, incurrit quodammodo homicidium voluntarium. Hoc autem contingit dupliciter: uno modo, quando dans operam rebus illicitis, quas vivere debebat, homicidium incurrit; alio modo quando non adhibet debitam sollicitudinem. Et ideo secundum jura, si aliquis det operam rei licite, debitam diligentiam adhibens, & ex hoc homicidium sequatur; non incurrit homicidii reatum. Si vero det operam rei illicita, vel etiam det operam rei licite, non adhibens diligentiam debitam; non evadit homicidii reatum, si ex eius opere mors hominis consequatur. (1)

Ad primum ergo dicendum, quod Lamech non adhibuit sufficientem diligentiam ad homicidium vitandum: & ideo reatum homicidii non evasit.

Ad secundum dicendum, quod ille qui percutit mulierem prægnantem, dat operam rei illicita: & ideo si sequatur mors mulieris, vel (*) puerperii animati, non effugiet homicidii crimen; præcipue cum ex tali percussione. (**) in promptu sit quod mors sequatur.

Ad tertium dicendum, quod secundum canones imponitur pena his qui casualiter occidunt, dantes operam rei illicita, vel non adhibentes diligentiam debitam.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo rationem ostendas, merito a Scripturis, & Augustino insinuatum, quod aliquis casualiter occidens hominem, non incurrit homicidii reatum. A Scripturis quidem per dictum *Deus. Summ. S.Tb. Tom. VII.*

19. ut in art. 7. appen. narratum fuit; Ambroſhi expositione adjuncta. A beato Augustino autem, ut hic in arg. contr. ubi nota emphaticam locutionem, scilicet ly *Abſit*: ad ostendendum, & quam execrandum sit contrarium, scilicet, quod casualiter occidens hominem incurrit reatum: & quam secure asserendum sit hoc, scilicet, quod talis, quem ipse ibi depingit, non iucurrit homicidii reatum. Vide quoque in art. 6. append. Clement. quæ hoc ipsum, quod articulus iste, fateri videtur abundantanter ex eo, quod dormientem, si aliquem sic occidat, non incurrit irregularitatem sanxit. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis vicissim angelica doctrina praesens declaretur, & confirmetur.

Q U Ä S T I O L X V.

De mutilatione membrorum,

In quatuor articulos divisa.

Deinde considerandum est de peccatis alia cum injuriarum quæ in personam committuntur: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo de *mutilatione membrorum*.

Secundo de *verberatione*.

Tertio de *carceratione*.

Quarto, utrum peccatum hujusmodi injuriarum aggravetur ex hoc, quod committitur in personam conjunctam alius.

A R T I C U L U S I. 364

Utrum mutilare aliquem membro suo, in aliquo casu possit esse licitum.

AD primum sic proceditur. Videtur quod mutilare aliquem membro suo, in nullo casu possit esse licitum. Damascenus enim dicit in II. Libro (orth. Fid. cap. 14. &

T xxx.

(1) Colligitur quantum ad primam appendicem ex Nicolao 1. cap. *Hi qui arbores*; ex Concilio Wor-matiensi, cap. *Sepe contingit*; ex Concilio Tribu-riensi, cap. *Ji duv frastres*; ut videre est in Decretis dist. 50. ac similiter ex cap. *Dilectus* quod est Innocentii 3. & *Ex literis* quod est ejusdem, & Joannis quod est Honori 3. Extra de homicidio: Quoad posteriorem autem appendicem ex Alexandro 3. cap. *Presbyterum & Suſcepimus*, ut & ex Clemente 3. cap. *Ad audienciam*, ibidem Extra: Sed & de muliere prægnante innoxie percussa cum ab ortu sequente habes cap. *Quantum dicit ibidem*: Si illicite percutitur, & præcipue si jam animatus est fe-

rus, homicidium censendum est: Hinc in Apologeti eo Tertullianus cap. 9. *Homicidii fellatio* (inquit) probare nasci: Quin & præmittit quod etiam con-cupitum sacerdoti, dum adhuc sanguis in hominem delabatur, dissolvere non licet: Quasi de nondum animato loquatur: Etsi foetus jam animati abortum pro-curantes gravius puniuntur, quam nondum animati; cum excommunicentur illi sed non isti, ex Gregorii 14. moderamine, qui Bullam Sixti quinti quantum ad istos mitigavit.

(*) Ita cum codicibus Tarac. & Alcan edit. Pa-sou. optime, Al. pueri animati.

(**) Ita veteres edit. ex ms. Al. certum sit.

xxx. & Lib. IV. cap. xxi.) quod peccatum committitur per hoc quod receditur ab eo quod est secundum naturam , in id quod est contra naturam . Sed secundum naturam a Deo institutam est quod corpus hominis sit integrum membris ; contra naturam autem est quod sit membro diminutum . Ergo mutilare aliquem membro , semper videtur esse peccatum .

2. Præterea . Sicut se habet tota anima ad totum corpus , ita se habent partes animæ ad partes corporis , ut dicitur in II. de Anima (tex. 9.) Sed non licet aliquem privare anima , occidendo ipsum , nisi publica potestate . Ergo etiam non licet aliquem mutilare membro , nisi forte secundum publicam potestatem .

3. Præterea . Salus animæ præferenda est saluti corporali . Sed non licet aliquem mutilare se membro propter salutem animæ : puniuntur enim secundum statuta Nicenæ Concilii (par. 1. scđt. 4. can. 1.) qui se castraverunt propter castitatem servandam . Ergo propter nullam causam aliam licet aliquem membro mutilare .

Sed contra est quod dicitur Exod. xxii. 24. *Oculum pro oculo , dentem pro dente , manum pro manu , pedem pro pede .* (1)

Respondeo dicendum , quod cum membrum aliquod sit pars totius humani corporis , est propter totum , sicut imperfectum propter perfectum . Unde disponendum est de membro humani corporis , secundum quod expedit roti . Membrum autem humani corporis per se quidem utile est ad bonum totius corporis ; per accidens tamen potest contingere quod sit nocivum , puta cum membrum putridum est totius corporis corruptivum . Si ergo membrum sanum fuerit , & in sua naturali dispositione consistens , non potest præscindi absque rotius corporis detimento . Sed quia ipse rotus homo ordinatur , ut ad finem , ad totam communitatem , cuius est pars , ut supra dictum est (quæst. lxii. art. 1. & quæst. præc.

art. 2. & 5.) potest contingere quod abscissio membra etiæ vergat in detrimentum totius corporis , ordinatur tamen ad bonum communis , in quantum alicui infertur in personam ad cohibitionem peccatorum . Et ideo sicut per publicam potestarem aliquis liceat privatim totaliter vita propter alias maiores culpas ; ita etiam privatim membro propter alias culpas minores .

Hoc autem non est licitum alicui privatim personæ , etiam volente illo cuius est membrum : quia per hoc fit injuria communis , cuius est ipse homo , & omnes partes ejus .

Si vero membrum propter putredinem sit totius corporis corruptivum , tunc licitum est de voluntate ejus cuius est membrum , putredum membrum præscindere propter salutem totius corporis : quia unicuique commissa est cura propriæ salutis . Et eadem ratio est , si fiat voluntate ejus ad quem pertinet cura de salute ejus qui habet membrum corruptivum . (2) Alter autem aliquem membro mutilare est omnino illicitum .

Ad primum ergo dicendum , quod nihil prohibet , id quod est contra particularem naturam , esse secundum naturam universalem ; sicut mors , & corruptio in rebus naturalibus est contra particularem naturam ejus quod corruptitur , cum tamen sit secundum naturam universalem : & similiter mutilare aliquem membro , etiæ sit contra naturam particularem corporis ejus qui mutilatur , est tamen secundum naturalem rationem in comparatione ad bonum commune .

Ad secundum dicendum , quod totius hominis vita non ordinatur ad aliquid proprium ipsius hominis ; sed ad ipsam potius omnia quæ sunt hominis , ordinantur : & ideo privare aliquem vita in nullo casu pertinet ad aliquem , nisi ad publicam potestatem , cui committitur procuratio boni communis . Sed præcisio membra potest ordinari ad propriam salutem unius hominis : & ideo in aliquo casu

(1) Et similiter Deuteronom. 24. vers. 29. ac deinceps , de falso teste : Redde ei sicut frasri suo facio cogitavit : *Nra misericordia ejus , sed animus pro anima , oculum pro oculo , dentem pro dente , manum pro manu , pedem pro pede exigat :* Eademque sed minus pleas Levit. 24. vers. 19. *Qui irrigaverit maculam cuilibet civium suorum , sicut fecis sic fieri ; fracturam pro fractura , oculum pro oculo , dentem pro dente restituat :* Ad quod Matth. 5. v. 38. alludit Chrysostomus dicens : *Audiatis quis dicitum est , oculum pro oculo , dentem pro dente :* Ego autem deo vobis non resistere malo &c.

(2) Et quidem ille cuius est membrum , talem abscissionem pati eo casu tenetur ; nisi tam violentus illi dolor sit perferendus ut remediis ordinariis modum excedat ; quid saluti sue corporali non ita provideret tenetur absolute , ut remedia extraordinaria in eum suum adhibeat ; sicut autores multi putant : Quamvis alter de persona publica judicandum ferunt , quæ vel propter utilitatem notabilem Reipublicam procurandam , vel propter notabilem illius detrimentum vitandura , ad ejusmodi remedia qualiscumque toleranda videtur illis obligari .

casu potest ad ipsum pertinere.

Ad tertium dicendum, quod membrum non est præscindendum propter corporalem salutem totius, nisi quando aliter toti subveniri non potest. Saluti autem spirituali semper potest aliter subveniri quam per membris præcisionem: quia peccatum subjacet voluntati. Et ideo in nullo casu licet membrum præscindere propter quocumque peccatum vitandum. Unde Chrysostomus hom. lxiiii. circ. med. exponens illud Matth. xix. *Sunt eunuchi, qui seipso castraverunt propter regnum celorum,* dicit: „Non per membrorum abscissionem, sed malarum cogitationum in teremptionem: maledictioni enim est obnoxius qui membrum abscindit: etenim homicida sunt qui talia presumunt.“ Et postea subdit: Neque concupiscentia manu suetior ita fit, sed molestior: aliunde enim habet fontes sperma, (1) quod in nobis est; & præcipue a proposito incontinenti, & mente negligente: nec ita abscissio membra comprimit tentationes, ut cogitationis frenum.

A P P E N D I X .

Ex art. habes primo: quomodo per rationem destruas errorem *Valesorum* dicentium: quemlibet debere esse castratum, & eunuchum ad hoc, ut Deo bene, & integre serviat. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hunc merito damnari a Concilio Niceno primo cano. 1. *Si quis in agri-*

tudine, vel a medicis sectus est, vel a Barbaris castratus: placuit, ut iste permaneat in clero. Si quis autem sanus seipsum abscidit: hic (etiam si est in clero) cessare debet: Et ex hoc, nullum talem ordinari. Hæc ibi: Et recitantur in decretis dist. 55. cap. si quis a medicis. Ubi & per multa capitula decernitur intentum: contra predictos errantes. Et scito: quod concilium attendit culpam, quod scilicet sit peccatum abscindere sibi partem aliquam corporis; ut ex contextu bene consideranti patet. Item a canonibus Apostolorum. Si quis absciderit semetipsum, id est amputaverit sibi virilia, non fiat clericus: quia sui est homicida, & Dei conditioni inimicus. Si quis, cum clericus fuerit, absciderit semetipsum; omnino damnetur; quia sui homicida est. Hæc in dist. 55. recitantur. Abscindere autem semetipsum est: quando voluntate sua facit seipsum etiam ab alio abscindi, cum sit sanus. Tertio habes: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito a scripturis insinuatum fuisse: quod aliquando licitum est mutilare aliquem, ut Exod. vigesimo primo, secundum quod vides in arg. cent. Item per hoc, quod Eccl. 38. approbat ars medicinae: & inter alia dicitur. *Honora medicum propter necessitatem. A Deo est omnis medela.* Constat enim, quod ars medicorum chirurgorum mutilationes non tantum admittit, sed & laudat in casu, & suadet. Per hoc ergo, quod scriptura medicinae artem approbat, comprobare etiam eodem tenore subintelligitur mutilationem membro-

T 2

rum

(1) Ex gratio *oritur* id est *semen*. Quod si nec propter castitatem servandam illud licet, quanto gravius erit si ex alia causa illegitima per se ac inhonestia fiat? Nec vero concilium Nicenum speciationem de illis hoc definit qui propter castitatem id faciebant, sed simpliciter de omnibus qui ex quacunque causa idem sponte audebant; ut in fine Canonis primi videtur est, indeque in Decretis dist. 55. cap. Si quis a Medicis. Et id statutum quidem occasione Leontii qui de contubernio juvenculæ cuiusdam accusatus & abstinere ab illius familiaritate jussus, eunuchum te deinde fecerat ut cum illa dormire liberius & conversari posset, ac propterea exauthoratus ad Arianos transtulavit, sicut Athanasius *Apologia 1. pro fuga sua prope fidem, & epistola quam ad agentes vitam solitariam scriptit, refert*: Alii porro in Decretis dist. jam notatae Canones extant, qui propter castitatem servandam vel illius prætextu id fieri prohibent, vel jam factum puniunt; sicut ex cap. 7. Concilii Arelatensis 2. *Hi qui se, carnali via repugnare noscunt, abscindunt, ad Clerum pervenire non possunt;* & ex Martino Bracarense cap. Si quis pro agriculidine, ubi subditur: *Si quis autem*

sanus non per disciplinam religionis & abstinentiae, sed per abscissiorem plasmati a Deo corporis exiguum posse a se carnales concupiscentias amoveri, castravent se, non cum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium: Quod si jam ante fuerit prenotus ad Clerum, prohibitus a suo ministerio deponatur. Sic diu ante Origenes & Demetrio Episcopo gradu dejectus quod seipsum ante sacerdotium abscidisset: Quatuvus & Origenis factum non excusat tentum sed laudare videtur Eusebium, & sententiam Demetrii aperte improbare; cum ait lib. 6. cap. 7. cum aggressum esse facinus quod preposteri quidem & juvenis videri posset semus, fidei tamen & continenter maximum specimen contineret, ut omnem inimicem infidelibus occasionem suspicionis adimeret, quod cum feminis, quibus fidei documenta tradebat, assidue versari cogeretur: & factum quidem illud a Demetrio primum non sine admiratione commendatum, sed posterius ex invita in Origenis famam reprehensum. Cur autem Eusebio credamus Origenis nimio amatori, quia hereticus Arianus cuius defensor ipse fuit antesignanum existimavit? ut Hieronymus *apologia 2. contra Russinum* insinuat.

rum in casu. Quando vides; quomodo ex iis omnibus bene pensatis, &c.

ARTICULUS II. 365

*Uatum licet patribus verberare filios.
aut dominis servos.*

Inf. quest. lxxii. art. 2. ad 2.

A secundum sic proceditur. Videtur quod non licet patribus verberare filios, aut dominis servos. Dicit enim Apostolus ad Ephes. vi. 4. *Vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros: & infra subdit: Et vos domini eadem facite servis, remittentes minas.* Sed propter verbera aliqui ad iracundiam provocantur, & sunt etiam minis graviora. Ergo neque patres filios, neque domini servos debent verberare.

2. Præterea. Philosophus dicit in X. Eth. (cap. ult. ante med.) quod sermo paternus habet solum admonitionem, non autem coactiōnem. Sed quædam coactio est per verbera. Ergo parentibus non licet filios verberare.

3. Præterea. Unicuique licet alteri disciplinam impendere; hoc enim pertinet ad eleemosynas spirituales, ut supra dictum est (quest. xxxii. art. 2.) Si ergo parentibus licet propter disciplinam filios verberare, patri ratione cuiilibet licebit quemlibet verberare: quod patet esse falsum. Ergo & primum.

Sed contra est quod dicitur Proverb. xiii. 24. *Qui percit virga, odit filium suum: & insta xxiiii. 13. Noli subtrahere a pueru disciplinam. Si enim percussiferis eum virga, non morietur: tu virga percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis: & Eccli. xxxiiii. 28. dicitur; Servo malevolo tortura, & compedes.*

Respondeo dicendum, quod per verberationem nocumentum quoddam infertur corpori ejus qui verberatur; aliter tamen quam in mutilatione: nam mutilatio tollit corporis integratatem; verberatio vero tantummodo afficit sensum dolore: unde multo minus nocumentum est quam mutilatio membra. Nocumentum autem inferre alicui non licet, nisi per modum poenæ, propter justitiam. Nullus autem juste punit aliquem, nisi sit ejus jurisdictioni subjectus. Et ideo verberare aliquem non licet, nisi habenti potestatem aliquam super illum qui verberatur.

Et quia filius subditur potestati patris, &

servus potestati domini, licite potest verberare pater filium, & dominus servum causa correctionis, & disciplinæ.

Ad primum ergo dicendum, quod cum ira sit appetitus vindictæ, præcipue concitatur ira cum aliquis se reputat Iesum injuste, ut pater per Philosophum in II. Rhetor. (cap. 11. parum a princ.) Et ideo per hoc quod patribus interdictur ne filios ad iracundiam provocent, non prohibetur quin filios verberent causa disciplinæ, sed quod non immoderate eos affligant verberibus. Quod vero indicitur dominis, quod renittant servis minas, potest dupliciter intelligi: uno modo, ut remisse minis utantur; quod pertinet ad moderationem disciplinæ: alio modo, ut aliquis non semper impleat quod comminatus est, quod pertinet ad hoc, quod judicium, quo quis comminatus est poenam, quandoque per remissionis misericordiam temperetur.

Ad secundum dicendum, quod major potestas maiorem debet habere coactionem. Sicut autem civitas est perfecta communitas; ita princeps civitatis habet perfectam potestatem coercendi: & ideo potest infligere poenas irreparabiles, scilicet occisionis, vel mutilationis. Pater autem, & dominus, qui præsunt familiae domesticas, quæ est imperfecta communitas, habent imperfectam potestatem coercendi, secundum leviores poenas quæ non inferunt irreparabile nocumentum: & hujusmodi est verberatio.

Ad tertium dicendum, quod exhibere disciplinam volenti, cuiilibet licet. Sed disciplinam nolenti adhibere, est solum ejus cui alterius cura committitur: & ad hoc pertinet aliquem verberibus castigare.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito insinuatum a scripturis quod licet patri verberare filios, & dominis servos, Insinuat autem ibi, ut in arg. cont. Ubi notabis a proportione hoc solum; quod sup. de restitutione, &c. q. 62. ar. 7. dictum fuit, & in appen. maxime de Heli. Inde etenim, si sapis, constitues: quod patres tenentur suo modo ad restitutionem, & omnia damna, tum spiritualia, tum corporalia filiorum, si propter negligentiam suam, vel non debitam diligentiam hæc incurrerunt, sive in literis, sive in moribus, &c. Ista dixerim ad explicandum sensum intraneum auctoritatis Pro. 23. illo argumento adductæ. Ubi

Ubi etiam ex ipsa evidenter per sequelam annotatur, quod pater est causa propter negligentiam suam, quandoque damnationis infernalis filiorum suorum, sicut per debitam diligentiam dicitur ibi causa liberationis ipsorum ab inferno. Quod autem de patribus audisti, hoc etiam de dominis respectu servorum suorum proportionaliter intellige. Quinimo & a simili de viris respectu uxorum suarum, atque de omnibus illis, quibus cura aliorum, vel in temporalibus, vel in spiritualibus, vel in utrisque; commissa est. *Secondo* vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur vicissim angelica doctrina praesens, & confirmetur.

ARTICULUS III. 366

Utrum liceat aliquem hominem incarcere.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod non liceat aliquem hominem incarcere. Aclius enim est malus ex genere qui cadit supra indebitam materiam, ut supra dictum est (1. 2. quæst. xviii. art. 2.) Sed homo habens naturalem arbitrii libertatem est indebita materia incarcerationis, quæ libertati repugnat. Ergo illicitum est aliquem incarcere.

2. Præterea. Humana iustitia regulari debet ex divina. Sed, sicut dicitur Eccli. xv. 14. *Deus reliquit hominem in manu consilii sui.* Ergo videtur quod non est aliquis coercendus vinculis, vel carcere.

3. Præterea. Nullus est coercendus nisi ab opere malo, a quo qualibet potest alium licite impedire. Si ergo incarcere aliquem esset licitum, ad hoc quod cohiberetur a malo,

cuilibet esset licitum aliquem incarcere: quod patet esse falsum. Ergo & primum. Sed contra est quod Lev. xxiv. legitur, quemdam missum fuisse in carcerem propter peccatum blasphemizæ.

Respondeo dicendum, quod in bonis corporis tria per ordinem considerantur. Primo quidem integritas corporalis substantiæ; cui determentum affertur per occisionem, vel mutilationem: secundo delectatio, vel quies sensus; cui opponitur verberatio, vel qualibet sensum dolore afficiens: tertio motus, & usus membrorum; qui impeditur per ligationem, vel incarcerationem, seu quamcumque detencionem.

Et ideo incarcere aliquem; vel qualitercumque detinere est illicitum, nisi fiat secundum ordinem iustitiae, aut in poenam, aut ad cautelam alicujus mali vitandi.

Ad primum ergo dicendum, quod homo qui abutitur potestate sibi data, mereatur eam amittere: & ideo (*) homo qui peccando abusus est libero usu suorum membrorum, conveniens est incarcerationis materia.

Ad secundum dicendum, quod Deus quandoque securum ordinem suæ sapientiæ peccatores cohibet, ne possint peccata implere, secundum illud Job v. 12. *Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint impiere manus eorum quod ceperant:* quandoque vero eos permittit quod voluerint agere: & similiter secundum humanam iustitiam non pro qualibet culpa homines incarcerantur, sed pro aliis quibus. (1)

Ad tertium dicendum, quod detinere hominem ad horam ab aliquo opere illicito statim perpetrando, cuilibet licet; sicut cum aliquis detinet aliquem, ne se precipitet, vel ne alium feriat. Sed simpliciter aliquem includere, vel ligare, ad eum solum per-

(*) Ita cod. Alcan. optime. At homini.

(1) Sic Honorius 3. de Apostatis ad Archiepiscopum Turonensem: *A nobis (inquit) experitus eua fraternitas edoceri quid de apostatis sit agendum cum in custodia detinentur, qui minis vel blanditis nullatus possunt induci us abjectum habitum reassumant: Ad quod breviter tibi respondemus, quod tales si volueris potes sub gravi custodia carcerare, ita quod solummodo ipsis vita misera reservetur, donec a sua presumptiois nequitia respescant: Et cap. N-vimus §. Pro illo Extra de verborum significatione Innocentius 3. ad Episcopum Parisensem: Pro illo vero falsario scelerato quem ad mandatum nostrum capisci, hec tibi duximus consulendum, ut in perpetuum carcerem ad agendum paenitentiam ipsum inclusas, pane doloris & aqua angustia sustentandum,*

ut commissa defleas & flenda ulterius non committas: Ut & in sexto Decretalium tit. 9. qui est de paenitentiis cap. Quamvis Bonifacius 8. Quamvis ad reorum custodiā, non ad paenam, carcer specialiter deputatus esse noscatur, nos tamen non improbamus subiectos eis Clericos confessos de criminibus seu convictis eorum excessibus & personis. ceterisq; circumstantiis provida deliberatione pensatis) in perpetuum, vel ad tempus, prout videris expedire, carceri monicipes ad punientiam peragendas. Civilis quoque poena quibusdam criminibus jure civili decernitur, ut videre est in Syntagma Juris lib. 31. cap. 33. num. 10. ubi & illud Ciceronis Orat. 4. in Catilinam ad eumdem refertur sensum, quod vincula, & ea semper nostra certe, ad singularem paenam nefarii sceleris inventa sunt.

pertinet qui habet disponere universaliter de alicibus, & vita alterius : quia per hoc impeditur non solum a malis faciendis, sed etiam a bonis agendis .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuum a scripturis : quod licitum est, aliquem hominem incarcerare . Ut Lev. 24. secundum quod in arg. contr. Ubi nota quod *ly proper peccatum blasphemie*, non dicit causam, sed occasionem, incarcerandi istum . Non enim tamquam poena sufficiens pro culpa blasphemiz huic assignatus est carcer, sed tamquam via quedam ad dandum ei poenam pro peccato blasphemiz . Arrestus est enim in carcere ; ut interim, consilio postulato a Domino, puniretur postea pro peccato blasphemiz . Ceterum sat fuit D. Thom. haberi ex autoritate illa : quod licitum est incarcerare aliquem : de quo formaliter quæsumus fuerat in titulo . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 367

Utrum peccatum aggravetur ex hoc quod predictæ injuria inferuntur in personas aliis conjunctas.

AD quartam sic proceditur . Videtur quod peccatum non aggravetur ex hoc quod predictæ injuria inferuntur in personas aliis conjunctas . Hujusmodi enim injuria habent rationem peccati, prout documentum alicui infertur contra ejus voluntatem . Sed magis est contra dominis voluntatem malum quod in propriam personam infertur, quam quod infertur in personam conjunctam . Ergo injuria illata in personam conjunctam est minor.

2. Præterea . In sacra Scriptura præcipue reprehenduntur qui pupilli, & viduis injurias inferunt : unde dicitur Eccli. xxxv. 17. *Non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquela gemitus* . Sed vidua, & pupillus non sunt personæ aliis conjunctæ . Ergo

ex hoc quod infertur injuria personis conjunctis, non aggravatur peccatum .

3. Præterea . Persona conjuncta habet propriam voluntatem , sicut & principalis persona : (*) propterea potest ei aliquid esse voluntarium quod est contra voluntatem principalis personæ ; ut patet in adulterio, quod placet uxori, & displaceat viro . Sed hujusmodi injuriaz habent rationem peccari, prout consistunt (**) in voluntaria communicatione . Ergo hujusmodi injuriaz minus habent de ratione peccati .

Sed contra est quod Deut. xxviii. 32. ad quædam exaggerationem dicitur *Filiis tui, & filie tue tradentur alteri populo videntibus oculis tuis* .

Respondeo dicendum, quod quanto aliqua injuria in plures redundat, ceteris paribus, tanto gravius est peccatum : & inde est quod gravius est peccatum, si aliquis percutiat principem quam si personam privatam, quia redundat in injuriam totius multitudinis ut supra dictum est (1. 2. quæst. lxxiiii. art. 9.)

Cum autem infertur injuria in aliquam personam conjunctam alteri qualitercumque, illa injuria pertinet ad duas personas : & ideo ceteris paribus, ex hoc ipso aggravatur peccatum .

Potest ramen contingere quod secundum alias circumstantias sit gravius peccatum quod sit contra personam nulli conjunctam, vel propter dignitatem personæ, vel propter magnitudinem documenti .

Ad primum ergo dicendum, quod injuria illata in personam conjunctam minus est nociva personæ cui conjugitur, quam si in ipsam immediate inferretur ; & ex hac parte est minus peccatum . Sed hoc totum quod pertinet ad injuriam personæ cui conjugitur superadditur peccato quod aliquis incurrit ex eo quod aliam personam secundum se lædit .

Ad secundum dicendum, quod iniuriæ illæ in viduas, & pupilos magis exaggerantur, tum quia magis opponuntur misericordiz, tum quia idem documentum hujusmodi personis infictum est eis gravius, quia non habent relevantem . (1)

Ad

(*) Ita codd. Camer. & Alcan. Ali. potest enim aliquid ei esse voluntarium &c.

(**) Ita passim. Cod. Alcan, in involuntaria: quam lectionem probant Theologi Vid. inf. quæst. 73.

art. 1. ad 1.

(1) Hinc Lyraeus in eum locum: *Pupillus* (inquit) & *vidua* desistuntur humano auxilio ; *ille pater, ista marito* : *Propterea quod magis indigent auxilio*

Ad tertium dicendum, quod per hoc quod uxor voluntarie consentit in adulterium, minoratur quidem peccatum, & injuria ex parte ipsius mulieris: gravius enim esset, si adulter violenter eam opprimeret; non tamen propter hoc tollitur injuria ex parte viri: quia *uxor non babes possessio sui corporis, sed vir*, ut dicitur I. ad Cor. vii. 4. Et eadem ratio est de similibus. De adulterio tamen, quia non solum iustitia, sed etiam castitati opponitur, erit locua infra argendi in tractatu de temperantia (quest. cliv. art. 8.)

A P P E N D I X.

EX artic. habes *primo*: quomodo per rationem ostendas, & in recto sensu intelligas, merito a scripturis insinuatum fuisse: quod peccatum aggravatur ex hoc, quod injuriaz inferuntur in personas alii conjugias. Ut Deuter. 28. secundum quod dicitur in argument. cons. Item multoties alibi: ut per se studiosus inveniet. Secundo vides: quomodo &c.

Q U E S T I O L X V I .

De peccatis iustitiae oppositis, & primo de furto & rapina,

in novem articulos divisa.

DExinde considerandum est de peccatis iustitiae oppositis, per quae interficitur documentum proximo in rebus; scilicet furto, & rapina.

Et circa hec queruntur novem.

Primo, utrum naturalis sit homini possessio exteriorum rerum.

Secundo, utrum licitum sit quod aliquis rem aliquam possideat quasi propriam.

Tertio, utrum furum sit occulta acceptio rei alienae.

Quarto, utrum rapina sit peccatum specie

differens a furto.

Quinto, utrum omne furtum sit peccatum.

Sexto, utrum furtum sit peccatum mortale.

Septimo, utrum liceat furari in necessitate.

Octavo, utrum omnis rapina sit peccatum mortale.

Nono, utrum rapina sit gravius peccatum quam furtum.

A R T I C U L U S I. 368

Utrum naturalis sit homini possessio exteriorum rerum.

III. cont. cap. II. fin. & cap. XXVII. fin.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non sit naturalis homini possessio exteriorum rerum. Nullus enim debet fisi attribuere quod Dei est. Sed dominium omnium creaturarum est proprium Dei, secundum illud Psal. xxxiii. 1. *Domini est terra &c.* Ergo non est naturalis homini possessio rerum exteriorum.

2. Præterea. Basilius exponens verbum dicitis dicentis Luc. xii. *Congregabo omnia que nata sunt mihi, & bona mea*, dicit (in ferm. (1) sup illud, *Destruam horrea mea* vers. fin.) „ Dic mihi, quæ tua? unde ea sumens in vitam tulisti? “ Sed illa quæ homo possidet naturaliter, potest aliquis convenienter dicere esse sua. Ergo homo non possidet naturaliter exteriora bona.

3. Præterea. Sicus Ambrosius dicit in Lib. I. de Trin. (seu de fide ad Grat. cap. L circ. med.) (2) *Dominus nomen est potestatis*. Sed homo non habet potestatem super res exteriores: nihil enim potest circa earum naturam immutare. Ergo possessio exteriorum rerum non est homini naturalis.

Sed contra est quod dicitur in Psalm. viii. 8. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*, scilicet hominis.

Re-

*natio divino: Deus autem unicuique providet secundum conditionem necessitatis sua; quia natura non deficit in necessariis, & multo minus ausbor natura. Huc etiam pertinet illud Ecclesiast. 4. vers. 10. *Ego pupilli misericors ut passer, & pro viro matris illorum; & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserabilis tuus magis quam mater: Ut & Exod. 22. vers. 2. Vidue & pupillo non nocebitis: Si lasceris eos, vociferabentur ad me, & exaudiem eos, & indignabitur furor meus &c.* Hinc religio immu-*

cultata visitare pupillos & viduas Jacob. 2. vers. 27.

(1) In sermone peculiariter quem ex professio in hac verba edidit, & a quibusdam in diversis avaros scribitur.

(2) Explicans illud ex Deut. 6. *Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus unus es: De Trinitate autem S. Thomas inscribit iuxta usum sui temporis, quod de Trinitatis unitate ac mysterio potissimum aduersus Arianos in eo libro disputatur.*

Respondeo dicendum , quod res exteriores possint duplicitate considerari . Uno modo quantum ad ejus naturam , quae non subiacet humanae potestati , sed solum divinae , cui omnia ad nutum obediunt . Alio modo quantum ad utrum ipsius rei : & sic habet homo naturale dominium exteriorum rerum : quia per rationem , & voluntatem potest uti rebus exterioribus ad suam utilitatem , quasi propter se factis : semper enim imperfectiora sunt propter perfectiora , ut supra , habitum est (quæst . lxiv . art . 1 .) Et ex hac ratione Philosophus probat in l . Polit . (1) quod possessio rerum exteriorum est homini naturalis . Hoc autem naturale dominium super ceteras creaturem quod competit homini secundum rationem , in qua imago Dei consistit , manifestatur in ipsa hominis creatione Genes . 1 . 26 . ubi dicitur : *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram ; & presi plicibus maris &c.*

Ad primum ergo dicendum , quod Deus habet principale dominium omnium rerum ; & ipse secundum suam providentiam ordinavit quasdam res ad corporalem hominis sustentationem : & propter hoc homo habet naturale rerum dominium , quantum ad potestatem utendi ipsius (2) .

Ad secundum dicendum , quod dives ille reprehenditur ex hoc quod putabat exteriora bona esse principaliter sua , quasi non accipisset ea ab alio , scilicet a Deo .

Ad tertium dicendum , quod illa ratio procedit de dominio exteriorum rerum quantum ad naturas ipsarum : quod quidem dominium soli Deo convenit , ut dictum est (in corp . art .)

A P P E N D I X .

EX artic . habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu in-

telligas , merito insinuatum a scripturis ; quod possessio rerum exteriorum est homini naturalis . Ut per Psalm . 8 . secundum quod recitat in argum . contr . De hoc dominio , ut melius capias in tex . isto dicta , vide veritates aureas super legem veterem , Gen . 1 . conclus . 12 . Secundo vides : quomodo &c .

A R T I C U L U S II . 369

Utrum licet alicui rem aliquam quasi propriam possidere .

III. cons. cap. xxvii. fin. & opus. xx. cap. xv.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod non licet alicui rem aliquam quasi propriam possidere . Omne enim quod est contra jus naturale , est illicitum . Sed secundum jus naturale omnia sunt communia : cui quidem communiorati contrariatur proprietas possessionum . Ergo illicitum est cuilibet homini appropriare sibi aliquam rem exteriorum .

2. Præterea . Basilius dicit , exponens prædictum verbum divitis (loc . cit . art . præc . arg .) *Sicut qui præveniens ad spectacula preberet advenientes , appropriando sibi quod ad communem usum ordinatur , similes sunt divites , qui communia que præoccupaverunt , estimant sua esse .* Sed illicitum esset præcludere viam aliis ad potendum communibus bonis . Ergo illicitum est appropriare sibi aliquam rem communem .

3. Præterea . Ambrosius dicit (serm . lxiv . de temp . vers . fin .) (3) & habetur in Decretis dist . xlvi . cap . *Sicut bi : Proprium nemo dicat , quod est commune . Appellat autem commune res exteriores , sicut patet ex his quæ præmittit . Ergo videtur illicitum esse quod aliquis appropriet sibi aliquam rem exteriorum .*

Sed

(1) Non sicut prius ad marginem cap . 5 . vel c . 3 . ubi de naturali tantum servitute agitur , sed cap . 8 . greco-latino vel in antiquis cap . 6 . & apud S . Thomam lect . 6 . ubi omnia propter hominem esse dicuntur .

(2) Sic enim dominium apud Jurisconsultos definitur *jus vel facultas re propria usendi ad quemlibet usum lege permisum , ita ; in communitate proprium ; ut videtur est in Syntagmate juris lib . 1 . cap . 12 . num . 3 .*

(3) Ut ex serm . 81 . Decretum ipsum citat , & quidem super illud Luc . 12 . *Hominis cujusdam divisio fructus uberes ager actuus : Sed in modernis Exemplaribus est pars tantum sexagesimi quarti ser-*

*monis cuius thema ex illis verbis desumitur Luc . 16 . Homo quidam erat dives qui habuit villicum &c . : Sed annexuntur illis ea quæ superius notata sunt ac ex Luc . 12 . desumuntur . Plenius autem ibi : *Sed ait : Quid injustum est , si cum aliena non invadam , propria diligentius servo ? O impudens dictum ! Propria dicas ? Quæ ? Ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti ? Quando in hanc ingressus es lucem , quando de ventre matris exiisti ? quibus quoque facultatis quibusve stipendiis stipatus ingressus es ? Et paulo infra : Proprium nemo dicat quod est commune : Vel sicut est in Ambrosii textu , quod e communione plusquam sufficeret sumptum , & violenter obtinere est .**

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. de hæresibus (hæresi xl.) Apostolici dicuntur qui se hoc nomine arrogansime vocaverunt , eo quod in suam communionem non acceperent uenentes conjugibus , & res proprias possidentes ; quales habet carbolica Ecclesia & monachos , & clericos plurimos . Sed ideo isti hæretici sunt , quia se ab Ecclesia separantes , nullam spem putant eos habere qui nuntiuntur his rebus , quibus ipsi carent . Est ergo erroneum dicere , quod non liceat homini propria possidere .

Respondeo dicendum , quod circa rem exteriorem duo competit homini . Quorum unum est potestas procurandi , & dispensandi : & quantum ad hoc licitum est quod homo propria possideat . Est etiam necessarium ad humanam vitam propter tria . Primo quia magis sollicitus est unusquisque ad procurandum aliquid quod sibi soli competit , quam id quod est commune omnium , vel multorum : quia unusquisque laborem fugiens , relinquit alteri id quod pertinet ad communem , sicut accidit in multiitudine ministrorum . Alio modo quia ordinatus res humanæ tractantur , si singulis immineat propria cura alicujus rei procurandæ : esset autem confusio , si quilibet indistincte quilibet procuraret . Tertio quia per hoc magis pacificus status hominum conservatur , dum unusquisque re sua contentus est . Unde videmus quod inter eos qui communiter , & ex indiviso aliquid possident , frequentius jurgia oriuntur .

Aliud vero quod competit homini circa res exteriore , est usus ipsarum : & quantum ad hoc non debet homo habere res exteriore ut proprias , sed ut communias , ut scilicet de facilis aliquis eas communicet in necessitate aliorum Unde Apostolus dicit I. ad Timoth. ultim. 17. *Divisibus bujus facili præcipe . . . facile tribuere , communicare de bonis Eccl.*

Ad primum ergo dicendum , quod communitas rerum attribuitur juri naturali : non quia jus naturale dicit omnia esse possidentia communiter , & nihil esse quasi proprium possidendum ; sed quia secundum jus naturale non est distinctio possessionum , (1) sed magis secundum humanum conditum , quod

Summ. S. Th. Tom. VII.

pertinet ad jus positivum , ut supra dictum est (quæst. lvii. art. 2. & 3.) Unde proprietas possessionum non est contra jus naturale , sed juri naturali superadditur per adiunctionem rationis humanae .

Ad secundum dicendum , quod ille qui præveniens ad spectacula præpararet aliis viam , non illicite ageret ; sed ex hoc illicite agit quod alios prohibet : & similiter dives non illicite agit , si præoccupans possessionem rei , quæ a principio erat communis , aliis etiam communicet ; peccat autem , si alios ab uero illius rei indiscrete prohibeat . Unde Basilius ibidem dicit : *Cur tu abundas , ille vero mendicat , nisi ut tu bona dispensationis merita consequaris , ille vero patientia premiis coronetur?*

Ad tertium dicendum , quod cum dicit Ambrosius , *Nomo proprium dicat quod est commune , loquitur de proprietate quantum ad usum : unde subdit : Plus quam sufficeret sumptus , (2) violenter obtentum est.*

A P P E N D I X.

EX artic. habes primo : quomodo per rationem destruas hæresim *Pseudo Apostolicorum* , de qua , & quibus loquitur Aug. lib. de hæres. cap. 40. Et hic argum. contr. recitatatur . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , hanc merito damnari ab Abraham Gen. 13. ab Isaac cap. 26. a Jacob cap. 30. 31. 32. & passim ab antiquis Sanctis facto suo , quos scilicet habuisse divitias , seu res exteriore , tamquam a se possessas , narratur . Item merito a Luc. 19. ubi de divite Zachæo dante dimidium bonorum suorum , quamvis non omnia , pauperibus , subditur by *hunc domui salus a Deo facta est* . Item a Marc. 14. *Pauperes semper habebitis vobiscum , & cum volueritis , potestis illis bene facere* . Et quomodo possent illis benefacere : nisi haberent de suo ? forsan de alieno ? Absit . Non enim eleemosyna facta de rapina licet . Item a 2. Cor. 9. *Non debent filii tibesaurizare parentibus sed parentes filii* . Vide D. Th. Contr. gent. l. 3. c. 127. de hoc advers. illam hæresim . Tertio vides : quomodo &c.

V

A R.

(1) Hinc in Decretis causa 12. qu. 1. cap. *Dilectissimis* quod ex S. Clemente desumptum est : *Communis usus omnium quæ sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit : Sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit , & alius illud ; & sic inter mortales facta divisio est : Non quod haec divisio sit per*

iniquitatem facta , sed quod ex usurpatione per iniquitatem facta , originem sumperit .

(2) Sive , ut repositum supra , plusquam sufficeret sumptus & violenter obtentum est : Quamvis i ecreti textus & præsertim antiquus , ex quo desumitur S. Thomas , habeat sicut relect .

A R T I C U L U S III. 370

Urum sit de ratione furti occulte accipere rei alienam.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod non sit de ratione furti occulte accipere rem alienam. Illud enim quod diminuit peccatum, non videtur ad rationem peccati pertinere. Sed in occulto peccare pertinet ad diminutionem peccati, sicut e contrario ad exaggerandum peccatarum quorundam dicitur Isa. 111. 9. *Peccatum suum quasi Sodoma prae-
disceverunt, nec absconderunt.* Ergo non est de ratione furti occulta acceptio rei alienae.

2. Præterea. Ambrosius dicit (serm. lxiv. de temp. prope fin.) (1) & habetur in Decret. distinet. xlvi. (cap. *Sicut hi*) *Non minus est criminis baboni tollere, quam cum possis, & abundans sis, indigentibus denegare.* Ergo sicut furtum consistit in acceptance rei alienæ, ita etiam in detentione ipsius.

3. Præterea. Homo potest furtum ab alio accipere etiam quod suum est, puta rem quam apud alium desposuit, vel quæ est ab eo injure ablata. Non est ergo de ratione furti quod sit occulta acceptio rei alienæ.

Sed contra est quod Isidorus dicit in Lib. X. Etymol. (ad lit. F.) *Fur a furvo di-
clus est, idest a fusco: nam noctis usque tem-
pore.* (2)

Respondet dicendum, quod ad rationem furti tria concurrunt. Quorum primum conuenit sibi, secundum quod contrariatur iustitia, quæ unicuique tribuit quod suum est. & ex hoc competit ei quod usurpat alienum.

Secundum vero pertinet ad rationem furti prout distinguuntur a peccatis quæ sunt contra personam, sicut ab homicidio, & adulterio: & secundum hoc competit furto quod sit circa rem possessam: si quis enim accipiat id quod est alterius; non quasi posseffo, sed quasi pars (sicut si amputet membrum) vel sicut persona conjuncta (ut si auferat fi-

liam, vel uxorem) non habet propriæ rationem furti.

Tertia differentia est quæ complet rationem furti, ut scilicet occulte usurpetur alienum: & secundum hoc propria ratio furti est ut sit *occulta acceptio rei alienæ.* (3)

Ad primum ergo dicendum, quod occulta quæ quandoque quidem est cauila poccari, puta cum quis utitur occultatione ad poccandum, sicut accidit in fraude, & dolo: & hoc modo non diminuit, sed constituit speciem peccati: & ita est in furto. Alio modo occultatio est simplex circumstantia peccati: & sic diminuit poccatum, tum quia signum verendum est, tum quia tollit scandalum.

Ad secundum dicendum, quod detinere id quod alteri debetur, eamdem rationem documenti habet cum acceptance iusta: & ideo sub iusta acceptance intelligitur etiam iusta detentio.

Ad tertium dicendum, quod nihil prohibet, id quod est simpliciter unius, secundum quid esse alterius; sicut res deposita est simpliciter quidem deponentis, sed est ejus apud quem deponitur, quantum ad custodiā; & id quod est per rapinam ablatum, est rapientis, non simpliciter, sed quantum ad detentōnē.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas merito a scripturis, & Isid. insinuat, quod de ratione furti est occulta acceptio rei. Ab Isidor. quidem: ut in arg. cont. Ubi a furvo ideo dictus est fur, quia in obscurō, id est, abscondito tollit; non quod res accepta sit necessario in loco abscondito; antequam a fure accipiatur (potest enim esse in propatulo) sed quod fur eam accipit absconde, idest nulloidente, quantum sibi possibile est. A scripturis autem, ut Josue 7. *Furata sunt de anathema-
te, atque mentiti, & absconderunt,* &c. Item 4. Regum 11. *Furata est euna de medio filia-
rum,*

(1) Ubi supra, cap. *Sicut hi*, ex quo restituendum adhibita negatione, ut est in Ambrosii & Decreti textu, *Non minus est criminis &c. ac ex moderna quoque Decretorum Editione, cum possis & abundes.*

(2) Ut videre est lib. 10. lit. F. in dictione *Fur*, ubi etiam a *furendo* denominatum notat. Sic jam antea libro 5. tit. de criminibus in dictione *Furtum* præmisserat: *Furtum est rei alienæ clandestina contra-
dictio; a furvo (idest fusco) vocatum, quia in obsec-
ro sit.*

(3) Juxta id quod mox ex Isidoro præmissum est; sicut & apud Ostiensem furtum a furvo (idest ni-
gro) dici notatur, eo quod clara & obscura & plu-
rumq; de nocte fuit; sive a furvo in quo fur plu-
rumq; latet: Quamvis & omnis illicita usurpatio rei
alienæ intelligitur nomine furti ex Augustino in De-
cretis cap. Meretrices Causa 32. qu. 5. ubi ex qu. 71.
super Exodum prænotatur; sicut & cap. *Punale Ca-
sa* 14. qu. 5.

Item Gen. 40. Furtum sublatuſ ſum. Quia ſcileſet a patre hoc ignorante. Item Judith. 7. Furtum videbantur haurire. Quia ſcileſet iſpi occulte, quantum poterant, hauziebant; & ideo non credebant, ſe ab aliquo hostium videri: & tamen videbantur. Sufficit ergo, quod acceptio fit occulta, quoad factum, intentionemque furis, licet non quantum ad exiſtentiam, ideſt, non quantum ad hoc, quod re vera non videatur, preter intentionem furis. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS IV. 371

Utrum furtum, & rapina ſint peccata differentia ſpecie.

Inf. art. 9. co. & quæſt. lxxiiii. art. 1. co. & ad 2. & II. Cor. xiiii.

AD quartum ſic proceditur. Videtur quod furtum, & rapina non ſint peccata differentia ſpecie. Furtum enim & rapina diſſerunt ſecundum occultum, & manifestum: furtum enim importat occultam acceptiōem; rapina vero violentiam, & manifestam. Sed in aliis generibus peccatorum occultam, & manifestum non diſſerificant ſpeciem. Ergo furtum, & rapina non ſunt peccata ſpecie diſſerua.

2. Praeterea. Moralia recipiunt ſpeciem a fine, ut ſupra dictum eſt (1. 2. quæſt. 1. art. 3. & quæſt. xviii. art. 6.) Sed furtum & rapina ordinantur ad eundem finem, ſcileſet ad habendum aliena. Ergo non diſſerunt ſpeciem.

3. Praeterea. Sicut rapitur aliquid ad poſſidendum, ita rapitur mulier ad delectandum: unde & Iſidorus dicit in Lib. X. Etymolog. (1) quod *raptor* dicitur *corruptor*, & *raptus* dicitur *corrupta*. Sed raptus dicitur, ſive mulier auferatur publice, ſive occulte. Ergo & res poſſeffa rapi dicitur, ſive occulte, ſive publice rapiatur. Ergo non diſſerunt furtum, & rapina.

Sed contra eſt quod Philoſophus in V.

Ethic. (2) diſtinguit furtum a rapina, poſſens furtum *occultum*, rapinam vero *violentam*.

Respondet dicendum, quod furtum, & rapina ſunt vitia iuſtitiz opposita, inquantum aliquis alteri facit iuſtum. Nullus autem patitur iuſtum volehs, ut probatur in V. Ethic. (3) Et ideo furtum, & rapina ex hoc habent rationem peccati quod acceptio eſt involuntaria ex parte ejus cui aliquid ſubtrahitur.

Involuntarium autem dupliciter dicitur, ſcileſet per ignorantiam, & violentiam, ut habetur in III. Ethic. (cap. 1.) Et ideo aliam rationem peccati habet rapina, & aliam furtum. Ergo propter hoc diſſerunt ſpecie.

Ad primum ergo dicendum, quod in aliis generibus peccatorum non attenditur ratio peccati ex aliquo involuntario, ſicut attenditur in peccatis oppositis iuſtitiz: & ideo ubi occurrit diſſerua ratio involuntarii, eſt diversa ſpecies peccati.

Ad ſecundum dicendum, quod finis remeſtus rapinæ, & furti idem eſt. Sed hoc non ſufficit ad identitatem ſpeciei, quia eſt diſſerua in finibus proximis: raptor enim vult per propriam potestatem obtinere, ſur vero per aſtutiam.

Ad tertium dicendum, quod raptus mulieris non poſteſt eſſe occultus ex parte mulieris qua rapitur: & ideo etiam ſi fit occultus ex parte aliorum, a quibus rapitur, adhuc remanet ratio rapinæ ex parte mulieris, cum violentia infertur.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem oſtendas, merito inſinuatum fuiffe a scripturis, & Philoſopho quod furtum & rapina diſſerunt. A Philoſopho quidem, ut in arg. cont. A scripturis autem per diſtaſm Deut. 28. *Aſinus tuus rapitur in conſpectu tuo*, ſcileſet per violentiam. Præmiſerat enim in contextu ly omni tempore oppri-*meris violentia*. Item Ezech. 22. *Populi ter-*

V 2

70

(1) Seu Originum lit. R. in dictione *Raptor*, ubi euſalis loquatio eſt utrobiue; ſcileſet *raptor* eo quod *corruptor*, ut & *raptus* &c.

(2) Non cap. 2. ſicut prius indicabatur ad marginem, ſed vel 5. græco-lat. vel 4. in antiquis & apud S. Thomam leſt. 4. ubi furtum inter occultuſ recenſetur, ut & *raptus* inter violentia.

(3) Male hic rursus ut ex cap. 9. prius indicaba-

re rapiebant violenter. Item c. 18. *Per vim nibil rapuerit*. De furto autem in art. 3. *append.* patuit, quod non sit per vim apertam sed per astutiam occultam. Secundo vides &c.

ARTICULUS V. 372

Utrum furtum semper sit peccatum.

Inf. quasi. cxviii. art. 2. co. & II. dist. xlii. quasi. II. art. 4. cor. & mal. quasi. x. art. 2. cor. & quasi. xv. art. 2. cor. princ.

AD quintum sic proceditur. Viderur quod furtum non semper sit peccatum. Nullum enim peccatum cadit sub præcepto divino: dicitur enim Eccli. xv. 21. *Nemini mandavit impic agere*. Sed Deus invenitur præcepisse furtum: dicitur enim Exod. xii. 35. *Fecerunt filii Israhel, sicut præceperat Dominus Moysi . . . & expoliaverunt Aegyptios*. (1) Ergo furtum non semper est peccatum.

2. Præterea. Ille qui invenit rem non suam, si eam accipiat, videtur furtum committere quia accipit rem alienam. Sed hoc videtur esse licitum secundum naturalem æquitatem, ut Juristi dicunt (§. xviii. xxxix. & xlvi. de rerum divisi.) Ergo videtur quod furtum non semper sit peccatum.

3. Præterea. Ille qui accipit rem suam non videtur peccare; cum non agat contra justitiam, cuius æqualitatem non tollit. Sed furtum committitur, etiam si aliquis rem suam occulite accipiat ab altero detentam, vel custoditam. Ergo videtur quod furtum non semper sit peccatum.

Sed contra est quod dicitur Exod. xx. 15. *Non furtum facies.*

Respondeo dicendum, quod si aliquis con-

sideret furti rationem, duas rationes peccati in eo invenit. Primo quidem propter contrarietatem ad justitiam, quæ reddit unicuique quod suum est: & sic furtum justitiae opponitur, in quantum furtum est acceptio rei alienæ.

Secundo ratione dolii, seu fraudis, quam fur committit, occulite, & quasi ex insidiis rem alienam usurpando. Unde manifestum est quod omne furtum est peccatum. (2)

Ad primum ergo dicendum, quod accipere rem alienam vel occulite, vel manifeste, auctoritate judicis hoc decernentis, non est furtum: quia jam sit sibi debitum per hoc quod sententialiter sibi est adjudicatum. Unde multo minus furtum fuit quod filii Israel tulerunt spolia Aegyptiorum ex præcepto Domini hinc decernentis pro afflictionibus quibus Aegyptii eos sine causa afflixerant: & ideo signanter dicitur Sap. x. 20. *Justi rularent spolia impiorum*. (3)

Ad secundum dicendum, quod circa res inventas est distinguendum. Quædam enim sunt quæ numquam fuerunt in bonis alicuius, sicut lapilli, & gemmæ quæ inveniuntur in littore maris: & talia occupanti conceduntur: & eadem ratio est de thesauris antiquo tempore sub terra occultatis, quorum non extat alius possessor; nisi quod secundum leges civiles tenetur inventor dare medietatem domino agri, si in alieno agro invenierit. Propter quod in parabola Evangelii dicitur Matth. xiii. de inventore thesauri absconditi in agro, quod emit agrum, quasi ut haberet jus possidendi totum thesaurum. Quædam vero res inventæ fuerunt de propinquo in alicuius bonis: & tunc si quis eas accipiat non animo retinendi, sed animo restituendi domino, qui eas pro derelictis non habet, non committit furtum: & similiter si pro derelictis habeantur, & hoc credat inventor, licet sibi eas retineat, non committit furtum: alias autem committitur peccatum furti. Unde Augustinus dicit in qua-

(1) Vel plenius, ut vers. 35. & 36. videre est: *Fecerunt sicut præceperat Moyses, & petierunt ab Aegyptiis vase argenteos & aureos vestimentaque plurimam: Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptiis, ut commodarent eis & spoliaverunt Aegyptiorum; ut non spoliatio qualiscunque intelligatur, sicut quæ per violentiam vel occultam ablationem fieri solet, sed per subdolam & astutam petitionem cum animo mutui non reddendi.*

(2) Ut pote quasi lege divina prohibitum, non tantum sicut supra Exod. 20. vers. 15. inter præ-

pti Decalogi; sed Levit. 19. vers. 11. & Deuteronom. 5. vers. 18.

(3) Quod utique ab his loci sensum pertinere manifestum est ex adjunctis; ut & id factum esse propter mercedem compensandam qua Aegyptii Hebreorum labores fraudaverant: Sic enim ibi v. 17. ac deinceps: *Reddidit (Deus) iustis mercedem laborum suorum, & deduxit illos in via mirabilis; transfluit illos per mare rubrum &c.* Etsi misericordia Martyribus in Officio Ecclesie accommodatur.

quadam homil. (1) (cap. vi.) *Si quid invenisti, & non reddidisti, rapuisti.*

Ad tertium dicendum, quod ille qui furtum accipit rem suam apud alium depositam, gravat depositarium, qui tenetur ad restituendam eam, vel ad ostendendum se esse innocentium: unde manifestum est quod peccat, & tenetur ad relevandum gravamen depositarii. Qui vero furtum accipit rem suam apud alium injuste detentam, peccat quidem: non quia gravet eum qui detinet, & ideo non tenetur ad restituendum aliquid, vel ad recompensandum; sed peccat contra communem justitiam, dum ipse sibi usurpat suę rei iudicium, juris ordine prætermisso. Et ideo tenetur Deo satisfacere, & dare operam ut scandalum proximorum, si inde exortum fuerit, sedetur.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis insinuatum fuisse, quod furtum est peccatum. Insinuatur autem per hoc, quod a lege Divina prohibetur Exod. 20. *Non furum facies.* Constat enim ex superioribus Divum Thomam sape dixisse, quod nihil in lege prohibetur a Deo, nisi peccatum. Aliiquid ergo cognoscitur esse peccatum ex eo, quod in lege prohibetur. Secundo vides: quomodo, &c.

A R T I C U L U S VI. 373

Utrum furtum sit peccatum mortale.

Locus sup. art. 1. inductus.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod furtum non sit peccatum mortale. Dicitur enim Proverb. vi. 30. *Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit.* Sed omne pec-

catum mortale est grandis culpa. Ergo furtum non est peccatum mortale.

2. Præterea. Peccato mortali mortis poena debetur. Sed pro furto non infligitur in lege poena mortis, sed solum poena danni, secundum illud Exod. xxii. 1. *Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem . . . quinque boves pro uno bove restitueret, quatuor oves pro una ova.* Ergo furtum non est peccatum mortale.

3. Præterea. Furtum potest committi in parvis rebus, sicut & in magnis. Sed inconveniens videtur quod pro furto alicujus parvae rei (puta unius acus, vel unius pennæ) aliquis puniatur morte æterna. Ergo furtum non est peccatum mortale.

Sed contra est quod nullus damnatur secundum divinum judicium nisi pro peccato mortali. Condemnatur autem aliquis pro furto, secundum illud Zach. v. 3. *Hæc est maledictio que egreditur super faciem omnis terre: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, judicabitur.* Ergo furtum est peccatum mortale.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra habitum est (quæst. xxiv. art. 5. & 1. 2. quæst. lxxii. art. 5. & quæst. lxxxvi. art. 3.) peccatum mortale est quod contrariatur caritati, secundum quod est spiritualis animæ vita.

Caritas autem consistit principaliter quidem in dilectione Dei, secundario vero in dilectione proximi: ad quam pertinet ut proximo bonum velimus, & operemur. Per furtum autem homo infert nocumentum proximo in suis rebus: & si passim homines sibi invicem furarentur, periret humana societas. Unde furtum, tamquam contrarium caritati, est peccatum mortale.

Ad primum ergo dicendum, quod furtum dicitur non esse grandis culpa, duplice ratione. (2) Primo quidem propter necessitatem inducentem ad furandum; quæ diminuit, vel totaliter tollit culpam, ut infra patebit (art. seq.)

(1) Velut ex homilia 9. libri 50. homiliarum e loco Decreti prænotatur, sed in modernis Exemplari bus hæc homilia deest quia conflatur ex serm. 19. de verbis Apostoli ubi habentur versus finem: Nec omitendum quod ibidem summa cum laude narrat Augustinus a pauperissimo quadam homine factum, sed plane christiano (inquit) qui facculo invento membror legis proposuit pitacium publico (idest tabellam five scriptum ex graco ἔπειτα) ut si quis amiseret facculum, repeteret ab ipso; postquam autem ex indicio datis cuiuslibet effet facculus intellectus, reddidit quod invenierat; nec urgente quamlibet amissore quidquam ab eo accipere voluit pro pretio inventionis donec hominibus homo projectis facculum, dicens

nihil se perdidisse se accipere ipso inventor nihil vellet: sic enim vultus sanderum quod offerebatur accepit, sed continuo sordum pauperibus erogavit: Exclamat porro admirabundus Augustinus de utriusque facto: *Quale certamen fratres mei! Quale certamen! qualis pugna! qualis confictus! Theatrum, mundus: Spectator, Deus.*

(2) Unam tantum assignat Beda in eum locum dicens: *Furtum non ex sua estimatione, sed ex corparatione peccati majoris (idest adulterii) non grandis esse culpa perhibetur; sicut de Hierusalem erogius peccante dicitur (Ezech. 16.) Justificata est Sodoma ex te; non quia Sodoma nulla, vel pauca, sed quia Hierusalem plura peccavit.*

seq.) Unde subditur: *Furatur enim, ut osu-
rientem impluat animam.* Alio modo dicitur
furtum non esse grandis culpa per compara-
tionem ad reatum adulterii, quod punitur
morte. Unde subditur de fure, quod *depro-
bensus redet septimum; qui autem adulterii est,
perdet animam suam.*

Ad secundum dicendum, quod paucæ pre-
sentis vite magis sunt medicinales quam re-
tributivæ. Retributio enim reservatur divino
judicio, quod est secundum veritatem in pec-
cantes. Et ideo secundum judicium præsentis
vite non pro quolibet peccato mortali infli-
gitur pena mortis, sed solum pro illis quæ
inserunt irreparabile nocumentum, vel etiam
pro illis quæ habent aliquam horribilem de-
formitatem, & ideo pro furto, quod irrepa-
rabile damnum non infert, non infligitur se-
cundum præsens judicium pena mortis, nisi
ut furtum aggravatur per aliquam gravem
circumstantiam, sicut patet de sacrilegio,
quod est furtum rei sacræ; & de peculatu,
quod est furtum rei communis, ut patet per
Augustinum super Joannem (1) & de plagio,
quod est furtum hominis, pro quo quis mor-
te punitur, ut patet Exod. xxi.

Ad tertium dicendum, quod illud quod
modicum est, ratio apprehendit quasi nihil.
Et ideo in his quæ minima sunt, homo non
reputat sibi nocumentum inferri: & ille qui
accipit, potest præsumere hoc non esse con-
tra voluntatem ejus cuius est res. Et pro-
tanto si quis furtive hujusmodi res minimas
accipiat, potest exculari a peccato mortali;
si tamen habet animum surandi, & inferen-
di nocumentum proximo, etiam in talibus
minimis, potest esse peccatum mortale, sicut
& in solo cogitatu per consensum.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per ratio-
nem intelligas, merito fuisse a scripturis
insinuatum: quod furtum est peccatum mor-
tale. Insinuatur vero per dictum Zach. r. 5.
ut in a. cont. Ubi ly *fur.*, sumitur pro furé
proprie dicto; qui scilicet infert nocumentum
proximo contra caritatem. Ad cognoscendum

enim quodnam sit vere furtum, & consequen-
ter mort. oportet inspicere ad conclusionem
probationem. Conclusiones enim tanti valent,
quantum permittantur a probationibus. Patet
autem, quod illa probatio facit vim in esse
contra caritatem. Ulterius ly *judicabitur*,
stat pro condemnabitus: sicut & ibi Joan. 3.
qui non credit, *judicatus est*, idest condem-
natur. Item insinuatur, & quidem a fortio-
ri, per dictum Luc. 16. de divite illo epulo-
ne, mollibusque vestito, & immisericorde, qui
in inferno sepultus est. Per hoc enim,
quod demonstravit: abutentem propriis, ipsa-
que non largientem pauperi tempore necessi-
tatis, æterna pena mortali peccato debita
damnatum, commonstrasse voluit, quod ra-
pientes aliena furtive, multo magis damna-
buntur, & consequenter quod furtum est pec-
catum mortale. Secundo vides: quomodo ex
iis bene, &c.

A R T I C U L U S VII. 374

*Urum licet alicui furari propter
necessitatem.*

*Inf. quest. cx. art. 3. ad 4. & IV. dist. xv.
quest. II. art. 1. quest. 4. ad 2. & art.
4. quest. 2. ad 2. & art. 5. quest. 1. cor.*

AD septimum sic proceditur. Videtur quod
non licet alicui furari propter necessi-
tatem. Non enim imponitur paupertia nisi
peccanti. Sed extra, de furtis (can. III.)
dicitur: *Si quis per necessitatem famis, aue-
nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, vel per-
cas, panicas per hebdomadas tres.* Ergo non
licet furari propter necessitatem.

2. Præterea. Philosophus dicit in II. E-
thic. (cap. vi. ad fin.) quod *quedam confe-
ssim nominata, convoluta sunt cum malitia,*
(2) inter quæ ponit furtum. Sed illud quod
est secundum se malum, non potest propter
aliquem bonum finem bonum fieri. Ergo non
potest aliquis licite furari, ut necessitati sus-
lubveniat.

3. Præterea. Homo debet diligere prox-
imum sicut seipsum. Sed non licet furari ad
hoc

(1) Nempe Tract. 50. super Joan. 12. caput:
*Ecce fur Judas (inquit) fur loculorum sed sacro-
rum: Si crimina discernuntur in fore qualisunque
furis & peculatoris (peculatoris enim dicitur furum
de Republica) quanto uehemegius judicandus est fur
acilegus &c. Plagiun autem (juncta grecum τραγ-*

*γον) furum hominis appellatur, idest quo quis ho-
minem furatur &c.*

(2) Ut cap. 7. in antiquis habetur, sed planius
cap. 6. græco-lat. Sunt quædam que vel ipso nomine
statim cum prævitate implicantur.

hoc quod aliquis per eleemosynam proximo subveniat, ut Augustinus dicit in Lib. contra mendacium (cap. vii. cir. med.) (1) Ergo etiam non licet furari ad subveniendum proprias necessitati.

Sed contra est quod in necessitate sunt omnia communia: & ita non videtur esse peccatum, si aliquis rem alterius accipiat propter necessitatem sibi factam communem.

Respondeo dicendum, quod ea quae sunt juris humani, non possunt derogare iuri naturali, vel iuri divino. Secundum autem naturalem ordinem ex divina providentia institutum, res inferiores sunt ordinatae ad hoc quod ex his subveniatur hominum necessitati. Et ideo per rem divisionem, & appropriationem ex iure humano procedentem, non impeditur quin hominis necessitati sit subveniendum ex hujusmodi rebus. Et ideo res quae aliqui superabundanter habent, ex naturali jure debent pauperum sustentationi. Unde Ambrosius dicit (serm. ix. v. de temp. sub f.) & habebut in Decret. distinct. xlvi. (cap. Sicut bi) Esurientium panis est quem tu desines; nudorum indumentum est quod tu reclidis; miseriorum redemptio, & absolutionis est pecunia quam tu in terram defodis.

Sed quia multi sunt necessitatem patientes, & non potest ex eademia re omnibus subveniri, committitur arbitrio uniuscuiusque dispensatio propriarum rerum, ut ex eis subveniat necessitatem patientibus.

Si tamen adeo sit evidens, & urgens necessitas, ut manifestum sit instanti necessitati de rebus occurrentibus esse subveniendum (puta cum imminet persona periculum, & aliter subveniri non potest) tunc licite potest aliquis ex rebus alienis sua necessitati subvenire, sive manifeste, sive occulte sublati.

nec hoc proprie habet rationem furti, vel rapinæ.

Ad primum ergo dicendum, quod Declaris illa loquitur in casu in quo non est urgens necessitas. (2)

Ad secundum dicendum, quod uti re aliena occulte accepta in casu necessitatis extrema, non habet rationem furti, proprie laudando, quia per talen necessitatem efficitur suum id quod quis accipit ad sustentandam propriam vitam.

Ad tertium dicendum, quod in casu similis necessitatis etiam potest quis occulte rem alienam accipere, ut subveniat proximo sic indigenti.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito fuisse insinuatum a D. Ambrofio, quod licitum est furari propter necessitatem; ut in Decretis d. 47. Esurientium panis, &c. secundum quod extenditur in corpora circa medium. Cum enim accipere foem, debitiss circumstantiis adhibitis, sit licitum unicuique, pater, quod Ambrosius monstrans omnia esse communia in tempore necessitatis, commonstrarat eodem tenore, quod furari, id est accipere occulte rem, quae alias erat aliena, licet. Secundo vides: quomodo ex iis, atque similibus, quod semper, & ubique fubauditur, si bene pensentur, & applicentur. doctrina hac angelica vicissim declaratur, atque confirmetur.

AR-

(1) Sic enim ibi: *Quis est qui dicas, ut habeamus quod pauperibus demus, furtu faciamus divitibus? Quis est qui dicas aliqua causis bonis est fiscienda ut vel poscata non sint, vel (quod est absurdum) iusta peccata sint?* Et inferius: *Quis ista dicas nisi qui res humanas omnes, omnesque conatur mores legesque subvertere?* Rursumque inferius: *Asi justitia merito punie furem, etiam qui dinorit & ostenderit ideo se substratisse superflua divisi ut predores nec ossana pauperi &c. ut cap. 7. videre est:* At deinde cap. 8. *Dicas aliquis:* Ergo aquandus est fur quilibet ei furi qui misericordi voluntate furatur: *Quis hoc dinerit?* Sed berum dauerum non ideo est quisquam bonus quia peior est unus, &c.

(2) Quod ex ipsa inscriptione patet, ubi dicitur: *Commissione fureum ex necessitate non multum urgente peccas, sed non gravitas: Unde imponenda est si*

levis panitia: Ex adjunctis etiam in ipso metu capituli. textu item colligi potest, ubi additur: *Et, si reddiderit, non cogatur jejunare;* Non omnia presumitur in tam urgenti necessitate redditurus. Ex Postulationali autem Theodori hoc Declaris praeconatur. Sed sequens Ambrosii appendix ut ex libro de Patriarchis praeonata, ex primo eius libro de Abraham cap. 3. defumpta est, ubi paulo adies versus ponit: *Dicas aliquis: Cum Abraham vicerit, quomodo dicas ad Regem Sodorum, Nibil sumam abs te, cum preda usque in postulato viceris fuerit?* *Doces militarem disciplinam ut Regi serventur omnia &c.* Id est ostendit illud ad militarem disciplinam in eo casu pertinere ut &c. Et quidem in moderno Decreti textu Causa 23. qn. 5. cap. *Dicas,* sic referatur, sed in antiquo *Decet*, pro *Doces*, quod & ad moderni marginem annotatus:

A R T I C U L U S V I I I . 375

Utrum rapina possit fieri sine peccato.

AD octavum sic proceditur. Videtur quod rapina possit fieri sine peccato. Præda enim per violentiam accipitur; quod videtur ad rationem rapinæ pertinere, secundum prædicta (art. 4. hu. quast.) Sed quædam accipere ab hostibus licitum est: dicit enim Ambrosius in Lib. de Patriarchis (seu Lib. I. de Abraham cap. 111. cit. fi.) *Cum preda fuerit in potestate victoris, decet militarem disciplinam ut Regi serventur omnia scilicet ad distribuendum.* Ergo rapina in aliquo casu est licita,

2. **P**ræterea. Licitum est auferre ab aliquo id quod non est ejus. Sed res quas infideles habent, non sunt eorum: dicit enim Augustinus in epistola ad Vincentium Donatistam (xciii. al. xlviij. aliquant. ante fi.) *Res falso appellatis vestras, quas nec iuste possideris, & secundum leges terrenorum Regum amittere iussi estis.* Ergo videtur quod ab infidelibus aliquis liceat rapere possit.

3. **P**ræterea. Terrarum Principes multa a suis subditis violenter extorquent; quod videtur ad rationem rapinæ pertinere. Grave autem videtur dicere, quod in hoc peccent, quia sic fere omnes Principes damnarentur. Ergo rapina in aliquo casu est licita.

Sed contra est quod de quolibet liceat accepto potest fieri Deo sacrificium, vel oblatione. Non autem potest fieri de rapina, secundum illud Isa. lxii. 8. *Ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in hoc loco suum.* Ergo per rapinam aliquid accipere non est licitum.

Respondeo dicendum, quod rapina quamdam violentiam, & coactionem importat, per quam contra justitiam alicui auferunt quod suum est. In societate autem hominum nullus habet coactionem nisi per publicam potestatem: & ideo quicumque per violentiam aliquid alteri auferit, si sit privata persona, non utens publica potestate, illicite a-

git, & rapinam committit, sicut patet in latronibus (1).

Principibus vero potestas publica committitur ad hoc quod sint justitia custodes. Et ideo non licet eis violentia, & coactione uti, nisi secundum justitiae tenorem; & hoc vel contra hostes, pugnando: vel contra cives, malefactores puniendo: & quod per talam violentiam auferunt, non habet rationem rapinæ, cum non sit contra justitiam. Si vero contra justitiam aliqui per publicam potestatem violenter abstulerint res aliorum, illicite agunt, & rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur.

Ad primum ergo dicendum, quod circa prædam distinguendum est. Quia si illi qui deprædantur hostes, habeant bellum justum, ea quæ per violentiam in bello acquirunt, eorum efficiuntur: & hoc non habet rationem rapinæ: unde nec ad restitutionem tenentur. Quamvis possint in acceptione prædæ justum bellum habentes, peccare per cupiditatem ex prava intentione, si scilicet non propter justitiam, sed propter prædam principaliter pugnant. Dicit enim Augustinus in Lib. de verbis Domini (serm. xix. cir. princ.) quod propter prædam militare peccatum est (2) Si vero illi qui prædam accipiunt, habeant bellum injustum, rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur.

Ad secundum dicendum, quod intantum aliqui infideles res suas iniuste possident, inquantum eas secundum leges terrenorum Principum amittere iussi sunt: & ideo ab eis possunt per violentiam subtrahi, non privata autoritate, sed publica.

Ad tertium dicendum, quod si Principes a subditis exigant quod eis secundum justitiam debetur propter bonum commune conservandum, etiamsi violentia adhibeat, non est rapina. Si vero aliquid Principes indebitate extorqueant per violentiam, rapina est, sicut & latrocinium. Unde dicit Augustinus in IV. de civ. Dei (cap. i v. in princ.) *Remota justitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? quia & latrocinia quid sunt nisi parva regna?* (3) Et Ezech. xxii. 27. di-

(1) Quos a latendo dictos interpretatur Isidorus quasi viarum infessores lib. 10. Etymologiarum vel originum lit. L. in dictione *Latro*; ubi & addit eos melius dici quasi *latrones* quia a latere infidiansus via: Hoc ergo sensu nunc de illis loquitur S. Thomas ut a furibus distinguuntur, sicut & supra furtum a rapina distinguuit: *Quamvis & Joan. 10. furtum & latro habentur pro eodem.*

(2) Ut in Decretis quoque Causa 23. quast. I.

cap. *Militare paulo plenius inde prænotatur: Nempe quod militare delictum non est, sed propter prædam militare peccatum est;* & propter providentia quædam sumptus stipendia militansibus constituta, ne dum sumptus queritur, predo græssetur.

(3) Huc referit quod pirata respondit Alexandro, latronem se vocari quod navigio parvo græssaretur, illum Imperatorem quod magna classe.

27. dicitur : *Principes ejus in gredio ejus, quasi lupi rapientes prædam.* Unde ad restituionem tenentur, sicut & latrones : & tanto gravius peccant quam latrones, quanto periculosius, & communius contra publicam iustitiam agunt, cuius custodes sunt positi.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito insinuatum a scripturis, quod rapina non potest fieri sine peccato. Insinuatur vero per dictum *I/a. 61.* discurrendo super illud *ut in arg. contr.* ubi etiam adverte, quod a fortiori inde probatur intentum ; quoniam, si rapina a peccato non excusat, per hoc motivum, quod scilicet aliquis vult raptam rem offerre Deo, multo magis utique inexcusabilis a peccato erit omnis, qui tali pallio in specie bono carebit. Ibi quoque notabis & aliud, quantum scilicet Deus oderit rapinam, & consequenter, quod grande peccatum sit : ex quo Deus ipse etiam non vult illam in sacrificio suo : & totum sacrificium, imo sacrificiorum præcipuum, quod erat holocaustum, reputat immundum, si ei quippiam rapinæ commisceatur. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S I X . 376

Utrum furtum sit gravius peccatum quam rapina.

Inf. quest. lxxiiii. art. 3. ad 2. & quest. cxvi. art. 2. ad 1. & quest. cxiv. art. 2. ad 4.

AD nonum sic proceditur, Videtur quod furtum sit gravius peccatum quam rapina. Furtum enim super acceptiōnē rei alienæ habet adjunctam fraudem, & dolum :

Summ. S.Th. Tom.VII.

(1) Quantum ad dolum art. 4. Quantum ad fraudem art. 5.

(2) Non sicut prius ad marginem cap. 9. sed cap. 15. greco lat. vel 17. in antiquis, ultimo autem utroque : Et si *sequivalenter tantum inde colligi potest*, sed expressius quod fit *ingloriationis* vel *infamiae* timor (*αἰδοξίας*) nulla porro major est quam turpis actus infamia, ut in adjunctis indicatur ; unde nec probis convenire dicitur qui turpis non agunt.

(3) Hinc raptorum quam furum poena longe gravior constituta per leges quæ varie in *Syntagma Juris contra utroque* referuntur ; tum libro 36. cap.

quod non est in rapina. Sed fraus, & dolus de se habent rationem peccati, ut supra habatum est quæst. IV. art. 4. & 5.) (1) Ergo furtum est gravius peccatum quam rapina.

2. Præterea. Verecundia est timor de turpi actu, ut dicitur in IV. Ethic. (2) Sed magis verecundantur homines de furto quam de rapina. Ergo furtum est turpius quam rapina.

3. Præterea. Quanto aliquod peccatum pluribus nocet, tanto gravius esse videtur. Sed per furtum potest nocumentum inferri & magnis, & parvis ; per rapinam autem solum impotentibus, quibus potest violentia inferri. Ergo gravius videtur esse peccatum furti quam rapinæ.

Sed contra est quod secundum leges graviter punitur rapina quam furtum.

Respondeo dicendum, quod rapina, & furtum habent rationem peccati, sicut supra dictum est (art. 4. & 6. hu. quæst.) propter involuntarium, quod est ex parte ejus cui aliquid auferitur ; ita tamen quod in furto est involuntarium per ignorantiam, in rapina autem est involuntarium per violentiam. Magis est autem aliquid involuntarium per violentiam quam per ignorantiam, quia violentia directius opponitur voluntati quam ignorantia. Et ideo rapina est gravius peccatum quam furtum (3).

Est & alia ratio, quia per rapinam non solum infertur alicui damnum in rebus, sed etiam vergit in quædam persona ignominiam, sive injuriam : & hoc præponderat fraudi, vel dolo, quæ pertinent ad furtum.

Unde patet responsio ad primum.

Ad secundum dicendum, quod homines sensibilibus inhaerentes, magis gloriantur de virtute exteriori, quæ manifestatur in rapina, quam de virtute interiori, quæ tollitur per peccatum : & ideo minus verecundantur de rapina quam de furto.

Ad tertium dicendum, quod licet pluribus

X possit

25. num. 24. ubi ex §. *grefſatores leg. Capitalium tales vel capite damnari, vel in metallum ablegari, vel in insulam deportari, vel in furca suspensi decernuntur ; tum libro 37. cap. 9. num. 9. 10. 11. ubi Francisci primi Christianissimi Regis lege iisdem prædonibus publicis & viarum obſessoribus manus, pedes, coxae, ac rēnes tundi malleis & confringi jubentur, ac in rota relinqui vivi sine ullo cujusquam subſidio, ut sic misere intereant, ac de peccatis compungantur ; tum de variis occultorum furum generibus, vel per effractionem, vel per lacrationem cap. 12. ac deinceps.*

possit noceri per furtum quam per rapinam ; tamen graviora documenta possunt inferri per rapinam quam per furtum : unde etiam ex hoc rapina est detestabilior .

APPENDIX.

EX art. habes *primo* : quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, & legibus suisse, quod rapina est gravius peccatum, quam furtum . A legibus quidem, ut *in argumen. contrar.* Ubi arguitur ab effectu, scilicet a quantitate poenæ ad causam, scilicet ad quantitatem culpæ . Qui arguendi processus, quamvis non universaliter valeat, ut habetur ar. 6. *ad secundum*, tamen tenet in proposito propter gravitatem & deformitatis, & documenti reperti in rapina, ut ex loco nunc citato potes colligere . A scripturis vero idem insinuat per dictum Ezechiel. 18. *Per vim nibil rapuerit*. Ubi ultra furtum, idest accipere rem alienam Propheta superaddit vim . Item per hoc, quod narratur Gen. 34. tanta ruina facta a filiis Jacob in vindictam rapinæ de soro sua Dina, quantam nunquam pro furto factam, ni fallor, invenies . Adde, quod a Conc. Tr. ses. 24. *Decr. de refor. matr. cap. 6.* & raptor, & dantes auxilium, consilium, favorem, excommunicati decernuntur, perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces . *Secundo* vides quomodo &c.

QUÆSTIO LXVII.

De vitiis oppositis commutativa justitia & primo de injustitia judicis, in quatuor articulos divisa.

DEinde considerandum est de vitiis opositis commutativa justitia, quæ (*) consistunt in verbis, quibus læditur proximus : & primo de his quæ pertinent ad judicium ; secundo de documentis verborum quæ fiunt extra judicium .

Circa primum quinque consideranda occur-

runt . Primo quidem de injustitia judicis in judicando . Secundo de injustitia accusatoris in accusando . Tertio de injustitia ex parte rei in sua defensione . Quarto de injustitia testis in testificando . Quinto de injustitia advocati in patrocinando .

Circa primum quæruntur quatuor .

Primo, utrum aliquis possit iuste judicare eum qui non est sibi subditus .

Secundo, utrum liceat judiciare contra veritatem quam novit, propter ea que sibi proponuntur .

Tertio, utrum iudex possit aliquem iuste condemnare non accusatum .

Quarto, utrum licite possit poenam relaxare .

ARTICULUS I. 377

Utrum quis possit iuste judicare eum qui non est sibi subiectus.

Sup. quest. ix. art. 6. & IV. dist. xvii.

quest. iii. art. 3. quest. 4. & dist.

xlviii. quest. i. art. 1. corp.

AD primum sic proceditur . Videtur quod aliquis possit iuste judicare eum qui non est sibi subditus . Dicitur enim Dan. xiiii. quod Daniel seniores de falso testimonio convictos suo judicio condemnavit . Sed illi seniores non erant subditi Danieli ; quinimmo ipsi erant judices populi . Ergo aliquis potest licite judicare sibi non subditum .

2. Præterea . Christus non erat alicius hominis subditus ; quinimmo ipse erat Rex regum , & Dominus dominantium (1) . Sed ipse exhibuit se judicio hominis . Ergo videtur quod aliquis licite possit judicare aliquem qui non est subditus ejus .

3. Præterea . Secundum jura (2) quilibet fortitur forum secundum rationem delicti . Sed quandoque ille qui delinquit, non est subditus ejus ad quem pertinet forum illius loci ; puta cum alterius est diœcesis, vel cum est exemptus . Ergo videtur quod aliquis possit judicare eum qui non est sibi subditus .

Sed contra est quod Gregorius super illud Deuter. xxiiii. *Si intraveris segetem &c. dicit*

(*) *Al. consistit.*

(1) Sicut Apocal. 19. vers. 16. appellatur, ubi dicitur *hoc symbolum in vestimento & in femore suo scriptum habere.*

(2) Tum Canonica, causa 3. qu. 6. cap. *Peregrinas & sequentibus, tum civilia leg. Extra territorium &c.*

cit (1) „ Falcem iudicii mittere non potes „ in eam segetem quæ alteri videtur esse commissa . „

Respondeo dicendum , quod sententia iudicis est quasi quædam particularis lex in aliquo particulari facto . Et ideo sicut lex generalis debet habere vim coactivam , ut patet per Philosophum in X. Ethic. (cap. ult.) ita etiam & sententia iudicis debet habere vim coactivam , per quam constringatur ultraque pars ad servandam sententiam iudicis : alioquin iudicium non esset efficax . Pote statem antem coactivam non habet licite in rebus humanis , nisi ille qui fungitur publica potestate : & qui ea funguntur , superiores reputantur respectu eorum in quos sicut in subditos potestatem accipiunt , sive habeant ordinariam , sive per commissionem .

Et ideo manifestum est quod nullus potest judicare aliquem , nisi sit aliquo modo subditus ejus vel per commissionem , vel per potestatem ordinariam .

Ad primum ergo dicendum , quod Daniel accepit potestatem ad iudicandum illos seniores quasi commissam ex instinctu divino : quod signatur per hoc quod ibidem dicitur quod *suscitavit Dominus spiritum pueri junios* . (2)

Ad secundum dicendum , quod in rebus humanis aliqui propria sponte possunt se subjicere aliorum iudicio , quamvis non sint eis superiores ; sicut patet in his qui compromittunt in aliquos arbitros : & inde est quod necesse est arbitrium pena vallari : quia arbitri , qui non sunt superiores , non habent de se plenam potestatem coercendi . Sic ergo & Christus propria sponte humano iudicio se subdidit ; sicut etiam & Leo Papa (*) se iudicio Imperatoris subdidit .

Ad tertium dicendum , quod Episcopus in cuius dioecesi aliquis delinquit , efficitur superior ejus ratione delicti , etiam si sit exemptus ; nisi forte delinquat in re aliqua

exempta , puta in administratione bonorum alicuius monasterii exempti . Sed si aliquis exemptus committat furtum , vel homicidium , vel aliiquid hujusmodi , potest per Ordinarium juste condemnari .

A P P E N D I X.

Ex articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum à scripturis , Concilio , & Gregorio ; quod nemo potest iudicare , nisi sibi subditum . A Gregorio quidem ; ut *in argum. contr. A* scripturis per hoc quod *Aet. 26.* dicitur ab Agrippa ; quod poterat Paulus dimitti a Feste ; si non appellasset Cæsarem . Hoc est . Si per appellationem non defuisse esse tuus subditus , o Feste , in hac causa . *Concil. Trid. sess. 14. c. 7. Natura , & ratio iudicij illud exposcit :* ut *sententia in subditos tantum feratur . Hac ibi . Secundo vides : quomodo &c.*

A R T I C U L U S II. 378

Utrum iudici liceat iudicare contra veritatem quam novit , propter ea quæ in contrarium proponuntur .

Sup. quest. lxiv. art. 6. ad 3. & IV. dis. xxvii. quest. 1. art. 2. quest. 4. ad 3. & 3. & quol. v. art. 15. ad 1. •

AD secundum sic proceditur . Videtur quod iudici non liceat iudicare contra veritatem quam novit , propter ea quæ in contrarium proponuntur . Dicitur enim Deut. xviii. 9. *Venios ad sacerdos Levisici generis , & ad iudicem qui fuerit illo tempore , quæresque ab eis , qui indicabunt (3) tibi iudicij veritatem .* Sed quandoque aliqua proponuntur contra veritatem ; sicut cum aliquid per falsos testes probatur . Ergo non licet iudici iudicare secundum ea quæ proponuntur , & probantur

X 2 contra

(1) Colligitur expressis verbis ex illius responsione ad interrogationem nonam Augustini Anglorum Apostoli qui ab eo postulaverat qualiter cum Galliarum ac Britannorum Episcopis gerere se deberet ; ut in Registro epistolarum lib. 12. Indict. 7. ep. 31. videatur est ; non in Commentario super Deuteronomium : Ubi tamen ex illo refert Glossa : Refertur autem in Decretis ; ut reponimus , Causa 6. qu. 3. cap. *Scriptum* .

(2) Nec Spiritum dumtaxat , sed & *Spiritum sanctum* , ut in Vulgata & in græca editione Theodosianis exprimitur : Habetur autem in Vulgata cap. 23. ut ostendatur in hebreo canone non haberi , sed

in Edit. græca Theodosianis cap. 1. ut ostendatur hæc historia contigisse quando Daniel puer erat , sicut etiam hic vocatur : Nec de illius veritate dubitandum est quam & veteres agnoverunt , & Concilium Tridentinum firmavit &c.

(*) Leo quartus nimurum Ludovico Augusto ad purganda crimina coram illo de quibus erat accusatus , ut in Decretis cauf. 2. quest. vii. cap. Non si incompetenter videtur est . *Nicolajus* .

(3) Ut ex græco ἀναγγέλειν & latinis Bibliis emendatis preponi debet ac in Editione Duacensi bene depositum est ; non sicut passim in aliis & manuscripto ipso *judicabunt* .

contra veritatem quam ipse novit.

2. Præterea. Homo in judicando debet divino judicio conformari: quia *Dei iudicium est*, ut dicitur Deute. 1. 17. Sed *judicium Dei est secundum veritatem*, ut dicitur Rom. 11. & Isa. 11. 3. prædictum de Christo: *Non secundum visionem oculorum iudicabis*, (1) *neque secundum auditum aurum argueris: sed iudicabis in justitia pauperes, & argueris in equitate pro mansuetis terre*. Ergo iudex non debet secundum ea quæ coram ipso probantur, sententiam ferre contra ea quæ ipse novit.

3. Præterea. Idcirco in judicio probations requiruntur, ut fides fiat iudicii de rei veritate: unde in his quæ sunt notoria, non requiritur judicialis ordo, secundum illud I. ad Timoth. v. 24. *Quorumdam hominum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium*. Si ergo iudex per se cognoscit veritatem, non debet attendere ad ea quæ probantur, sed sententiam ferre secundum veritatem quam novit.

4. Præterea. Nomen *conscientie* importat applicationem scientiæ ad aliquid agibile, ut in I. habitum (quæst. lxxix. art. 13.) Sed facere contra scientiam est peccatum. Ergo iudex peccat, si sententiam ferat secundum allegata contra conscientiam veritatis quam habet.

Sed contra est quod Ambrosius dicit super Psalterium (sc. super Psal. cxviii. octonar. 20. sect. 5. cir. med.) *Bonus iudex nibil ex arbitrio suo facis; sed secundum leges, & jura pronunias*. (2) Sed hoc est iudicare secundum ea quæ in iudicio proponuntur, & probantur. Ergo iudex debet secundum hujusmodi iudicare, & non secundum proprium arbitrium.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc. & quæst. lx. art. 2. & 6.) iudicare pertinet ad iudicem, secundum quod

fungitur publica potestate: & ideo informari debet in iudicando non secundum id quod ipse novit tamquam privata persona, sed secundum id quod sibi innotescit tamquam persona publicæ.

Hoc autem innotescit sibi & in communi, & in particulari. In communi quidem per leges publicas, vel divinas, vel humanas, contra quas nullas probationes admittere debet; in particulari autem negotio aliquo per instrumenta, & testes, & alia huiusmodi legitima documenta: quæ debet sequi in iudicando magis quam id quod ipse novit tamquam privata persona.

Ex quo tamen ad hoc adjuvari potest ut districtius discutiat probationes inductas, ut possit earum defectum investigare. Quod si eas non possit de jure repellere, debet, sicut dictum est (hic sup.) eas in iudicando sequi.

Ad primum ergo dicendum, quod ideo præmittitur in illis verbis de quæstione iudicibus facienda, (3) ut intelligatur quod iudicare debent judges veritatem secundum ea quæ (*) fuerint sibi proposita.

Ad secundum dicendum, quod Deo competit iudicare secundum propriam potestatem; & ideo in iudicando informatur secundum veritatem, quam ipse cognoscit; (4) non secundum hoc quod ab aliis accipit. Et eadem ratio est de Christo, qui est verus, Deus, & homo. Alii autem judges non iudicant secundum propriam potestatem: & ideo non est similis ratio.

Ad tertium dicendum, quod Apostolus loquitur in casu quando aliquid non solum est manifestum iudicii, sed sibi, & aliis; ita quod reus nullo modo crimen infraiciari potest (ut in notoriis) sed statim ex ipsa evidencia facti convincitur. Si autem sit manifestum iudicii, & non aliis, vel aliis, & non iudicii, tunc est necessaria iudicis discussio. (5) Ad

(1) Vel secundum 70. v. xvi. dñs quæd Hieronymus v. dicit non secundum gloriam, & explicat ideo diuinum quis nullius personam in iudicio scripsit, cum Principes etiam libere increpasse legatur: An non & reddi posuit, non secundum opinionem quod æque gravem dñs importat? Seu secundum apparentiam, quod in sensu Vulgatae redit: Iudæi potro ad ultimum adventum id referunt, sed nos ad pri munus; ait ibidem Hieronymus.

(2) Nicolajus fuerint

(3) Perperam prius Augustini nomine super Psalterium in textu citabatur, sed ad marginem reponeretur Ambrosius: Quidni potius reponendus in textu? Cum in antiquo æque ac moderno Decreto sic notetur ut reponimus, Causa 3. quæst. 7. c. *Judices: Quamvis* huc pertinere quoque potest quod Augusti-

nus lib. de vera Religione cap. 31. ait, & jam indicatum est supra qu. 60. art. 5. argumen. *Sed contra;* Nempe quod in temporalibus legibus cum fuerint instituta atque firmata, non licet iudicari de ipsis iudicari, sed secundum ipsas &c.

(4) Ideo, præmittitur ab illis esse requirendum ut iudicium ferant, quod sine causa discussione non sit.

(5) Ut ex loco jam indicato de vera Religione colligitur ubi proinde incommutabilis illa veritas est omnium artium & ars omnipotens artificis recte dicit notatur.

(6) Juxta illud quod in Decretis Causa 2. quæst. 1. cap. *De manifesta* & in illius appendice habetur: Esti ad iudicium divinum non humanum referri debet quod Apostolus ait.

Ad quantum dicendum, quod homo in his quæ ad propriam personam pertinent, debet informare conscientiam suam ex propria scientia; sed in his, quæ pertinent ad publicam potestatem, debet informare conscientiam suam secundum ea quæ in publico iudicio sciri possunt &c.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Augustino, quod iudex debet semper judicare secundum ea, quæ sibi in iudicio proponuntur. Et de August. quidem patet, ut in *argum. contr. De Scripturis* vero per dictum Deut. 17. in ore duorum, vel trium sicut stabit omne verbum. Ac si aperte judicibus, quos ibi alloquitur, dicat. *Vos* judicabitis secundum allegata, per testesque diligentissime examinatos probata; & tunc vestrum verbum, idest sententia a vobis, ut judicibus, juxta ipsam publicam notitiam prolatam, stabit. Secundo vides quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 379

Utrum iudex possit aliquem condemnare, etiamsi non sit aliquis accusator.

Opus. xix. cap. v. fin.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod iudex possit aliquem judicare, etiam si non sit aliquis accusator. Humana enim iustitia derivatur a iustitia divina. Sed Deus peccatores judicat, etiam si nullus sit accusator. (1) Ergo videtur quod homo possit in iudicio aliquem condemnare, etiam si non adsit accusator.

2. Præterea. Accusator requiritur in iudicio ad hoc quod deferat crimen ad judicem. Sed quandoque potest crimen ad judicem devenire alio modo quam per accusationem,

sicut per denuntiationem, vel per infamiam, vel etiam si ipse iudex videat. Ergo iudex potest aliquem condemnare absque accusatore.

3. Præterea. Facta Sanctorum in Scripturis narrantur, quasi quoddam exemplaria humanae vitæ. Sed Daniel simul fuit accusator & iudex contra iniquos senes, ut patet Dan. xxi. Ergo non est contra iustitiam, si aliquis aliquem condemnnet tamquam iudex, & ipsem sit accusator.

Sed contra est quod I. ad Cor. v. Ambrosius (2) exponens sententiam Apostoli de fornicatore dicit, quod *iudicis non est sine accusatore damnare*: *quia Dominus Judam, cum fuisset fur, quia non est accusatus, minime iubecit*.

Respondeo dicendum, quod iudex est interpres iustitiae. Unde, sicut Philosophus dicit in V. Ethic. (3) *bomines ad judicem con fugiunt sicut ad quandam iustitiam animatam*. Iustitia autem, sicut supra dictum est (quæst. lviii. art. 2.) non est ad seipsum, sed ad alterum. Et ideo oportet quod iudex inter aliquos duos dijudicet: quod quidem fit, cum unus est actor, & aliis est reus.

Ed ideo in criminibus non potest aliquem iudicio condemnare iudex, nisi habeat accusatorem, secundum illud A&L. xxv. 16. *Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, praesentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei objiciuntur.*

Ad primum ergo dicendum, quod Deus in suo iudicio utitur conscientia peccantis, quasi accusatore, secundum illud Rom. 11. 15. (*) *Inter se invicem cogitationum accusantium*, (4) aut etiam defendantium: vel etiam evidenter facti, quantum ad ipsum, secundum illud Genes. 4. 10. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.*

Ad secundum dicendum, quod publica infamia habet locum accusatoris. Unde super illud Gen. 4. *Vox sanguinis fratris tui* &c. dicit Glossa (interl.) (5), *Evidentia per-*

(1) *Præter ipsam conscientiam ejus qui iudicatur, ut colligitur ex cap. 2. ad Romanos versi 15. ubi dicuntur gentes offendere opus legis scriptum in coribus suis, testimonium reddente illis conscientias ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusansibus in die cum judicabit Deus, &c.*

(2) *Cujus nomine in Decretis refertur Causa 2. quæst. 1. c. De manifesta quod est Stephani sexti, §. Judicis: Etsi suppositiū Commentatoris potius est qui & in Glossa solet Ambroshaster appellari.*

(3) *Non sicut prius ad marginem cap. 4. sed cap. 7. græco lat. vel in antiquis cap. 6. & apud S. Thomam lect. 6. ubi *sus* quoddam animatum (τὸ δι-*

κατον τοῦδε) appellatur, quod perinde est ac animata iustitia.

(*) *Vulgata: inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus.*

(4) *Vel cogitationibus accusantibus ut jam supra: Est enim græce genitivus pro ablativo; sicut & ibi notat S. Thomas.*

(5) *Tum in modernis tum in veteribus Exemplaribus manuscriptis nullo nomine prænotata, sed ex libro 2. Ambrosii de Abel & Cain cap. 9. colligi potest, ubi suse ac eleganter hanc profequitur: *Tuum te facinus, inquit, non frater accusat &c.**

petrati sceleris accusatore non eget . „ In denuntiatione vero , sicut supra dictum est (quæst. xxxiiii. art. 7.) non intenditur punitio peccantis , sed emendatio : & ideo nihil agitur contra eum cuius peccatum denuntiatur , sed pro eo : & ideo non est ibi necessarius accusator . Poena autem infertur propter rebellionem ad Ecclesiam , quæ quia est manifesta , tenet locum accusatoris . Ex eo autem quod ipse judex vider , non potest procedere ad sententiam ferendam , nisi secundum ordinem publici judicij , quod tenet locum accusatoris .

Ad tertium dicendum , quod Deus in suo judicio procedit ex propria notitia veritatis , non autem homo , ut supra dictum est (art. præc.) & ideo homo non potest simul esse accusator , & testis , & judex , sicut Deus . Daniel autem accusator fuit simul , & judex , quasi divini judicij executor , cuius instinctu movebatur , ut dictum est (art. 1. hujus quæst. ad 1.)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a scripturis insinuatum , & Ambrosio , quod judex sine accusatore non debet condemnare aliquem . A Divo Ambros. quidem , ut in arg. contr. A scripturis vero per dictum Act. 25. ut in corp. fin. Item per hoc , quod Dominus non depositus Judam a dignitate Apostolica , neque exclusit , quantum in se fuit , a communiione sacramenti sacramentorum , 3. q. 81. ar. 2. neque a collatione ordinis sacerdotalis , 3. q. 82. ar. 1. corp. per ly ponitur in gradu eorum ; quibus dictum est a Domino ; Hoc facite in meam commemorationem , & hoc , quia non fuit pro malefactis ejus sibi ab accusatore externo delatus . Vide circa hoc pulchram rationem D. Thom. 3. q. 81. ar. 2. corp. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 380

Utrum judex licite possit poenam relaxare .

III. P. quæst. xlvi. art. 2. ad 3. & I. dist. xlili. quæst. II. art. 2. ad 5. & IV. dist. xlvi. quæst. I. art. 2. quæst. 2. & quæst. II. art. 1. & quæst. III. art. 1.

AD quartum sic proceditur . Videatur quod judex licite possit poenam relaxare . Dicitur enim Jacobi 11. 13. *Judicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam* . Sed nullus punitur propter hoc , quod non facit illud , quod licite facere non potest . Ergo quilibet judex potest licite misericordiam facere , relaxando poenam .

2. Præterea . Judicium humanum debet imitari judicium divinum . Sed Deus poenitentibus relaxat poenam : quia non vult monsem peccatoris , ut dicitur Ezech. xviii. (1) Ergo etiam homo judex potest poenitenti licite relaxare poenam .

3. Præterea . Unicuique licet facere quod alicui prodest , & nulli nocet . Sed absolvere reum a poena prodest ei , & nulli nocet . Ergo judex licite potest reum a poena absolvere .

Sed contra est quod dicitur Deut. xiiii. 8. de eo qui persuadet servire diis alienis : *Non parcat ei oculus tuus , ut miserearis , & occutes eum , sed statim interficies eum* : & de homicida dicitur Deut. xix. 12. *Morietur , nec misereberis ejus* .

Respondeo dicendum , quod , sicut ex dictis patet (art. 2. & 3. præc.) duo sunt , quantum ad propositum pertinet , circa judicem consideranda ; quorum unum est quod ipse habet judicare inter accusatorem , & reum ; aliud autem est quod ipse non fert judicij sententiam , quasi ex propria , sed quasi ex publica potestate .

Duplici ergo ratione impeditur judex reum a poena absolvere possit . Primo quidem ex parte accusatoris , ad cuius jus quandoque pertinet ut reus puniatur ; puta propter aliquam injuriam in ipsum commissam , cuius

(1) Sive paulo aliter vers. 23. *Nunquid voluntatis mea est mors impiorum?* Vel apud 70. *Nunquid voluntate vestra volam mortem iniusti?* (τὸ ἀρνεῖσθαι) Et utroque vers. 32. vel. ult. *Nolo mortem morientis:* *Reversimini & vivas:* Sed expressius Ezechiel. 33. vers.

11. *Vivo ego , dicit Dominus : Nolo morem impiorum , sed ut convertatur a via sua & vivat :* Ubi etiam 70. legunt αὐτοῦ seu *impium* : In Officio autem Ecclesiæ pro Dominica 1. Quadrag. inde mutatis verbis usurpatur , *Dixisti , nolo mortem peccatoris &c.*

cujuſ relaxatio non eſt in arbitrio alicujus judicis, quia quilibet judeſ tenetur jū ſuum reddere unicuique. Alio modo impeditur ex parte reipublicæ, cujuſ potestate fungitur; ad cujuſ bonum pertinet quod malefactores puniantur.

Sed tamen quantum ad hoc, diſſert inter inferiores judeces, & ſupremum judecēm, ſcīlīcēt Principem, cui eſt plenarie potestas publica commiſſa. Judeſ enim inferior non habet potestatē abſolvendi reum a poena contra leges a ſuperiore ſibi impositas. Unde ſuper illud Joan. xix. *Non haberes adverſum me potestatē ullam*, dicit Auguſtinus (tract. cxvi. parum a med.) (1) „ Talem Deus deſerat Pilato potestatē, ut eſſet ſub „ Cæſaris potestatē, ne ei omnino liberum „ eſſet accuſatum abſolvere. „ Sed Princeps qui habet plenariam potestatē in republica, ſi ille qui paſſus eſt injuriā, velit eam remittere, poterit reum licite abſolvere, ſi hoc publice utilitati viderit non eſſe nocivum.

Ad primum ergo dicendum, quod misericordia judecīs habet locum in hiſ quæ arbitrio judecīs relinquentur; in quibus boni vi‐ ri eſt ut ſit diminutivus poenarum, ſicut Philoſophus dicit in V. Ethic. (cap. x. circ. fin.) In hiſ autem quæ ſunt determinata ſecundum legem divinam, vel humana‐ nam, non eſt ſuum: miſericordiam facere.

Ad ſecundum dicendum, quod Deus habet ſupremam potestatē judecandi; & ad iſum pertinet quidquid contra aliquem peccatur: & ideo liberum ei eſt poenam remittere; p̄cipue cum peccato ex hoc poena maxime debeatur quod eſt contra iſum. Non tamen remittit poenam, niſi ſecundum quod decet ſuam bonitatem, quæ eſt omnium legum radix.

Ad tertium dicendum, quod judeſ, ſi inordinate poenam remitteret, noſumentum inſerret communitatī; cui expedit ut maleſi-

cia puniantur, ad hoc quod peccata vien‐ tur: unde Deut. xiiii. 11. poſt poenam ſeductoris (2) ſubditur: *Ut omnis Iſrael audiens timeat, & nequaquam ultra faciat quippiam bujus rei simile.* Noceret etiam perlonæ cui eſt illata injuria; quæ recompensationem ac‐ cipit per quamdam reſtitutionem honoris in poena injuriantis.

APPENDIX.

Ex art. habes primo: quomodo per rati‐ nem tum directam, tum indirectam, (quæ ſint hæc, quæ & ſemper in appendici‐ bus ſubintelliguntur, alibi expositum fuit) & ostendas, & in recto ſenſu intelligas, merito fuiffe a scripturis inſinuatum, quod non licet judeſ relaxare poenam reo, ut a Deut. 13. 19. Secundum quod recitatūr in argumen‐ to contrario. Ac ſi ibi per ly non miſereberis ejus, dictum ſit: Non erit in potestate tua relaxare iſtam poenam taxatam reo illi, quam‐ vis interiori miſeratione erga illum poena iſpa puniendum te pro humanitate moveri, ego non probibeam. Item per hoc, quod dicitur Eccles. 8. *Quia non cito profertur con‐ tra malos ſententia, abſque timore ullo filii hominum perpetravit mala.* Ubi & vituperan‐ tur judeces poenam reis debitam relaxantes, & vituperationis talis ratio adducitur, quia ſcīlīcēt abſque fræno multiplicantur facinora. Et ſumitur ly cito pro tempore opportune debito. Item per dictum Ezechiel. 13. *Vivi‐ ficabant animas, que non vivunt.* hoc eſt, abſolvebant a poena reos, qui non debebant abſolvi, & per confequens illicite abſolvebat. Unde B. Greg. id ſic exponit, ut recitatūr 11. q. 3. cap. plerumque. *Non victurum vi‐ vivicare nititur, qui reum suppicio ſolvere conatur.* Hæc ibi; de judecībus confelliariis, quæ per locum a ſimili ad alios judeces ex‐ tenduntur. Secundo vides: quomodo &c.

QUÆ-

(1) Paulo plenius quam hic; ubi non omni mo‐ do liberum ei fuiffe dicit, quaſi liberum quidem eſt, ſed non plene liberum; unde peccavit quidem ſed levius quam Judas & Judæi, ut inde inferi Auguſtinus & ex Evangelio colligitur. Appendix autem Philoſophi ad i. ex cap. 14. græco-lat. vel cap. 16. in antiquis, non ſicut prius ex cap. 10. deſumpta eſt.

(2) Non ſeductoris qualifcunq; ſed ejus, qui alios ad cultum Dei relinquentum alienoſque deos adorandoſ inducit, ut ſuperius notatum eſt argum. *Sed contra:* Etsi proportione quadam de quilibet peccato in injuriā Dei vel proximi commiſſo dici potest. Hinc in Decretis cauſa 23. qu. 5. cap. Non

fruſtra: ex epift. 54. Auguſtinī: *Non fruſtra ſunt iſtituta potefas Regis & Cognitoris jūs, unguia carnificis, arma militis, disciplina dominantis: Ha‐ bent omnia iſta modis fuos, cauſas, rationes, utili‐ tates: Hec enim cum timentur, & mali coercentur & quietius inter malos vivunt boni:* Et cap. Sunt quædam ex Aymone in epift. ad Romanos cap. 13. *Sunt quædam enormia flagitia que per mundi Jadi‐ ces vindicantur: Nec sine cauſa gladium portant qui talia ſcelera dijudicant: Sunt enim conſtituti maxi‐ me propter latrones, homicidas, raptoreſ, ut & il‐ los damnent, & alios ſuo timore compescant.*

Q U E S T I O L X V I I I .

*De pertinensibus ad injustam
accusationem,
in quatuor articulos divisa.*

Postea considerandum est de his quæ pertinent ad injustam accusationem: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum homo accusare teneatur.

Secundo, utrum accusatio sit facienda in scriptis.

Tertio, quomodo accusatio sit vitiosa.

Quarto, qualiter male accusantes sint puniendi.

A R T I C U L U S I . 381

Utrum homo teneatur ad accusandum.

AD primum sic proceditur. Videtur quod homo non teneatur ad accusandum. Nullus enim excusat ab impletione divini præcepti propter peccatum: quia jam ex suo peccato commodum reportaret. Sed aliqui propter peccatum redduntur inhabiles ad accusandum, sicut excommunicati, infames. & illi qui sunt de majoribus criminibus accusati, prius quam innoxii demonstrentur. Ergo homo non tenetur ex præcepto divino ad accusandum.

2. Præterea. Omne debitum ex caritate dependet, quæ est finis præcepti: unde dicitur Rom. xiiii. 8. *Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis.* Sed illud quod est caritatis, homo debet omnibus majoribus, & minoribus, subditis, & prælatis. Cum ergo subditi non debeant prælatos accusare, nec minores suos maiores, ut per plura capitula probatur (causa 11. quest. vii.) videtur quod nullus ex debito teneatur accusare.

3. Præterea. Nullus tenetur contra fidelitatem agere, quam debet amico: quia non debet alteri facere quod sibi non vult fieri. Sed accusare aliquem quandoque est contra fidelitatem, quam quis debet amico: dicitur enim Prov. xi. 13. *Qui ambulas fraudulen-*

ter, revelat arcana; qui autem fidelis est, (1) celat amici commissum. Ergo homo non tenetur ad accusandum.

Sed contra est quod dicitur Levit. v. 1. *Si peccaveris anima, & audierit vocem jurantis, testisque fuerit quod ait ipse vidit, aut conscius est, nisi indicaverit, portabit iniuriam suam.*

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. xxxiiii. art. 6. & 7. & quest. præc. art. 3. ad 2.) hæc est differentia inter denuntiationem, & accusationem, quia in denuntiatione attenditur emendatio fratri, in accusatione autem attenditur punitio criminis. Pœnæ autem præsentis vita non per se expetuntur, quia non est hic ultimum retributionis tempus; sed iam quantum sunt medicinales, conferentes vel ad emendationem personæ peccantis, vel ad bonum reipublicæ, cujus quies procuratur per punitionem peccantium: (2) quorum primum intenditur in denuntiatione, ut dictum est (quest. xxxiiii. art. 7.) secundum autem proprie pertinet ad accusationem.

Et ideo si crimen fuerit tale, quod vergat in detrimentum reipublicæ, tenetur homo ad accusationem; dummodo sufficienter posfit probare, quod pertinet ad officium accusatoris; puta cum peccatum aliquid vergit in multitudinis corruptelam corporalem, seu spiritualem. Si autem non fuerit tale peccatum quod in multitudinem redundet, vel etiam si sufficientem probationem adhibere non posfit, non tenetur ad intentandam accusationem: quia ad hoc nullus tenetur quod non potest debito modo perficere.

Ad primum ergo dicendum, quod nihil prohibet, per peccatum reddi aliquem impotentem ad ea quæ homines facere tenentur; sicut ad merendum vitam æternam, & ad assumendum ecclesiastica sacramenta. Nec tamen ex hoc homo reportat commodum; qui nimmo deficere ab eis, quæ tenetur facere, est gravissima pœna, quia virtuosi actus sunt quædam hominis perfectiones.

Ad secundum dicendum, quod subditi prælatos suos accusare prohibentur, qui non affectione caritatis, sed sua pravitate vitam eorum diffamare, & reprehendere querunt: vel etiam

(1) Vel sicut nunc in textu emendato habetur qui fidelis est animi vers. xiii. sive apud 70. qui fidelis est spiritus (τισέπνεος) celat res &c.

(2) Juxta illud quod paulo supra ex Augustino epist. 54. notatum est: ut & quod in Decretis eadem causa & questione, cap. Non est, ex ejus lib.

19. de civit. Dei cap. 16. sic refertur: *Non est innocentie parcendo sinere ut in gravius malum incidatur: Pertinet ergo ad innocentis effectum non solum nemini malum inferre, verum etiam cobibere a peccato vel punire peccatum; ut aut ipse qui plectitur, corrigeatur experimento, aut alii terreatur exemplo.*

etiam si subditii accusare volentes fuerint criminosi, ut habetur 11. quæst. vii. (cap. Clericis, & seq.) alioquin si fuerint alias idonei ad accusandum, licet subditis ex caritate suos prælatos accusare. (1)

Ad tertium dicendum, quod revelare secreta in malum personæ, est contra fidelitatem; non autem si revelentur propter bonum commune, quod semper preferendum est bono privato. Et ideo contra bonum commune nullum sectetum licet recipere. Nec tamen omnino est secretum quod per sufficietes testes potest probari.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem destruas errorem *Stablerorum* dicentium, quod Christianis non licet accusare in judicio. Et *Pauperum de Lugduno* (ut refert summa fratri *Iconeti*. 5. part. capit. 2. in *Bibliotheca Vaticana manuscripta*) dicentium: quod prodere hæreticum, est crimen inexpiable in Spiritum sanctum. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas: præmissum errorem merito damnari a Joseph per factum suum Genes. 37. quo *accusavit fratres suos crimen pessimo*. Quod tamen non erat tam grave, sicut est hæresis. Item a Levit. 5. us in argumento contr. Item merito damnari a *Sorbona* (teste *Staphylo*, quem refert Gabriel *Prateolus in tit. Stableri*) errorem *Stablerorum*. Item a *Veritatibus aureis* super legem veterem, *Levit.* 13. concl. 10. Tertio vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur vicissim angelica doctrina præsens, & confirmetur,

Summ. S. Tb. Tom. VII.

ARTICULUS II. 382

Utrum sit necessarium accusationem in scriptis fieri.

IV. dist. xix. quæst. 11. art. 3. quæst. 1. ad 4.
& dist. xxxv. art. 3. ad 6. & qual. xxi.
art. 13. cor.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod non sit necessarium accusationem in scriptis fieri. Scriptura enim adinventa est ad subveniendum humanæ memoriarum circa præterita. Sed accusatio in præsenti agitur. Ergo accusatio scriptura non indiget.

2. Præterea. 11. quæst. viii. (cap. Per scripta) (2) dicitur: *Nullus absens accusare potest, nec ab aliquo accusari*. Sed scriptura ad hoc videtur esse utilis, ut absentibus aliquid significetur, ut patet per Augustinum X. de Trinit. (cap. 1. aliquant. a princ.) Ergo in accusatione non est necessaria scriptura; præsertim cum canon (3) dicat, quod *per scripta nullius accusatio suscipiatur*.

3. Præterea. Sicut crimen alicujus manifestatur per accusationem, ita per denuntiationem. Sed in denuntiatione non est scriptura necessaria. Ergo videtur quod neque etiam in accusatione.

Sed contra est quod dicitur 11. quæst. viii. (cap. 1.) *Accusatorum persona sine scripto numquam recipiantur*. (4)

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. præced. art. 3.) quando in criminibus per modum accusationis agitur, accusator constituitur pars; ita quod *judex inter accusatorem, & eum qui accusatur, medius constituitur ad examen justitiae*; in quo oportet, quantum possibile est, secundum certitudinem procedere. Quia vero ea quæ verbo tenus dicuntur, facile labuntur a memoria, non posset judicari esse

Y

(1) Ut ex eadem causa & qu. cap. *Accusatio* colligitur; quod etiæ *Anacleti ad Episcopos Italie* notatur, *Eusebii* tamen est epist. 1. Præter caput *Quærendum ex Calixto*, ut & caput *Presumens ex Augustino* &c.

(2) Scilicet in *Decretis* causa 1. quæst. 8. cap. *Per scripta*, quod est *Stephani Papæ primi epist. 2. cap. 4.*

(3) Idem qui mox indicatus est; & incipit ab istis verbis ac ad predicta terminatur, quod *nullus absens aus accusari potest aus accusare*.

(4) Ex *Calixto ad Episcopos Gallie*, ut ibidem notatur epistola 2. etiæ additur ad marginem quod &

*Stephanus epistola 2. Id habeat cap. 11. Hinc ex Eusebiano Papa. Quisquis in eadem ut supra causa & questione: *Quisquis crimen incendit, in judicium veniat, nomen rei indicet* (hoc est ejus qui accusatur) *vinculum inscriptionis arripiatis* (vel accipiat) *hoc est scripto se ad probandam accusationem affringat & obliget*: Itemque causa 4. & quæst. 4. cap. *Nullus ex Damaso epist. 3. Inscriptio semper fiat ut talionem calumniator recipiat*: Et Extra de accusationibus cap. *Qualiter ex Innocentio 3. in Concilio Lateranensi quod criminalis accusatio nisi legitimata procedat inscriptio, nullatenus admittatur*.*

esse certum , quid , & qualiter dictum sit , eam debet proferre sententiam , nisi esset in scriptis redactum .

Et ideo rationabiliter institutum est ut accusatio , sicut & alia que in judicio aguntur , redigatur in scriptis .

Ad primum ergo dicendum , quod difficile est singula verba propter eorum multitudinem , & varietatem retinere : cuius signum est quod multi eadem verba audientes (*) si interrogarentur , non referrent ea similiter , etiam post modicum tempus . Et cum modica verborum differentia sensum variet , ideo etiam post modicum debeat judicis sententia promulgari , expedit tamen ad certitudinem judicii quod accusatio redigatur in scriptis .

Ad secundum dicendum , quod scriptura non solum necessaria est propter absentiam personarum que significat , vel cui est aliquid significandum , sed etiam propter dilationem temporis , ut dictum est (in solut . præc .) Et ideo cum dicit canon , Per scripta nullius accusatio suscipiatur , intelligendum est de absente (**) qui per scripta accusationem mittat ; non tamen excluditur quin cum praesens fuerit , necessaria sit scriptura . (1)

Ad tertium dicendum , quod denuntiator non obligat se ad probandum : unde nec puniatur , si probare nequiverit . Et propter hoc in denuntiatione non est necessaria scriptura ; sed sufficit , si aliquis verbo denuntiet Ecclesiam , que ex officio suo procedet ad stratis emendationem .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem ostendas merito insinuatum fuisse a scripturis , & Canone ; quod accusatio deber fieri in scriptis . Et de Canone quidem patet in argum . conv . Nec huic obstat adductus Canon in argum . 2 . ut per responsonem textualem ad sensum illius patet , ibi correspondenter . A scripturis autem insinuantur per hoc ,

quod mandatur a Domino Moysi Deus . 37 . ut in scriptis redigat caoticum , quod loco testis futurum erat contra Israelem , tanquam in judicio temporibus venturis pro malefactis suis a judice reprehendendam . Respondetis (inquit) ei canicum istud pro testimonio . Et infra . Ut sit ibi in lacero arca fæderis Domini contra te in testimonium . Item per dictum Daniel . 7 . Judicium sedis , & libri aperti sunt . Nam in his libris scriptæ sunt accusations judicandorum , juxta illud Rom . 2 . Testimonium reddente conscientia ipsorum , & inter se invicem cogitationum accusacionem , non etiam defendantium in die , quo judicabit Deus , &c . Item per dictum Apoc . 20 . Vidi mortuos parvus , & magnos stantes in conspectu troni , & libri aperti sunt , & iudicati sans mortis ex his , qua scriptæ erant in libris . Ecce forma judiciorum omnium accusations in scriptis requirens . Secundo vides : quomodo ex iis bene pensatis , & applicatis vicissima angelica doctrina hæc declaretur , &c .

A R T I C U L U S III . 383

Utrum accusatio reddatur injusta propter calumniam , prævaricationem , & tergiversationem .

AD tertium sic proceditur . Videtur quod accusatio non reddatur injusta propter calumniam , prævaricationem , & tergiversationem . Quia , sicut dicitur xx . (a) quæst . 3 . (in append . Grat . post cap . VIII .) calumniari est falsa crimina intendere . Sed quandoque aliquis alteri falsum crimen objicit ex ignorantia facti , que excusat . Ergo videtur quod non semper reddatur injusta accusatio , si sit calumniosa .

2 . Præterea . Ibidem dicitur , quod prævaricari est vera crimina abscondere . Sed hoc non videtur esse illicitum : quia homo non tenetur ad omnia crimina detegenda , ut supra dictum est (art . 4 . hujus quæst . & quæst .

xxxiii .

(*) Ita cum miss . edit . omnes post Nicolajum : tam coddices Tarrac . & Alcan . habent & interrogantur , non referunt . Editio Rom . aliisque veteres : si interrogantur , non referent ea . Similiter etiam cum modica verborum differentia &c . Nicolajus : non referent ea similiter post modicum tempus .

(**) Ita ex codicibus Theologi & Nicolajus . In cod . Alcan . legit Madalena ab absente qui peremptam (ut est in edit . Rom .) vel præsumptam accusationem mittat . Edit . Patav . qui per epistolam .

(1) Hinc simul in eodem Canone duo illa jungun-

tur , quod per scripta suscipi non debeat accusatio , & quod nullius debeat ab aliquo absente accusari ; ut ostendatur de illis intelligi qui per epistolas accusant , nec se praesentes ad accusandum sistunt .

(2) Supple Causa ut supra , et si non in Decreti textu , sed solummodo in appendice Gratiani post caput . Si quem § . Notandum : Quia tamen in veteribus manuscriptis confundebatur textus cum ipsis appendicibus ac eodem tenore necabantur , usurpat quam à textum quod appendix tantum est , S . Thomas .

xxxiiii. art. 7.) Ergo videtur quod accusatio non redditur injusta ex prævaricatione.

3. Præterea. Sicut ibidem dicitur, *tergiversari est in universum ab accusatione desistere*. Sed hoc absque iniustitia fieri potest: dicitur enim ibidem (cap. viii. caus. ii. quest. iii.) *Si quem paenituerit criminaliter accusationem, & inscripsionem fecisse de eo quod probare non posuerit, si cum accusato innocentem convenerit, invicem se absolvant.* (i) Ergo accusatio non redditur injusta per tergivationem.

Sed contra est quod ibidem dicitur (in appendice ad cap. cit.) *Accusatorum temeritas tribus modis derogatur: aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiversantur.*

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. i. hujus quest.) accusatio ordinatur ad bonum commune, quod intenditur per cognitionem criminis. Nullus autem debet nocere alicui injuste, ut bonum commune promoteat. Et ideo in accusatione duplicitate ratione contingit esse peccatum. Uno modo ex eo quod aliquis injuste agit contra eum qui accusatur, crimina falsa ei imponendo; quod est calumniari.

Alio modo ex parte reipublicæ, cuius bonum principaliter intenditur in accusatione, dum aliquis impedit malitiose punitionem peccati. Quod iterum duplicitate contingit. Uno modo fraudem in accusatione adhibendo; & hoc pertinet ad prævaricationem: nam *prævaricator* dicitur quasi *uaticator*, qui adversam partem adjuvat, prodata cœnula sua. Alio modo totaliter ab accusatione desistendo; quod est tergiversari: in hoc enim quod desistit ab hoc quod cœperat, quasi tergum vertere videtur.

Ad primum ergo dicendum, quod homo non debet ad accusationem procedere nisi de re omnino sibi certa, in qua ignorantia facti docum non habeat: nec tamen qui falsum accidens alicui imponit, calumniatur, sed so-

lum qui ex malitia in falsam accusationem prorumpit. (2) Contingit enim quandoque ex animi levitate ad accusationem procedere, quia scilicet aliquis nimis faciliter credit quod audivit: & hoc temeritatis est. Aliquando autem ex justo errore movetur aliquis ad accusandum. Quæ omnia secundum prudentiam judicis debent discerni, (*) ut non pronuntiet eum calumniatam fuisse qui ex levitate animi, vel ex justo errore in falsam accusationem prorupit.

Ad secundum dicendum, quod non quicunque abscondit vera crimina, prævaricatur; sed solum qui fraudulenter abscondit ea de quibus accusationem proponit, colludens cum reo, proprias probationes dissimulando, & falsas excusationes admittendo.

Ad tertium dicendum, quod tergiversari est ab accusatione desistere omnino, anima accusandi deponendo, non qualitercumque, sed inordinate. Contingit autem aliquem ab accusatione desistere ordinatae absque vitio, duplicitate. Uno modo in ipso accusationis processu, si cognoverit esse falsum id de quo accusavit: & sic pari consensu se absolvunt accusator, & reus. Alio modo, si Princeps, ad quem pertinet cura boni communis, quod per accusationem intenditur, accusationem aboleverit (**).

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & canonibus, quod accusatio redditur injusta ex temeritate. A Canonibus quidem, ut *paces in arg. conser.* A scripturis vero: ut *Act. 22. 23.* & *speciatim in ca. 24.* ibi namque vituperabiliter Judæos accusatores Pauli fuisse multipliciter ostenditur, & hoc propter variam eorum teneritatem. Ex quibus locis patet, quod ideo Judæorum predicatorum accusatio reddebatur, ut legenti, &c

Y 2 pen-

(1) Id est alter ab alterius prosequenda vindicta invicem se immunes habeant, quasi accusatio non sit intentata: Hac autem verba sunt in ipso Canonis textu seorsim ab aliis, quam ut ibidem dicta præmixtuntur in superioribus argumentis, vel mox argumento. *Sed contra subjunguntur.* Ex libro porro Capitularium cap. 175. prænotatur Canonis textus, & ad marginem indicatur codex Theodosii lit. 9. tit. 37. cap. 1. Sed cetera ex lib. 48. Digestorum tit. de abolitionibus criminum leg. 1. dicuntur sumpta esse, ad junxiturque ad marginem tit. 16. ad Segatus consulatum Turpilianum.

(2) Sic enim in predicto Canone vel illius ap-

pendice post verba jam notata: *Sed non usque qui non probas quod intendit, protinus calumniari videatur: Nam ejus rei inquisitio arbitrio cognoscensis committitur qui reo absoluto de accusatoris incipit consilio querere qua mente ductus ad accusationem proficerit: Esti quidem justum ejus errorum reperire, absolvit eum: Si vero in evidenti calunnia eum depribendit, legitimam panam ei irrogat: imo etiam infra. Temeritas & inconsultus calor calunniae vitiates &c.*

(*) Ita post Garciam editi passim. Codices ut non prorumpat.

(**) Absolverit. Nicol. alieq. Edit.

penetranti constat , iusta . Secundo vides : quomodo , &c.

A R T I C U L U S IV. 384

Urum accusator qui in probatione defecrit, teneatur ad paenam talionis.

IV. dist. xl. art. 5. quæst. 2. ad 1. Et quod. xi. quod. 13. corp.

AD quartum sic proceditur . Videtur quod accusator qui in probatione defecrit , non teneatur ad paenam talionis . Contingit enim quandoque aliquem ex justo errore ad accusationem procedere : in quo casu judex accusatorem absolvit , ut dicitur 11. quæst. 111. (1) Non ergo accusator qui in probatione defecrit , tenetur ad paenam talionis .

2. Præterea . Si poena talionis ei qui in juste accusat , sit injungenda , hoc erit propter injuriam in aliquem commissam . Sed non propter injuriam commissam in personam accusati , quia sic Princeps non posset hanc paenam remittere : nec etiam propter injuriam illatam in re publicam , quia sic accusatus non posset eum absolvere . Ergo poena talionis non debetur ei qui in accusatione defecrit .

3. Præterea . Eadem peccato non debetur duplex pena , secundum illud Nahum 1. *Non judicabit Deus bis in idipsum* (2). Sed ille qui in probatione deficit , incurrit paenam infamie , quam etiam Papa non videtur posse remittere , secundum illud Gelasii Papæ (id hab. Callistus II. epist. 11. cap. v. to. 1. Concil. vid. append. Grat. ad cap. Euphemium , 11. quæst. 111. *Quanquam animas per penitentiam salvare possimus, infamiam tamen abdere non possimus* . Non ergo tenetur ad paenam talionis .

Sed contra est quod Hadrianus I. Papa di-

cit (in Capitulari cap. 111. to. 6. Concil. & hab. cap. 111. quæst. 111.) *Qui non probaverit quod objecit, paenam quam invenit, ipse patiarur.*

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. 2. hujus quæst.) accusator in causa accusationis constituitur pars , intendens ad paenam accusati . Ad judicem autem pertinet ut inter eos justitia æqualitatem constituat . Justitia autem æqualitas hoc requirit ut documentum quod quis alteri intentat , ipse patiarur , secundum illud Exod. 21. 24. *Oculum pro oculo , dentem pro dente* . Et ideo iustum est ut ille qui per accusationem aliquem in periculum gravis poena inducit , ipse etiam similem paenam patiarur .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut Philosophus dicit in V. Ethic. (cap. v. a princ.) *injustitia non semper competit contrappassum* simpliciter : quia multum differt an aliquis voluntarie , vel involuntarie alium ledat . Voluntario autem debetur poena , sed involuntario debetur venia . Et ideo quando judex cognoverit aliquem de falso accusasse , non voluntate nocendi , sed involuntarie propter ignorantiam ex justo errore , non imponit paenam talionis .

Ad secundum dicendum , quod ille qui male accusat , peccat & contra personam accusati , & contra rem publicam : unde propter utrumque punitur . Et hoc est quod dicitur Deut. 24. 18. *Cumque diligentissime perscrutantes invenerint, falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitaverit* : quod pertinet ad injuriam personæ . Et postea , quantum ad injuriam re publicæ , subditur : *Et auferes malum de medio tui, ut audientes ceteri timorem habeam* , & nequaquam talia audeant facere . Specialiter tamen personæ accusari facit injuriam , si de falso accusset . Et ideo accusatus , si innocens fuerit , potest ei injuriam suam

(1) Loco nempe proxime indicato , ubi hoc ipsius verbis que pronuntiat Judex , manifestari subiungitur . Nam si quidem ita pronuntiaveris : Non probarri , peperitis ei : *Sin autem pronuntiaveris* , Calumnias es , condemnavisti eum &c.

(2) Sive non vindicabit , ut apud 70. legendum est ex græco *Proclus* ubi vulgata legit verf. 9. Non converget duplex tribulatio : Sed quod ex Gelasio subiungitur , sicut & Gratianus in appendice capituli Euphemium praedita Causa & questione abisque indice referit , nec apud Gelasium occurrit , ex Calixto . potius epistola 2. desumptum est , indeque Ivo refert paulo aliis verbis parte 9. cap. 23. Ubi de raptori bus , incestuosis , & seniores vel Prelatos impotentiu-

bus , *Ipsam infamiam qua fave aspergi , delere non possimus* (inquit) *sed animas eorum per paenitentiam sanare cupimus* &c. Sequens autem appendix Adriani ex ejus capitulo 52. prænotatur eadem causa & questione cap. *Qui non probaverit* : Cui adiungendum caput *Calumniator* quod ex Damaso præmittitur ibidem , ut *si calumniator in accusatione defecrit, talionem recipiat* : Dicitur potro Latinorum usu *Talio* idem quod apud Græcos *arrestoribus* vel *contrappassum* appellatur , quasi *sale pro tali* vel *pari redditum* (*δι' οὐσίαν αὐστρίαν*) ac in malam potius partem Jura usurpant , ut & Plinius lib. 7. cap. 54. & Gellius lib. 20. cap. 1. usurpavit : Hinc & reuersores ab eodem ibidem usurpatum pro *pari redde*.

Q U A E S T I O L X I X .

*De peccatis que sunt contra justitiam ex parte Rei,
in quatuor articulos divisa.*

DEinde considerandum est de peccatis quæ sunt contra justitiam ex parte Rei: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo , utrum peccet aliquis mortaliter , veritatem negando , per quam condemnatur .

Secundo , utrum licet alicui se calumniose defendere .

Tertio , utrum licet alicui judicium subterfugere appellando .

Quarto , utrum licet alicui condemnato per violentiam se defendere , si adsit facultas .

A R T I C U L U S I . 385

Utrum absque peccato mortali possit accusatus veritatem negare , per quam condemnaretur.

*IV. dist. XVII. quest. III. art. I. quest. 2. ad.
I. & 3. & dist. XIX. quest. I. art. 3. quest.
I. ad 5. & quest. 2. corp.*

AD primum sic proceditur . Videtur quod absque peccato mortali possit accusatus veritatem negare , per quam condemnaretur Dicit enim Chrysostomus (hom. xxxi. sup. ep. ad Hebr. a med.) *Non tibi dico ut te prodas in publicum , neque apud alium accuses* . Sed si veritatem confiteretur in judicio accusatus seipsum proderet , & accusaret . Non ergo tenetur veritatem dicere : & ita non peccat mortaliter , si in judicio mentiatur .

2. Præterea . Sicut mendacium officiosum est quando aliquis mentitur , ut alium a morte liberet ; ita mendacium officiosum esse videtur quando aliquis mentitur ut se liberet a mor-

(*) Ita cum mss. plurimis editiones omnes præter Passav. an. 1712. que habet nocentis . In cod. Alcan. obfuscæ scribitur , ut legi possit confusionem , vel confutacionem . Theologi ex suis codicibus banc lectionem conjectant . Si vero ab accusatione innocentis desistat propter aliquam confusionem , potest ei remitti ab eo qui accusatur . Si vero ab accusatione nocentis desistat propter aliquam collusionem &c.

(1) Ut supponitur supra ex Gratiano , vel potius Calixtus Papa , sicut reposimus ex Ivone , ac tomo I. Conciliorum inter epistolæ Calixti videre est . Posse autem aliquam infamiam per Papam aboliri , scilicet illam quam Clerici propter ecclesiasticas causas contrahunt , infert ibidem Gratianus ex Gregorii verbis cap. *Euphemismus* quæ lib. 4. epist. 51. plenius referuntur .

a morte : quia plus sibi tenetur quam alteri
(1) Mendacium autem officium non ponitur esse peccatum mortale , sed veniale . Ergo si accusatus veritatem in iudicio neget , ut se a morte liberet , non peccat mortaliter .

3. Præterea . Omne peccatum mortale est contra caritatem , ut supra dictum est (quæst . xxiv. art. 12.) Sed quod accusatus mentiatur , excusando se a peccato sibi imposito , (2) non contrariatur caritati neque quantum ad dilectionem Dei , neque quantum ad dilectionem proximi . Ergo hujusmodi mendacium non est peccatum mortale .

Sed contra . Omne quod est contrarium divinae glorie , est peccatum mortale : quia ex præcepto tenemur *omnia in gloriam Dei facere ut pater* 1. ad Cor. x. Sed quod reus id quod contra se est confiteatur , pertinet ad gloriam Dei , ut pater per illud quod Iosue dixit ad Acham : *Fili mi , da gloriam Domino Deo Israel , & confitere , aique indica mihi quid feceris , ne abscondas* , ut habetur Iosue viii. 19. Ergo mentiri ad excusandum peccatum est peccatum mortale .

Respondeo dicendum , quod quicumque facit contra debitum iustitiae , mortaliter peccat , sicut supra dictum est (quæst . lxx. art. 4. Pertinet autem ad debitum iustitiae (3) quod aliquis obediatur suo superiori in his ad quæ juxta prælacionis se extendit . Judex autem , ut supra dictum est (quæst . lxvii. art. 1.) superior est respectu ejus qui judicatur . Et ideo ex debito tenetur accusatus iudicii veritatem exponere , quam ab eo secundum formam juris exigit . Et ideo si confiteri noluerit veritatem quam dicere tenetur , vel si eam mendaciter negaverit , mortaliter peccat .

Si vero iudex hoc exquirat quod non potest secundum ordinem juris , non tenetur ei

accusatus respondere : sed potest vel per ap- pellationem , vel aliter licite subterfugere . Mendacium tamen dicere non licet .

Ad primam ergo dicendum , quod quando aliquis secundum ordinem juris a judice interrogatur , non ipse se prodit , sed ab alio proditur ; dum ei neofitas respondendi imponitur per eum cui obedire tenetur .

Ad secundum dicendum , quod mentiri ad liberandum aliquem a morte cum injurya alterius , non est mendacium simpliciter offensio , sed habet aliquid de perniciose admixtum . Cum autem aliquis mentitur in iudicio ad excusationem sui , injuriam facit ei cui obediare tenetur ; dum sibi denegat quod ei debet , scilicet confessionem veritatis .

Ad tertium dicendum , quod ille qui mentitur in iudicio , se excusando , facit & contra dilectionem Dei , cuius est iudicium , & contra dilectionem proximi , tum ex parte iudicis , cui debitum negat , tum ex parte accusatoris , qui punitur , si in probatione deficiat . Unde & in Psalm . cxi. 4. dicitur : *Nec declines cor meum in verba malitia ad excusandas excusationes in peccatis* : ubi dicit Glosa (ord. Cassiod.) „ Hæc est consuetudo „ impudentium , ut deprimens per aliqua falsa se excusat . (4) “ Et Gregorius XXII. Moral . (cap. ix. in princ.) exponus illud Job xxxi . *Si abscondi quasi homo peccatum meum* , dicit : „ Usitatum humani generis vi- „ tium est & latendo peccatum committere , & con- „ victum defensendo multiplicare . “

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo : quomodo per ratio-
nem destruas errorem *Pseudo-apostolorum* ,
ut

(1) Quippe cum dilectio sui sit mensura dilectionis proximi , ut ex ipso præcepto colligitur quo diligere proximum iussi sumus .

(2) Non eo sensu quo dicuntur imponi que per-
petrare & falso tribuntur ; cum supponatur crimen
verum esse , si nec negari potest sine mendacio ; sed
latiore significatio prout accusatio qualisunque ta-
meti vera , *impositio criminis* dici potest : Alioqui
superius malo sanctorum accipi solet ; indeque *impositio* .

(3) De quo egregie Bernardus in serm . 3. de ad-
ventu circa medium ; ubi postquam præmisit iusti-
tiam virtutem esse tribuentem unicuique quod suum
est ; subiungit : *Tribus ergo tribue que sua sunt* : *Redde superiori , reddere inferiori , reddere aequali* ; Redde (inquam) reverentiam Prelato & obedientiam &c . Hanc porro iustitiam serm . 4. de circumcisione ac de baptismo Christi strictam & angustam appellat ,

tum explicat quod Christus dixit ad Joannem quan-
do ad eum baptizandus acceperit : *Sime modo : Sic enim decet nos implere omnem iustitiam* : Addens
proinde quod Joannes impletivit strictam *quaia superio-
ri se subdidit* ; sed Christus plenam *quaia se servi ma-
nibus inclinavit* .

(4) Aut sicut habet Cassiodorus ex quo sumpta est
Glosa illa *primum se aliqua falsitate excusare no-
scuntur* (nisi forte nituntur vel constentur) & cum
fuerint inde convicti , alias semper excusationes affu-
munt , ut quando veritate acquisitæ inveteranda pro-
tervitas . Appendix autem Gregorii quæ prius ad
marginem ut ex cap . 23. juxta vetera exemplaria
notabatur , habetur in modernis cap . 9. ubi additur
quod ex lapsu primi hominis hæc augmenta nequit
ducimus ex quo ipsam radicem traximus culpe .

tit refert Cardin. Turrecremata de Ecclesia lib. 4. c. 37. par. 2. dicentium quod Omnia alia , demptis articulis fidei , & præceptis Dei , possunt celari ; quantumcunque homines jurent dicere veritatem : possunt & mentiri , & dolose palliare : ut sit unum in ore , & aliud in corde . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , hunc errorem merito damnari ab Honorio Papa in exarvac. Olim felic. record. ut ibi Cardinalis idem affirmat. Item merite damnari a 1. Cor. 10. & Josue 7. simul iunctis , ut in orig. cont. Ex scripturis enim illis habetur , quod tenetur accusatus dicere veritatem etiam contra se , etiam si inde esset morte corporali plectendus , & per consequens , quod non potest eam , tuta conscientia , collare . A fortiori ergo ex scripturis illis habetur : quod non potest eam dolose celare , quod non potest mentiri , & maxime , si juramentum de dicenda veritate præcesserit . Contra id , quod error ille concernit de juramento , vide Veritates aureas super legem veterem , Gen. 26. concl. 2. Levi. 5. concl. 2. Tertio vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 386

Utrum accusato liceat calumniose se defendere .

Inf. art. 3. corp.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod accusato liceat calumniose se defendere . Quia secundum jura civilia (1. Transfigore C. de Transactionib.) in causa sanguinis licitum est cuilibet adverlarium suum corrumpere . Sed hoc maxime est calumniose se defendere . Ergo non peccat accusatus in causa sanguinis , si calumniose se defendat .

2. Præterea . Accusator cum accusato colludens poenam recipit a legibus constitutam , ut habetur 11. quest. 111. (cap. Si quam penituerit .) Non autem imponitur poena accusato per hoc quod cum accusatore colludit . Ergo videtur quod liceat accusato calumniose se defendere .

A R T . I. & II.

3. Præterea . Prov. xiv. 16. dicitur : *Sapientis simet , & declinat a malo ; stultus ase transilie , & confidit .* Sed illud quod fit per sapientiam , non est peccatum . Ergo si aliquis qualitercumque se liberet a malo , non peccat .

Sed contra est quod in causa criminali juramentum de calunnia est præstandum , ut habetur extra de juramento calumnia , cap. Inberentes : (1) quod non esset , si calumniose se defendere liceret . Ergo non est licitum accusato calumniose se defendere .

Respondeo dicendum , quod aliud est veritatem tacere , aliud est falsitatem propone-re . Quorum primum in aliquo casu licet : non enim aliquis tenetur omnem veritatem confiteri , sed illam solum quam ab eo potest , & debet requirere iudex secundum ordinem juris ; puta cum præcessit infamia super aliquo criminis , vel aliqua expressa indicia apparuerunt , vel etiam cum præcessit probatio semiplena . Falsitatem tamen proponere in nullo casu licet alicui . Ad id autem quod licitum est , potest aliquis procedere vel per vias licitas , & fini intento accommodas , quod pertinet ad prudentiam ; vel per alias vias illicitas , & proposito fini incongruas . quod pertinet ad astutiam , quæ exercetur per fraudem , & dolum , ut ex supra dictis patet (quest. lv. art. 4. & 5.) Quorum primum est laudabile , secun-dum vero vitiosum .

Sic ergo reo qui accusatur , licet se defendere , veritatem occultando , quam confiteri non tenetur , per aliquos convenientes modos , puta quod non respondeat ad quæ respondere non tenetur . Hoc autem non est calumniose se defendere , sed magis pruden-ter evadere .

Non autem licet et vel falsitatem dicere , vel veritatem tacere quam confiteri tenetur , neque etiam aliquom dolum , vel fraudem adhibere : quia fraus , & dolus vim mendaciæ habent : & hoc est calumniose se defendere (2) .

Ad primum ergo dicendum , quod multa secundum leges humanas impunita relinquuntur

(1) Quod ex Honorio secundo præmetatur , & sic dumtaxat habet , scriptum esse ut omnes principales personæ in primo litis exordio subeant calumnia juramentum ; indeque movet questionem an & Clericii juramentum hoc subire teneantur ; sed ex Edicto Justiniani dignum esse respondet ut a juramento calumnia præstanto sint immunes . Per juramentum autem calumnia intelligitur juramentum de calunnia non dicenda in qualicunque causa seu criminali seu

civili , ut inferius explicatur ibidem ; sed deinceps cap. In peritacandis ex Eugenio Papa & cap. Cœsum ex Lucio 3. iterumque cap. Cœsum in causa est Gregorio 9. præstandum esse decernitur .

(2) Quocunque modo ex antedictis tribus id faciat , vel fraudem adhibendo , vel mendacium profendo , vel veritatem necessariam reticendo : Quamvis plerique contrarium sentiant & Sylvius cum illis .

tur quæ secundum divinum judicium sunt peccata, sicut patet de simplici fornicatione: quia lex humana non exigit ab homine omnimodam virtutem, quæ paucorum est, & non potest inveniri in tanta multitudine populi, quantam lex humana habet necesse sustinere. Quod autem aliquis non velit aliquid peccatum committere, ut mortem corporalem evadat, cuius periculum in causa sanguinis imminet reo, est perfectæ virtutis: quia omnium terribilium maxime terrible est mors, ut dicitur in III. Ethic. (1) Et ideo si reus in causa sanguinis corrumpt adversarium suum, peccat quidem inducendo eum ad illicitum; non autem huic peccato lex civilis adhibet poenam: & pro tanto licitura esse dicitur.

Ad secundum dicendum, quod accusator, si colludat cum reo, qui noxius est, poenam incurrit: ex quo patet quod peccat. Unde cum inducere aliquem ad peccandam sit peccatum, vel qualitercumque peccati participantem esse, cum Apostolus dicat (Rom. 1.) (2) dignos morte eos qui peccantibus contentiunt; manifestum est quod etiam reus peccat cum adversario colludendo; non tam secundum leges humanas imponitur sibi poena propter rationem jam dictam (in solut. præc.) (3).

Ad tertium dicendum, quod sapiens non abscondit se calumniōse, sed prudenter.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationes ostendas, merito insinuatum a scripturis, & canonibus; quod non licet accusato calumniōse seipsum defendere. A Canonibus quidem: ut in arg. cons. A scripturis vero. Ut Psal. 5. *Perdes omnes, que loquuntur mendacum.* Item Psalm. 14. „*Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? qui operatur iustitiam.* Qui non egit dolorum in lingua sua. Qui non fecit proximo suo malum. Qui jurat proximo suo, & non decipit. Item Pf. 23. *Quis ascen-*

„ det in montem Domini? Intocens manus & mundo corde. Qui non juravit in dolo proximo suo. „ Hinc enim ab op., positis patet intentum. Constat namque, quod malitiose se defendere est, vel mendacium loqui, vel in judicio operari injuriam, vel agere dolum in lingua sua, vel facere proximo, id est judici, art. 1. ad 3. suo malum, vel jurare, & decipere proximum, vel jurare in dolo. Et (breviter) non esse innocentem manibus, & mundo corde. Ex consequenti ergo monstrant scripture, quod accusatus se-calumniōse defendens non habitabit in tabernaculo, & in monte Sancto Dei. Faciunt etiam hæc ad art. 1. appen. Secundo vides quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 387

Uirum reo licet judicium per appellationem declinare.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod reo non licet judicium declinare per appellationem. Dicit enim Apostolus Rom. xxi. 1. *Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit.* Sed reus appellando recusat subjici potestati superiori, scilicet judici. Ergo peccat.

2. Præterea. Majus est vinculum ordinarii potestatis quam propriæ electionis. Sed, sicut legitur 11. quæst. vi. (4) a *judicibus quos communis consensus elegit, non licet provocare.* Ergo multo minus licet appellare a judicibus ordinariis.

3. Præterea. Illud quod semel est licitum, semper est licitum. Sed non est licitum appellare post decimum diem, neque tertio super codem. Ergo videtur quod appellatio non sit secundum se licita.

Sed contra est quod Paulus Cæsarem appellavit, ut habetur A& xxv. (5).

Respondeo dicendum, quod duplice de causa contingit aliquem appellare. Uno quidem modo confidentia justæ causæ, quia videlicet injuste a judice gravatur, & sic licitum est appellare.

(1) Non sicut prius ad marginem cap. 6. sed vel cap. 9. græco-lat. vel cap. 14. in antiquis & apud S. Thomam lect. 14.

(2) Vers. 32. sive ult. colligitur, & inferius annotandum recurret.

(3) Nempe quia virtutis perfectio qualis hic supponitur, non convenit nec potest convenire tantæ multitudini quanta populus constat qui per leges humanas est regendus; ut dictum est ad 1.

(4) Ex Concilio Milevitano cap. 24. ut prænotatur ibi, & intelligi debet Milevitatum secundum, ut in illius Canonibus habetur tomo 1. Conciliorum.

(5) Cum apud Festum Proconfulem accusaretur a Judæis, & eum ipsi vellent Hierosolymam duci, patratus nempe infidili ad occidendum ipsum, ut præmittitur ibi: Festo enim eum interrogante an id vellet, respondit: *Ad tribunal Cæsaris fit Cæsarem appello;* vers. 10. ac deinceps.

appellare : hoc enim est prudenter evadere . Unde II. quæst. VI. (cap. IIII.) dicitur : *Omnis oppressus libere sacerdorum , si voluerit , appetet judicium , & a nullo prohibetur* (1) .

Alio modo aliquis appellat causa afferendæ moræ , ne contra eum iusta sententia proferatur : & hoc est calumniose se defendere : quod est illicitum , sicut dictum est (art. præc.) facit enim injuriam & judici , cuius officium impedit , & adversario suo , cuius iustitiam , quantum potest , perturbat . Et ideo , sicut dicitur II. quæst. VI. (cap. XXVII.) *omni modo puniendus est cuius appellatio injusta pronuntiatur* .

Ad primum ergo dicendum , quod potestati inferiori intantum aliquis subjici debet , in quantum ordinem superioris servat : a quo si exorbitaverit , ei subjici non oportet : puta si aliud jusserrit Proconsul , & aliud Imperator , ut patet per Glossam Rom. XIIII. (ord. sup. illud , *Qui autem resistunt : & est Aug. serm. VI. de verb. Dom. cap. VIII.*) Cum autem iudex aliquem iuste gravat , quantum ad hoc relinquit ordinem superioris potestatis , secundum quam necessitas sibi iuste judicandi imponitur . Et ideo licitum est ei qui contra iustitiam gravatur , ad directionem superioris potestatis recurrere , appellando vel ante sententiam , vel post . Et quia non præsumitur esse rectitudo , ubi vera fides non est , ideo non licet Catholico ad infidelem judicem appellare , secundum illud II. quæst. VI. (cap. XXXII.) (2) *Catholicus qui causam suam sive iustum , sive injustam ad judicium alterius fidei judicis provocaverit , excommunicetur* . Nam & Apostolus (I. Cor. VI.) arguit eos qui iudicio contendebant apud infideles .

Ad secundum dicendum , quod ex proprio defectu , vel negligentia procedit quod aliquis

Summ. S.Tb. T.VII.

sua sponte se alterius judicio subjiciat de cuius iustitia non confidit . Levis etiam animi esse videtur ut non permaneat in eo quod semel approbavit . Et ideo rationabiliter denegatur subsidium appellationis a judicibus arbitrariis , qui non habent potestatem nisi ex consensu litigantium . Sed potestas judicis ordinarii non dependet ex consensu illius qui ejus iudicio subditur , sed ex auctoritate Regis , & Principis , qui eum instituit . Et ideo contra ejus iustum gravamen lex tribuit appellationis subsidium ; ita quod etiam si sit simul ordinarius , & arbitrarius iudex , potest ab eo appellari : quia videtur ordinaria potestas occasio fuisse quod arbiter eligeretur . Nec debet ad defectum imputari ejus qui consensit in eum sicut in arbitrum , non ut in eum quem Princeps judicem ordinarium dedit .

Ad tertium dicendum , quod æquitas juris ita subvenit uni parti , quod altera non gravetur : & ideo tempus decem dierum concessit ad appellandum , quod sufficiens æstimavit ad deliberandum an expediat appellare . (3) Si vero non esset determinatum tempus , in quo appellare liceret , semper certitudo iudicii remaneret in suspenso ; & ita pars altera damnificaretur . Ideo autem non est concessum ut tertio aliquis appelleat super eodem , quia non est probabile , toties judicem a recto iudicio declinare .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , & sano modo intelligas , merito insinuatum fuisse a scripturis , ut act. 25. quod licitum est accusato appellare judicem alium . Vide arg. contr . Secundo vides : quomodo &c.

Z

A R-

quisquam qui possit judicare inter fratrem suum ? Sed frater cum fratre iudicio contendit , & hoc apud infideles ? &c.

(3) Ut videre est in Decretis causa 2. qu. 5. cap. Anteriorum ex Novella 23. Justiniani corrigentis priores leges quæ duos tantum dies ad appellandum concedebant , si quis ageret causam per seipsum , tres autem , si per procuratorem in absentia sua ; ut ibidem præmitit : Et hos dies a se concedi addit per quemcumque agatur causa , ut liceat homini deliberare sive appellandum sit ei sive quiescendum ; ne timore instante opus appellatorium frequentetur sed se omnibus inspectionis copia quæ & indiscutiblos hominum calores potest refranare . Lex autem quam corrigit , ex lib. 49. Digestorum quæ cap. Bidaum ibi refertur post predicta , colligi potest .

(1) *Est Anacleti Papæ cuius nomine prænotatur ex epistola I. Præter canonem . Si quis vestrum ex Papa Sixto epist. 2. Et si quis putaverit ex Papa Victore ad Theophilum Alexandrinum epist. 2. Et ad Romanum ex Papa Zephirino , epist. etiam I. & alios ibidem subsecuentes canones , ubi similia decreta videare est .*

(2) *Ex Concilio Chartaginensi 4. cap. 7. quod sicut hic incipit Catholicus : Quod autem subiungitur ex Apostolo fideles argente quod apud infideles in iudicio contendent , sic I. ad Corinth. 6. vers. 4. habetur ac deinceps : Nec sis quoniam Angelos iudicabimus ? Quanto magis secularia ? Secularia igitur iudicia si habueritis , contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum : Ad verecundiam vestram dico : Sic non est inter vos sapientes*

ARTICULUS IV. 388

Urum liceat condemnato ad mortem se defendere, si possit.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod liceat condemnato ad mortem se detinere, si possit. Illud enim ad quod natura inclinat, semper est licitum, quasi de jure naturali existens. Sed naturæ inclinatio est ad resistendum corruptentibus, non solum in hominibus, & animalibus, sed etiam in insensibiliis rebus. Ergo licet reo condemnato resistere, si potest, ne tradatur in mortem.

2. Præterea. Sicut aliquis sententiam mortis contra se latam subterfugit resistendo, ita etiam fugiendo. Sed licitum esse videtur quod aliquis se a morte per fugam liberet, secundum illud Eccli. ix. 18. *Longe esto ab homine porestatem habente occidenti.* Ergo etiam licitum est reo resistere.

3. Præterea. Proverb. xxiv. 11. dicitur: *Eru eis qui ducuntur ad mortem; & eos qui trahuntur ad inservitum, liberare ne cesset.* Sed plus tenetur aliquis sibi quam alteri. Ergo licitum est quod aliquis condemnatus seipsum defendat, ne in mortem tradatur.

Sed contra est quod dicit Apostolus Rom. xiiii. 2. *Qui potestati resistit, Dei ordinationis resistit, & ipse sibi damnationem acquirit.* Sed condemnatus se defendendo potestati resistit, quantum ad hoc in quo est divinitus instituta *ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* (1) Ergo peccat se defendendo.

Respondeo dicendum, quod aliquis damnatur ad mortem dupliciter. Uno modo juste; & sic non licet condemnato se detinere: licitum enim est iudicii ieiunum resistentem impugnare: unde relinquatur quod ex parte ejus sit bellum injustum: unde indubitanter peccat.

Alio modo condemnatur aliquis injuste: & tale judicium simile est violentiæ latronum, secundum illud Ezech. xxii. 27. *Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes præ-*

dam ad effundendum sanguinem. Et ideo sicut licet resistere latronibus; ita licet resistere in tali casu malis Principibus: nisi forte propter scandalum vitandum, cum ex hoc aliqua gravis turbatio timeretur.

Ad primum ergo dicendum, quod ideo homini data est ratio, ut ea ad quæ natura inclinat, non paßim, sed secundum rationis ordinem exequatur. Et ideo non quælibet defensio sui est licita, sed solum quæ fit cum debite moderamine.

Ad secundum dicendum, (2) quod nullus ita condemnatur quod ipse sibi inferat mortem, sed quod ipse mortem patiatur: & ideo non tenetur facere id unde mors sequatur, quod est manere in loco, unde ducatur ad mortem; tenetur tamen non resistere agenti, quin patiatur quod justum est eum pati: sicut etiam si aliquis sit condemnatus ut fame moriatur, non peccat, si cibum sibi occule ministratum sumat, quia non sumere esset seipsum occidere.

Ad tertium dicendum, quod per illud dictum Sapientis non inducitur aliquis ad liberandum alium a morte contra ordinem iustitiae: unde nec seipsum contra iustitiam resistendo aliquis debet liberare a morte.

A P P E N D I X.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem subruas a fortiori hæresim *Anabaptist. rum* dicentium: homines non esse subjectos alicui legitimæ potestati. Si enim condemnatus ad mortem non potest licite propter timorem mortis instantis negare per resistentiam se esse subditum legitimæ potestati, quæ condemnavit eum, multo magis alii, qui timore tanto de præsenti non præmuntur, negare non poterunt se esse subjectos alicui legitimæ potestari. Iste enim videri posset excusandus (quamvis revera non sit) magis admodum, quam alii. Hæc hæresis etiam refellitur per rationes superiorum articulorum, q. 67. 68. & hujus 69. secundum quod prudens

(1) Sic enim 1. Petri 2. vers 14. *Subjecti esto omni humana creature propter Deum: sive Regi quam præcellenti, sive Ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum;* ubi graece ἀγαθοῖς per antithesim ad κακοῖς; et si benefactorum non redditur latine, quia benefactores alio sensu dici solent propter beneficia quibus alios afficiunt.

(2) Quamvis utique locus ex Ecclesiastico ibi alatus non pertinet ad fugam rei juxta præsens inten-

tum, sed ad ejus cautelam qui quacunque de causa timere sibi mortem ex vicinia potentioris posset, vel periculo delinquendi se propterea exponeret; Unde immediate subjungitur: *Et, si accesseris ad illum noli alicuid committere, ne forte auferas vitam tuam:* Sicut etiam locus qui subjungitur Proverb. 24. exponi potest juxta Bedam non de publice condemnatis ad mortem, sed præ fame vel anguitia morientibus: *Quos (inquit) fame, quos algore videris moriuros, illos daso victu & vestitu recetas* &c.

dens judicare , & per se applicare poterit . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , hæresim illam merito damnari a Rom . 13. ut in argum . conser . item a Veritatibus aureis super legem veterem , Gen . 3. concl . 3. & cap . 16. concl . 4. & Num . 16. concl . 2. Tertio vides : quomodo &c.

Q U A E S T I O L X X .

*De injustitia pertinente ad personam testis ,
in quatuor articulos divisa .*

DEINDE considerandum est de injustitia pertinente ad personam testis : & circa hoc quæruntur quatuor .

Primo , utrum homo teneatur ad testimonium ferendum .

Secundo , utrum duorum , vel trium testimonium sufficiat .

Tertio , utrum alicujus testimonium repellatur , absque ejus culpa .

Quarto , utrum perhibere falsum testimonium sit peccatum mortale .

A R T I C U L U S I . 389

*Utrum homo teneatur ad testimonium
ferendum ,*

Inf. art . 3. ad 3.

AD primum sic proceditur . Videlur quod homo non teneatur ad testimonium ferendum . Dicit enim Augustinus in Qq . Genes . (Lib . I. quæst . xxvi . & Lib . XXII . cont . Faust . cap . xxxiiii .) (1) quod Abraham dicens de uxore sua , *Soror mea est* , veritatem celari voluit , non mendacium dici . Sed veritatem celando aliquis a testificando

abstinet . Ergo non tenetur aliquis ad testificandum .

2. Præterea . Nullus tenetur fraudulenter agere . Sed Proverb . xi . 13. dicitur : *Qui ambulat fraudulenter , revelat arcana ; qui autem fidelis est , celat amici commissum .* Ergo non tenetur homo semper ad testificandum , præsertim super his quæ sunt sibi in secreto ab amico commissa .

3. Præterea . Ad ea quæ sunt de necessitate salutis , maxime tenentur clerici , & sacerdotes : Sed Clericis , & Sacerdotibus prohibetur ferre testimonium in causa sanguinis . Ergo testificari non est de necessitate salutis .

Sed contra est quod Augustinus dicit (hab . ex Isid . Lib . III . sentent . cap . lix . vid . cap . Falsidicus , de criminis falsi) *Qui veritatem occultat , & qui dicit mendacium , eterque reus est : ille , quia prodeesse non vult ; iste qui nocere desiderat .*

Respondeo dicendum , quod in testimonio ferendo distinguendum est : quia aliquando requiritur testimonium alicujus , aliquando non requiritur . Si requiritur testimonium alicuius subditi auctoritate superioris , cui in his quæ ad justitiam pertinent , obedire tenetur , non est dubium quin teneatur testimonium ferre in his in quibus secundum ordinem juris testimonium ab eo exigitur ; puta in manifestis , & in his de quibus infamia præcessit . Si autem exigitur ab eo testimonium in aliis , puta in occultis , & de quibus infamia non præcessit , non tenetur ad testificandum .

Si vero requiratur ejus testimonium non auctoritate superioris , cui obedire tenetur , tunc distinguendum est . Quia si testimonium requiratur ad liberandum hominem vel ab injusta morte , seu poena quaunque , vel a falsa infamia , vel ab aliquo damno ; tunc

Z 2 tene-

(1) Äquivalenter tantum & implicitè quæst . 26. ubi dicitur tacuisse quod uxor esset , sed mensitus non esse quod soror esset : Libro autem 22. contra Faustum cap . 14. expressius : *Indicavit soror-m . non negavit uxorem : Tacuit aliquid veri , non dixit aliquid falsi :* Et similia lib . 16. de civit . Dei c.p . 19. ac lib . contra mendacium cap . 10. in eum sensum habet . Appendix porro quæ subiungitur arguento *Sed contra* , sic refertur ex Augustino in Decretis Causa 11. qu . 3. cap . *Quisquis § . Uterque ac ex illo ad Casulanum epistola (vel in aliis Exemplaribus ad Cassianum) prænotatur :* Sed nec ad Cassianum epistola illa est , nec ep . 86. quæ inscribitur ad Casulanum , quidquam tale dicitur , ut etiam appendix dicti capit is notat . Citatus quoque velut ex

Augustino fine indice loci *Extra de criminis falsi cap . Falsidicus* , ubi nec Augustini esse ad marginem notatur , & additur ex Isidoro sumi lib . 3. Sent . five de summo bono cap . 59. Sed ibi tantum Isidorus num . 4. verbis paululum immutatis quod unum peccato crimen habent & qui falsitatem promis & qui supprimis veritatem ; quia ille obesse vult , & iste prodeesse non vult : Glossa demum quæ in corpore articuli subditur & ad marginem prius ve uit ex Ambrosio notabatur , colligi quidem potest ex falso Ambrosio in epistolas Pauli , ubi ait : *Sunt quidam qui se reos non putant , si non operentur quæ mala sunt , affidentiam autem facientibus : Affentire autem si cum possit reprehendere , inceps &c.* Sed in Commentario Petri Lombardi expressius habetur ut hic .

tenetur homo ad testificandum.

Et si ejus testimonium non requiratur, tenetur facere quod in se est, ut veritatem denuntiet alicui, qui ad hoc possit prodere. Dicitur enim in Psal. lxxxii. 4. *Eripe pauperem, & egenum de manu peccatoris liberare: & Proverb. xxiv. 11. Erue eos qui ducuntur ad mortem: & Rom. i. 32. dicitur: Digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: ubi dicit Glossa (Ambros. in hunc loc. apud Petrum Lombardum in comm.) Consentire est sacre, cum possis redarguere.*

Super his vero quæ pertinent ad condemnationem alicujus, non tenetur aliquis ferre testimonium nisi cum a superiore compellitur secundum ordinem juris: quia si circa hoc veritas occultetur, nulli ex hoc speciale damnum nascitur: vel si immineat periculum accusatori, non est curandum, quia ipse in hoc periculum sponte se ingessit. Alia autem ratio est de reo, cui periculum imminet eo nolente.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus loquitur de occultatione veritatis in casu illo quando aliquis non compellitur superioris auctoritate veritatem propalare, & quando occultatio veritatis est nulli specialiter damno.

Ad secundum dicendum, quod de illis quæ homini sunt commissa in secreto per confessionem, nullo modo debet testimonium ferre: quia hujusmodi non scit ut homo, sed tamquam Dei minister; & maius est vinculum sacramenti quolibet hominis præcepto. Circa ea vero quæ aliter homini sub secreto committuntur, distinguendum est. Quandoque enim sunt talia quæ statim cum ad notitiam hominis venient, homo ea manifestare tenetur; puta si pertinent ad corruptionem multitudinis spiritualem, vel corporalem, vel in grave damnum alicujus personæ, vel si quid aliud est hujusmodi, quod quis propalare tenetur vel testificando, vel denuntiando: & contra hoc debitum obligari non potest per secreti commissum, quia in hoc frangeret fidem quam alteri debet. Quandoque vero sunt talia quæ quis prodere non tenetur: unde potest obligari ex hoc quod sibi sub secreto committuntur: & tunc nullo modo tenetur ea prodere, etiam ex præcepto superioris:

A R T. I. & II.

quia servare fidem est de jure naturali; nihil autem potest præcipi homini contra id quod est de jure naturali.

Ad tertium dicendum, quod operari, vel cooperari, ad occisionem hominis, non competit ministris altaris, ut supra dictum est (1) & ideo secundum juris ordinem compelli non possunt ad ferendum testimonium in causa sanguinis.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, & fano modo intelligas, merito fuisse a scripturis, & Augustino infinitum, quod homo tenetur ad testificandum. Ab Augustino quidem, ut in arg. contr. A scripturis vero per dictum 4. Reg. 7. *Si tacuerimus, & noluerimus nunciare, sceleris argumentemur, &c.* Ecce, quod taciturnitas est quandoque culpabilis, & aliis damno. Applica tu ad propositum de testificando, sicut & alias authoritates tum supra hactenus adductas, tum infra ubilibet adducendas, ad propositas articulorum suorum materias, ne volumen crescat in immensum, & ut ex ostensis ad ampliora consurgere addiscas, viam aperuisse tibi, sat est. Item Hierem. 51. *Nolite sacre super iniquitatem.* Item Eccles. 3. *tempus tacendi, & tempus loquendi.* Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 390

Utrum sufficiat duorum, vel trium testimonium.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod non sufficiat duorum, vel trium testimonium. Judicium enim certitudinem requirit. Sed non habetur certitudo veritatis per dictum duorum testimoniū: legitur enim III. Regum xxi. quod Naboth ad dictum duorum testimoniū falso condemnatus est (2). Ergo duorum, vel trium testimonium non sufficit.

2. Præterea. Testimonium ad hoc quod sit credibile, debet esse concors. Sed plerumque duorum, vel trium testimonium in aliquo discordat. Ergo non est efficax ad veritatem in judicio probandam.

2 Præ-

(1) *Tum quæst. 40. art. 2. ubi queritur ex professio utrum Clericis licitum sit pugnare: Tum quæst. 4. art. 4. ubi familiariter queritur utrum licet illis*

occidere malefactores.

(2) *Quasi benedixisset Regem; id est phrasē Scripturæ quasi per antiphrasim maledixisset.*

3. Præterea . 11. (1) quæst. iv. (cap. 11.) dicitur : *Praeful non damnetur, nisi sexaginta duobus testibus; Presbyter autem Cardinalis; (*) nisi sexaginta quatuor testibus non damnabatur; Diaconus Cardinalis urbis Romæ, nisi (**) in virginis septem testibus non condemnabatur; Subdiaconus, Acolytus Exorcista, Lector, Ostiarius, nisi cum septem testibus non condemnabatur.* Sed magis est periculorum peccatum ejus qui in majori dignitate constitutus est; & ita minus est tolerandum. Ergo nec in aliorum condemnatione sufficit duorum, vel trium testimonium.

Sed contra est quod dicitur Deutur. xxii. 6. *In ore duorum, vel trium testium peribit qui interficiatur: & inf. xix. 15. In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.*

Respondeo dicendum, quod secundum Philosophum in I. Ethic. (cap. iii. in princ. & cap. vii. cir. fin.) certitudo non est similiter querenda in omni materia. In actibus enim humanis, super quibus constituantur judicia, & exiguntur testimonia, non potest haberi certitudo demonstrativa, eo quod sunt circa contingentia, & variabilia: & ideo sufficir probabilis certitudo, quæ ut in pluribus veritatem attingat, et si in paucioribus a veritate deficiat.

Est autem probabile quod magis veritatem contineat dictum multorum quam dictum unius: & ideo cum reus sit unus qui negat, sed multi testes afferant idem cum actore; rationabiliter institutum est de jure divino, & humano quod dicto testimoniū stetur.

Omnis autem multitudo in tribus comprehenditur, scilicet principio, medio, & fine.

Unde secundum Philosophum in I. de cœlo (tex. 2.) *Omne & totum in tribus ponimus.* Ternarius quidem constituitur a sterentium, cum duo testes conveniunt cum actore: & ideo requiritur binarius testimoniū, vel ad majorem certitudinem ut sit ternarius, qui est multitudo perfecta in ipsis testibus. Unde & Eccle. iv. 12. dicitur : *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Augustinus autem super illud Joan. viii. *Duorum hominum testimonium verum est,* dicit (tract. xxxvi. versus si.) quod „ in hoc est Trinitas secundum mysterium commendata, in qua est perpetua firmitas veritatis, “

Ad primum ergo dicendum, quod quantumcumque multitudo testimoniū determinaretur, posset quandoque testimonium esse iniquum; cum scriptum sit Exod. xxi. 2. (2) (***) *Ne sequaris turbam ad faciendum malum.* Nec tamen quia non potest in talibus infallibilis certitudo haberi, debet negligi certitudo quæ probabilitate haberi potest per duos, vel per tres testes, ut dictum est (in corp.)

Ad secundum dicendum, quod discordia testimoniū in aliquibus principalibus circumstantiis, quæ variant substantiam facti, puta in tempore, vel in loco, vel in personis, de quibus principaliter agitur, auffert efficaciam testimonii: quia si discordant in talibus, videntur singulares esse in suis testimoniis, & de diversis factis loqui; puta si unus dicat hoc factum esse tali tempore, vel loco, aliis alio tempore, vel loco, non videntur de eodem facto loqui. Non tamen præjudicatur testimonio, si unus dicat se non recordari, & alius afferat determinatum tempus,

vel

(1) Supple causa, ut multoties notatum est: Habetur autem ibi cap. *Praeful* quod ex Papa Sylvestro in Synodo generali desumptum prænotatur: Sed pro sexaginta quatuor ut in veteri manuscripto & in gothicō Exemplari Decreti, habet modernus textus quadraginta quatuor invertendo litteras numerales tamēsi ad marginem lxijij. pro xljjij. notet: Plenis autem literis Ivo part. 6. cap. 334. *quadraginta quatuor*, sicut & S. Thomæ manuscriptum abbreviate xljjij. licet impressa passim *sexaginta quatuor*, ut hic: Et mox pro Cardinali Subdiacono habet iterum Ivo 36. sicut etiam ad marginem Decreti novi reponitur, quamvis in textu 27. additaque litera in manuscripto sancti Thomæ xxviii. Pro illis autem verbis; non deponatur, quæ sic rursus ex manuscriptis desumpta sunt, habet modernus textus (ut & Ivo) non damnabatur.

(*) Ita communis. Al. nisi quadraginta quatuor (quod habent codices passim in textu, & textus modernus Decreti, & Ivo Carnotensis pars. PL cap.

cccxxxiv.) testibus non deponatur.

(**) Al. in viginti octo, item triginta sex. In edit. Nicolai typographico errore sic. Presbyter autem Cardinalis urbis Romæ nisi inviginti septem testibus non condemnabatur; Subdiaconus &c. alios omissis.

(2) Postquam immediate præmissum est: *Non iunges manum tuam ut pro impio dicas falsum testimonium:* Ut & mox post hic notata subjungitur: *Nec in iudicio, plurimorum acquisitives sententia ut a vero devies:* Vel transposita constructione: *Nec plurimorum sententia in iudicio acquisitives, ut &c.* Ubi grace: *Non consentes cum iusto (vel paciū non iubibis à omnib[us]) ut sis iustus;* *Non eris cum pluribus in malitia:* Non apponens cum multitudine ad declinandū cum pluribus ut exclusas iudicium: Quod Augustinus qu. 87. in Exodum sic dici notat, ne se defendat inde quisquam, quia cum pluribus fecit, aut ideo non potest esse peccatum.

(*** Vulgata non sequeris.

vel locum . Et si in talibus omnino discordanterint testes actoris , & rei , si sint æquales numero , & pares dignitate , starur pro reo : quia facilior debet esse judec ad abdolvendum quam ad condemnandum ; nisi forte in causis favorabilibus , sicut est causa libertatis , & hujusmodi . Si vero testes ejusdem partis dissenserint , debet judec ex motu sui animi percipere cui parti sit standum , vel ex numero testimiorum , vel ex dignitate eorum , vel ex favorabilitate cause , vel ex conditio ne negotii , & dictorum . Multo autem magis testimonium unius repellitur , si sibi ipsi diffideat interrogatus de visu , & scientia ; non autem si diffideat interrogatus de opinione , & fama : quia potest secundum diversa visa , & audita diversimode motus esse ad respondendum . Si vero sit discordia testimoniorum in aliquibus circumstantiis non pertinentibus ad substantiam facti , puta si tempus fuerit nubilosum , vel serenum , vel si dominus fuerit picta , aut non , aut aliquid hujusmodi ; talis discordia non præjudicat testimonio : quia homines non consueverunt circa talia multum solicitari , unde facile a memoria elabuntur : quinimmo aliqua discordia in talibus facit testimonium credibilius , ut Chrysostomus dicit super Matth. (hom. 1. aliquant. a princ.) (1) quia si in omnibus concordarent , etiam in minimis , viderentur ex condicto eundem sermonem proferre : quod tamen prudentia judicis relinquitur discernendum .

Ad tertium dicendum , quod illud locum habet specialiter in Episcopis , Presbyteris , Diaconis , & Clericis Ecclesiaz Romanaz propter ejus dignitatem (2) . Et hoc triplici ratione . Primo quidem quia in ea tales institui debent , quorum sanctitati plus creditur quam multis testimoriis . Secundo quia homines qui habent de aliis judicare , sape propter

justitiam multos adversarios habent : unde non est passim credendum testimoniis contra eos , nisi magna multitudo conveniat . Ter tio quia ex condemnatione alicujus eorum derogaretur in opinione hominum dignitati illius Ecclesiaz , & authoritati : quod est periculosis quam in ea tollerare aliquem peccatorem , nisi valde publicum , & manifestum , de quo grave scandalum oriretur .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem , tum directam , tum indirectam , & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito insinuatum fuisse a scripturis , quod duorum , vel trium testimonium sufficit . Ubi vero hoc insinuetur , vide argum. contr. Qualis autem , vel quanta diligentia adhibenda sit circa testes , &c. antequam aliquis interficiatur (de quo ibi) vide Veritates aureas super legem veterem , Deuteron. 17. conclus. 6. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 391

Utrum alicujus testimonium sit absque ejus culpa repellendum .

AD tertium sic proceditur . Videtur quod alicujus testimonium non sit repellendum nisi propter culpa . Quibusdam enim in poenam infligitur quod ad testimonium non admittantur , sicut patet in his qui infamia notantur . Sed pena non est inferenda nisi pro culpa . Ergo videtur quod nullius testimonium debeat repelli nisi propter culpa .

2. Præterea . De quolibet presumendum est bonum , nisi appareat contrarium . Sed ad bonitatem hominis pertinet quod verum testi-

(1) Non eadem occasione qua hic , sed ad Evangelii diffontiam defendendam , ac ea non obstante , autoritatem ejus aſtruantur .

(2) Quanto magis de Papa idem dicendum saltet quod hic dicitur de Praefule ? tum propter dignitatem quæ sublimior & major est ; tum quia invidiæ plurimum & odio propter exercitium autoritatis potest facile subiacere , ut propter plures ejus accusatores falsi timeri possint multo amplius quam Praefulum . Niugatur porro , atque utinam dumtaxat nugaretur , perridiculus Glossæ Decreti author , dum propofita quæſitione an propter Papam condemnandum testes debeat duplicari , non tantum absolute responderet non debere , sed sufficere duos , addit ; & quod ex Gregorio dist. 2. de paenitentia c. Principium de diabo-

lo dicitur eum sine spe venie peccavisse quia *ceteris major sine comparatione creatus est* , intolleranda nuc gacitate applicat Papæ , quasi cum peccat nec agere paenitentiam , nec sperare veniam posset , vel sit eadem diaboli ratio nullam infirmitatem sentientis que ad peccatum eum provocaret , ac Papæ qui ut homo sentire tamē potest . Quamvis notatione adhibita emendandum hoc in modernis Exemplaribus , cur non & omnino expunctum ? Nisi ut perpetuum nuc gacitatem tantæ que seipsam condemnat monumen tum relinqueretur . Cur enimvero duo testes ad condemnandum Papam ideo sufficere dicantur , nec ad Praefules condemnandos inteffigantur sufficere qui & supra populum tam sublimi eminent gradu , si quid rugax illa ratio concluderet ?

testimonium dicat. Cum ergo non possit constare de contrario, nisi propter aliquam culpam, videtur quod nullius testimonium debeat repelli nisi propter culpam.

3. Præterea. Ad ea quæ sunt de necessitate salutis, nullus redditur non idoneus nisi propter peccatum. Sed testificari veritatem est de necessitate salutis, ut supra dictum est (art. 1. hu. quæst.) Ergo nullus debet excludi a testificando nisi propter culpam.

Sed contra est quod Gregorius dicit (in Regist. Lib. XI. epist. lvi. a med.) & habetur 11. quæst. 1. (cap. In primis:) *Quod autem dicitur a servis suis accusatus Episcopus, sciendum est, quia audiri minime debent.*

Respondeo dicendum, quod testimonium, sicut dictum est (art. præc.) non habet infallibilem certitudinem, sed probabilem. Et ideo quidquid est quod probabilitatem affert in contrarium, reddit testimonium inefficax.

Redditur autem probabile quod aliquis in veritate testificanda non sit firmus: quandoque quidem propter culpam, sicut infideles, & infames, item illi qui publico crimen rei sunt, qui nec accusare possint: quandoque autem absque culpa; & hoc est vel ex lese rationis, sicut patet in pueris, amenibus, & mulieribus; vel ex affectu, sicut patet de inimicis, & personis conjunctis, & domesticis; vel etiam ex exteriori condizione, sicut sunt pauperes, servi, & illi quibus imperari potest, de quibus probabile est quod de facili possunt induci ad testimonium secundum contra veritatem.

Et sic patet quod testimonium aliquid re-

pellitur & propter culpam, & absque culpa

Ad primum ergo dicendum, quod repellere aliquem a testimonio, magis pertinet ad cautelam falsi testimonii vitandi, quam ad poenam. Unde ratio non sequitur.

Ad secundum dicendum, quod de quolibet presumendum est bonum, nisi appareat contrarium; dummodo non vergat in periculum alterius: quia tunc est adhibenda cautela ut non de facili unicuique credatur, secundum illud 1. Joan. iv. 1. *Nolite credere omni spiritui.*

Ad tertium dicendum, quod testificari est de necessitate salutis, supposita testis idoneitate, & ordine juris. Unde nihil prohibet aliquos excusari a testimonio ferendo, si non reputentur idonei secundum jura (1).

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuatum a scripturis, & Gregorio, quod aliqui repelluntur a testificando etiam sine culpa. A Beato Gregorio quidem, ut in argum. contr. Ubi intendit excludere servos, ut servos, hoc est, etiam quod non essent in culpa (puta infames, vel infideles) & unde habetur per locum a simili, quod possunt etiam aliqui alii excludi sine eorum culpa a testificando. A scripturis vero insinuatur per hoc, quod dicitur Nume 35. *Ad unius testimonium nullus condemnabitur.* Ubi propter nullam culpm, sed solum propter cautelam vitandi testimonii falsi, excluditur iste testis, ut patet. Item Proverbo. 6. *Sex sunt, qua odio Deus, & testem fallacem.* Ex quo datur intel-

(1) Sicut illi de quibus in corpore articuli dictum est; & varii canones extant quoad singulos in Decretis: Quantum ad infideles quidem tum cap. Non potest Causa 2. quæst. 7. ex Concilio Toletano 4. cap. 63. tum cap. *Suspensus* Causa 3. qu. 1. ex Pontificio Papa epist. 2. Præter caput *Querendum ex Callixto* Causa 2. ubi supra: Quoad infames vel infamia laborantes c *Testes* Causa 2. quæst. 1. ex Damaso epist. 2. ut & cap. *Similiter* Causa 3. quæst. 5. ex rescripto Julii ad orientales cap. 33. & cap. *Qui crimen* Causa 6. quæst. 1. ex capitulo Adriani cap. 68. Quoad publice reos vel criminofos Causa 3. qu. 5. cap. *Constituimus* ex Eusebio Papa epist 3. Præter caput *Qui crimen mox notatus*: Quoad pueros vel impubes, cap. *Testes* & cap. *Si testes* Causa 4. qu. 3. ex Concilio Maticensi & ex lege Julia in Digestis: Quoad amentes implicite dicto cap. *Testes* ubi testificari prohibentur qui nec ad accusationem admitti possunt, ut & alio cap. *Testes* Causa 1. ubi

vera fidei plenitudine instruti esse debens, quales amentes non sunt: Et quoad mulieres cap. *Mulierem* Causa 33. qu. 5 ex veteris & novi Testamenti questionibus que Augustino perperam tribuuntur: Etsi certis de causis aliquando permisum esse mulieribus ius dicendi testimonii sicut & accusandi Causa 15. quæst. 3. indicetur: Quantum ad inimicos, tum cap. In primis ut jam supra ex Gregorio, tum cap. *Si testes* ex Digestis, ubi examinandum decernitur inter alias qualitates testimoniū an sint ei contra quem testimonium ferunt, inimici: Quoad personas vel conjunctas vel domesticas, Causa 4. qu. 3. dicto cap. *Testes*, & *Si testes*, ubi repudiantur quos accusator de domo sua produixerit, & domestici testimonii fiducies jure civili reprobari, nec pater pro filio testificari posse statuitur: Quoad pauperes tandem & quoad servos & generatim quoad illos quibus imperari facile potest, idem quoque capita mox indicata significant.

telligi, quod, quidquid probabilitatem afferat in contrarium de dicenda veritate, & consequenter de falsitate, potest secundum Deum esse causa ad excludendum aliquem etiam sine culpa a testificando. Qualis probabilitas datur in omnibus iis, qui narrantur in corpore a ly quandoque autem sine culpa. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS IV. 392

Utrum falsum testimonium semper sit peccatum mortale.

AD quartum sic proceditur. Videlur quod falsum testimonium non semper sit peccatum mortale. Contingit enim aliquem falsum testimonium ferre ex ignorantia facti. Sed talis ignorantia excusat a peccato mortali. Ergo testimonium falsum non semper est peccatum mortale.

2. Præterea. Mendacium quod alicui proficit, & nulli nocet, est officiosum; quod non est peccatum mortale. Sed quandoque in falso testimonio est tale mendacium; putandum aliquis falsum testimonium perhibet, ut aliquem a morte liberet, vel ab injusta sententia, quæ intentatur per aliquos falsos testes, vel per judicis perversitatem. Ergo tale falsum testimonium non est peccatum mortale.

3. Præterea. Juramentum a teste requiriatur, ut timeat peccare mortaliter pejerando. Hoc autem non esset necessarium, si ipsum falsum testimonium esset peccatum mortale. Ergo falsum testimonium non semper est peccatum mortale.

Sed contra est quod dicitur Proverb. xix.
3. *Falsus testis non erit impunitus.*

Respondeo dicendum, quod falsum testimonium habet triplicem deformitatem. Uno modo ex perjurio, quia testes non admittuntur nisi jurati; & ex hoc semper est peccatum mortale.

Alio modo ex violatione iustitiae: & hoc modo est peccatum mortale in suo genere, sicut & qualibet iustitia. Et ideo in præcepto Decalogi sub hac forma interdictum falsum testimonium, cum dicitur Exod. xx. 16. *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium:* non enim contra aliquem facit qui eum ab injuria facienda impedit, sed solum qui ei suam iustitiam tollit.

Tertio modo ex ipsa falsitate, secundum quod omne mendacium est peccatum: & ex hoc non habet falsum testimonium quod sem-

per sit peccatum mortale.

Ad primum ergo dicendum, quod in testimonio ferendo non debet homo pro certo afferere, quasi sciens, id de quo certus non est; sed dubium debet sub dubio proferre, & id de quo certus est, pro certo afferere. Sed quia contingit ex labilitate humanae memorie quod reputat se homo quandoque certum esse de eo quod falso est, si aliquis cum debita sollicitudine recogitans, estimet se certum esse de eo quod falso est, non peccat mortaliter hoc afferens: quia non dicit falso testimonium per se, & ex intentione, sed per accidens contra id quod intendit.

Ad secundum dicendum, quod injustum judicium non est judicium: & ideo ex vi iudicii falso testimonium in injusto iudicio prolatum, ad iustitiam impediendam, non habet rationem peccati mortalis, sed solum ex juramento violato.

Ad tertium dicendum, quod homines maxime abhorrent peccata quæ sunt contra Deum gravissima; inter quæ est perjurium: non autem ita abhorrent peccata quæ sunt contra proximum: & ideo ad majorem certitudinem testimonii requiritur testis juramentum.

APPENDIX

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, quod falso testimonium est semper peccatum mortale. Ut Prov. 19. *Falsus testis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit.* Loquitur enim ibi de teste, non isto tantum, vel illo, sed absolute de omni, & ideo de quocunque testimonio falso adhibito. Rursus dicit, quod talis peribit, quod de peccante solum venialiter non potest verificari. Nec obstat, si de mendacio officioso afferatur instantia qualiscumque in tali negotio: quoniam cavillum hunc sustulit Sanctius Doctor in respon. ad secundum, & q. 69. a. 1. ad secundum, & tertium. etiam quod testis ille non esset juratus. Secundo vides &c.

Q U E S T I O N E LXXI.

*De iniustitia, que sit in iudicio ex parte
advocatorum,*

in quatuor articulos divisa.

Postra considerandum est de iniustitia que sit in iudicio ex parte advocatorum : & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum advocatus teneatur præstare patrocinium causæ pauperum.

Secundo, utrum aliqui debeant arceri ab officio advocati.

Tertio, utrum advocatus peccet iniustam causam defendendo.

Quarto, utrum peccet pecuniam accipiendo pro suo patrocino.

A R T I C U L U S I. 393

*Virum advocatus teneatur præstare patrocinium
causæ pauperum.*

Inf. art. 4. corp. & ad 1.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod advocatus teneatur præstare patrocinium causæ pauperum. Dicitur enim Exod. xxiiii. 5. *Si videris asinum odientis te jacerem sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo.* Sed non minus periculum imminet pauperi si ejus causa contra iustitiam opprimatur ; quam si ejus asinus jaceat sub onere. Ergo advocatus tenetur præstare patrocinium causæ pauperum.

2. Præterea. Gregorius dicit in quadam hom. (ix. in Evang. ad fi.) (1) *Habens intellectum, curer omnia ne taceat : habens rerum affluentiam, a misericordia non torpescat : habens artem qua regitur, usum illius cum proximo partiatur : habens loquendi locum apud divitem, pro pauperibus intercedas : talentis enim nomine cuilibet reputabitur quod vel minimum accepit.* Sed talentum commissum non

Summ. S. Tb. Tom. VII.

abscondere, sed fideliter dispensare quilibet tenetur : quod patet ex poena servi abscondentis talentum, Matth. xxv. Ergo advocatus tenetur pro pauperibus loqui.

3. Præterea. Präceptum de misericordiæ operibus adimplendis, cum sit affirmativum, obligat pro loco, & tempore, quod est maxime in necessitate. Sed tempus necessitatis videtur esse quando alicujus pauperis causa opprimitur. Ergo in tali casu videtur quod advocatus teneatur pauperibus patrocinium præstare.

Sed contra. Non minor necessitas est indigentis cibo, quam indigentis advoco. Sed ille qui habet potestatem cibandi, non semper tenetur pauperem cibare. (2) Ergo nec advocatus semper tenetur causæ pauperum patrocinium præstare.

Respondeo dicendum, quod cum præstare patrocinium causæ pauperum ad opus misericordiæ pertineat, idem est hic dicendum quod & supra de aliis operibus misericordiæ dictum est (quæst. xxxii. art. 5. & 6.)

Nullus autem sufficit omnibus indigentibus misericordiæ opus impendere. Et ideo, sicut Augustinus dicit in I. de doctr. christ. (cap. xxviii.) *cum omnibus prodeesse non possis ; his potissimum consulendum est qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus, constricti tibi quasi quadam sorte junguntur.* Dicit, *pro locorum opportunitatibus* quia non tenetur homo per mandatum (3) querere indigentes, quibus subveniat ; sed sufficit, si eis qui sibi occurront, misericordiæ opus impendat. Unde dicitur Exod. xxiiii. 4. *Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum.* Addit autem & temporum, quia non tenetur homo futuræ necessitati aliterius providere ; sed sufficit, si praesenti necessitatibus succurrat. Unde dicitur I. Joan. iii. 17. *Qui viderit fratrem suum necessitatem habentem,* (4) *& clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo ?* Subdit autem, *vel quarumlibet rerum :* quia homo sibi conjunctis quacumque necessitudinē maxime debet curam impendere, se-

A a cun-

(1) Occasione talentorum que multimode a Patre-familias distributa dicuntur ; ubi paulo plenius quam hic & alia serie.

(2) Quia tunc tantum ad id obligatus intelligitur quando extremæ alicujus necessitatis casus urget, vel faltem talis necessitas, quamvis non sit extrema per se, cui aliter subveniri non potest, ut paulo infra explicatur, & ex professo dictum est qu. 32. art. 5.

cum de eleemosynis ageretur.

(3) Idest hac & illac indefinite, vel in quoconque loco ; & multo minus in iis locis, puta remotissimis, ubi non id facile posset.

(4) Juxta græcum *xp̄ias ἔχειν.* Etsi nunc in vulgatis vers. 17. *necessitatem habere* : Quod sic dici supponit S. Thomas, nec immerito, ut ad præsentem necessitatem pertinere significetur.

secundum illud I. ad Timoth. v. 8. Si quis suorum , *& maxime domesticorum curam non habet* , fidem negavit.

Quibus tamen concurrentibus , considerandum restat , utrum aliquis tantam necessitatem patiatur , quod non in promptu apparet quomodo ei possit aliter subveniri : & in casu tenetur ei opus misericordia impendere . Si autem in promptu apparet quomodo aliter ei subveniri possit vel per seipsum , vel per aliam personam magis conjunctam , aut majorem facultatem habentem ; non tenetur ex necessitate indigenti subvenire , (1) ita quod non faciendo peccet ; quamvis si subvenierit absque tali necessitate , laudabiliter faciat . Unde advocatus non tenetur semper causis pauperum patrocinium prestare , sed solum concurrentibus conditionibus praeditis : alioquin oporteret eum omnia alia negotia pratermittere , & solis causis pauperum juriandis intendere .

Et idem dicendum est de medico quantum ad curationem pauperum .

Ad primum ergo dicendum , quod quando asinus jacet sub onere , non potest ei aliter subveniri in casu isto , nisi per advenientes subveniantur : & ideo tenetur juvare . Non autem teneruntur , si posset aliunde remedium afferri .

Ad secundum , dicendum , quod homo talentum sibi creditum (2) tenetur utiliter dispensare , servata opportunitate locorum , & temporum , & aliarum rerum , ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum , quod non qualibet necessitas causat debitum subveniendi , sed solum illa quaer est dicta .

A P P E N D I X .

Ex articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas ; & in sensu recto intelligas , merito insinuatum fuisse a scripturis , quod advocatus in necessitate tenetur patrocinium dare causis pauperum ; aliter non . Insinuator autem per dictum Exod. 23. Si videris asinum odientis te jacere sub onere , non pertransibis , sed sublevabis cum eo . Igitur a

fortiori , si videris pauperem in causa sua patrocino tuo de necessitate indigentem , patrocinaberis illi . Dixi ly a fortiori , tum , quia homo pauper pluris est ; quam iumentum , tum , quia homo pauper non inimicus amandus est magis , quam inimicus . q. 27. ar. 7. cuius tamen asinus sublevanda precipitur . Item per dictum ibid . Si occurris bovi iniectiui eius , aue asino : reduc ad eum . Dic tu : ut supra nunc . Et hinc videoas , haec plurimum a fortiori valere ad q. 25. ar. 8. ubi tractatur , quod inimici suarum diligendi . Hinc que mirare phariseorum discordiam : qui in veteri testamento diligunt inimicos , dicebant , non tantum non esse preceptum , sed etiam , odire illos , esse mandatum . Vide supra , & Matt. 5. Audistis quia , &c. odio habebitis inimicum tuum . Item per Isa. 1. Quorisse judicium , subveniente oppreso , judicete pupillo , defendite viduum , Ad cuius expositionem dicitur in decretis dist. 87. Defensionis proprie desolatis auxilio decet subvenire , pupillis , & viduis suitionem etiam divinitas iustis impendi . Haec ibi Papa Anastasius . Ac si ex omnibus praeditis dicendum ab oppositis relinquatur . Si defensionis propriis auxilio desolati non fuerint , si sub onere positi alium sufficierent sublevantem habuerint : hoc est , si extra casum necessitatis fuerint , non tenereris ad dandum eis patrocinium , ita , quod non dando pecces . Secundo vides , &c.

A R T I C U L U S II . 394

Utrum convenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio advocandi .

Inf. quest. clxxxviii. ar. 3. ad 2.

Ad secundum sic proceditur . Videtur quod inconvenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio advocandi . Ab operibus enim misericordia nullus debet arceri . Sed patrocinium prestare in causis , ad opera misericordia pertinet , ut dictum est (art. præc.) Ergo nullus debet ab hoc officio arceri .

2. Præterea . Contrariarum causarum non videtur esse idem effectus . (3) Sed esse datum

(1) Modo sic apparet posse subveniri ut non physique tantum possibile intelligatur , sed moraliter ; hoc est in ea dispositione videatur qui facultatem habet maiorem , vel ex causa majori obligatur , ut presumatur subveniatur .

(2) Usurpatum ex phras. Ecclesie in officio Confessorum , idest commissum ; & ex Luc. 16. vers. 11.

ubi dicitur tradere , idest committere in simili occasione .

(3) Sicut per oppositum , non eadem contrariorum effectiva sunt , ut cap. 8. libri quinti Politicon ut videtur est ; ubi perperam in quibusdam latinis codicibus effectus contrarii pro contrariis effectivis leguntur , quasi contrariorum sunt contrarii effectus .

tum rebus divinis, & esse deditum peccatis, est contrarium. Inconvenienter ergo excludantur ab officio advocati quidam propter religiosem, ut monachi, & clerici; quidam autem propter culpam, ut infames, & heretici.

3. Præterea. Homo debet diligere proximum sicut seipsum. Sed ad officium dilectionis pertinet quod aliquis advocatus causæ alienus patrocinetur. Inconvenienter ergo aliqui, quibus conceditur pro seipsis auctoritas adovationis, prohibentur patrocinari causis aliorum.

Sed contra est quod iiii. quest. vii. (cap. *Infames*) (1) multæ personæ arcentur ab officio postulandi.

Respondendo dicendum, quod aliquis impeditur ab aliquo actu dæplici ratione: uno modo propter impotentiam; alio modo propter indecentiam. Sed impotentia simpliciter excludit aliquem ab actu; indecentia autem non excludit omnino, quia necessitas indecentiam tollere potest.

Sic ergo ab officio advocatorum prohibentur quidam propter impotentiam; eo quod deficiunt sensu, vel interiori, sicut furiosi, & impuberis, vel exteriori, sicut surdi, & muti. Est enim necessaria advocato & interior peritia, qua possit convenienter justitiam assumptæ causæ ostendere, & iterum loquela cum auditu, ut possit pronuntiare, & audire quod ei dicitur. Unde qui in his defectum patiuntur, omnino prohibentur ne sint advocati nec pro se, nec pro aliis.

Decentia autem hujus officii exercendi tollitur duplicitate. Uno modo ex hoc quod aliquis est rebus majoribus obligatus. Unde monachos, & presbyteros non decet in quacumque causa advocatos esse, neque clericos in judicio seculari; quia hujusmodi personæ sunt rebus divinis adstrictæ.

Alio modo propter personæ defectum, vel corporalem, ut patet de cæcis, qui convenienter judicio astare non possent, vel spiritualem, non enim decet ut alterius justitiae pa-

tronus existat qui in seipso justitiam contempsit. Et ideo infames, infideles, & damnati de gravibus criminibus non decenter sunt advocati.

Tamen hujusmodi indecentia necessitas pressur. Et propter hoc hujusmodi personæ possunt pro seipsis, vel pro personis sibi coniunctis uti officio advocati. (2) Unde & clerici pro Ecclesiis suis possunt esse advocati, & monachi pro causa monasterii sui, si Abbas præceperit.

Ad primum ergo dicendum, quod ab operibus misericordia interdum propter indecentiam impediuntur aliqui, & aliqui propter impotentiam. Non enim omnia opera misericordia omnes decent; sicut stultos non decet consilium dare, neque ingnorantes docere.

Ad secundum dicendum, quod sicut virtus corruptitur per superabundantiam, & defecit; ita aliquis fit indecens & per majus, & per minus. Et propter hoc quidam arcentur a patrocinio præstando in causis, quia sunt majores tali officio, sicut religiosi, & clerici; quidam vero, quia sunt minores quam ut eis hoc officium competit, sicut infames & infideles.

Ad tertium dicendum, quod non ita imminet homini necessitas patrocinari causis aliorum sicut propriis, quia alii possunt sibi aliter subvenire: unde non est similis ratio.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum suisse a scripturis, & a Canonibus, quod aliqui arcentur convenienter ab officio advocandi. A Canonibus quidem, ut in argum. contr. A scripturis vero, tanquam figuris, per hoc, quod dicitur Isa. 30. *Ad populum, qui sis prodeesse non poteris: Egypcius frustra, & vene auxiliabitur & capitul. 31. Corruet auxiliator.* Per hæc enim, & similia di-

A a 2 etia

(1) Ex libro i. Digestorum: Ubi dicitur prius quod infames non possunt esse procuratores vel patroni causarum: Deinde quod quidam prohibentur omnino postulare; vel propter etatem, ut minores decem & septem annis; vel propter casum, ut surdus qui profrus non audit: Alii prohibentur ne pro aliis postulent, vel propter sexum, ut feminæ; vel propter casum, ut utroque lumine orbati; vel propter notam surpitudinem, ut ii qui corpore suo muliebris passi sunt (nisi forte vi prædonum vel bestium stuprati probentur): Similiter qui capitali crimine vel calum-

nia causa publico judicio sunt damnati &c.

(2) Sic enim in predicto cap. subiungitur de illis qui dicti sunt a postulando excludendi: Permititur autem eis postulare pro patribus, patrōno, liberis, parentibusque patrem; pro liberis etiam suis, fratribusque ac sororibus, pro uxore, sacero, saceris, genro, nusu, virtrico, novero, præsigo vel præsigna, pupillo vel pupilla; ut & pro furioso, furiosa, surdo, muto, prodigo &c. Quod autem & Monachis licet, ex cap. *Monachi a monasterio Causa 16. quest. 1.* patet.

Etia insinuatur, quod omnes patrocinari, seu auxiliari, etiam nostris temporibus aut omnino non poterunt, aut non bene poterunt; id, quod est in proposito figuraliter dixisse, quod aliqui convenienter arcebuntur ab officio advocandi. Nam advocare, ut hic sumitur, est prodesse, auxilium ferre, auxiliari alicui. *Secundo* vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, declaretur vicissim angelica doctrina præsens, & confirmetur.

A R T I C U L U S III. 395

Utrum advocatus peccet, si injustam causam defendat.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod advocatus non peccet, si injustam causam defendat. Sicut enim ostenditur peritia medici, si infirmitatem desperatam sanet, ita etiam ostenditur peritia advocati, si injustam causam defendere possit. Sed medicus laudatur, si infirmitatem desperatam sanet. Ergo etiam advocatus non peccat, sed magis laudandus est, si injustam causam defendat.

2. *Præterea.* A qualibet peccato licet desistere. Sed advocatus punitur, si causam suam (*) prodiderit, ut habetur 11. quæst. 111. (in append. Grat. ad cap. Si quem pæniterebit.) (1) Ergo advocatus non peccat injustam causam defendendo, si eam defendantem suscepit.

3. *Præterea.* Majus videtur esse peccatum, si injustitia utatur ad justam causam defendendam (puta producendo falsos testes, vel allegando falsas leges) quam injustam causam defendendo: quia (**) hoc est peccatum in forma, illud in materia. Sed videtur advocate licere talibus astutis uti, sicuti militi licet ex insidiis pugnare. Ergo videtur quod advocatus non peccet, si injustam causam defendat.

Sed contra est quod dicitur II. Paralip. xix. 2. *Impio præbes auxilium . . . & ideo iram Domini meraberis.* Sed advocatus defendens causam injustam, impio præbet auxilium. Ergo peccando iram Domini meretur.

Respondeo dicendum: quod illicitum est alicui cooperari ad malum faciendum, sive consiluendo, sive adjuvando, sive qualitercumque consentiendo: quia consilians, & coadjuvans quedammodo est faciens: & Apostolus dicit Rom. 1. 32. quod digni sunt morte, non solum qui faciunt peccatum, sed etiam qui consilium facientibus. Unde & supra dictum est (quæst. lxi. art. 7.) quod omnes tales ad restitutionem tenentur. Manifestum est autem quod advocatus auxilium, & consilium præstat ei cuius causa patrocinatur.

Unde si scienter injustam causam defendit, absque dubio graviter peccat, & ad restitutionem tenetur ejus damni quod contra iustitiam per ejus auxilium altera pars incurrit. Si autem ignoranter injustam causam defendit, putans esse justam, excusatetur secundum modum quo ignorantia excusari potest. (2)

Ad primum ergo dicendum, quod medicus accipiens in cura infirmitatem desperatam, nulli facit injuriam; advocatus autem suscipiens causam injustam, injuste ludit eum contra quem injuste patrocinium præstat. Et ideo non est similis ratio. Quamvis enim laudabilis videatur quantum ad peritiam artis; tamen peccat quantum ad iustitiam voluntatis, quia abutitur arte ad malum.

Ad secundum dicendum, quod advocatus si in principio credit causam iustum esse, & postea in processu appareat eam esse injustam, non debet eam prodere, ut scilicet aliam partem juvet, vel secreta sua cause alteri parti revelet. (3) Potest tamen, & debet causam deserere, vel eum cuius causam agit, ad cedendum inducere, sive ad comprehendendum sine adversarii damno.

Ad

(*) Ita optime cum cod. Alcan. & Garcia Nicola-jus, & recentiores editi. Ali perdiderit.

(1) Ubi ex Ulpiano refert advocateum si prodidit in causam suam puniri extra ordinem solere, quia prævaricator propriè non est, & propterea ordinaria prævaricatorum poena non est puniendus: Hanc autem appendicem cum textu ipso qui ex libro capitulorum cap. 175. prænotatur, veteres Decretorum editiones Causa illa 2. (sicut & in cæteris passim) confundebant; Unde alterius pro altero indifferenter citat S. Thomas. Eadem porro de advocate poena extraordinaria tantum videre est in Syntagmate Juris lib. 32. cap. 21. num. 1. non sub nomine tamen

Ulpiani.

(**) Verba hoc, & illud esse transposita, monens Theologii, ut hoc ad primum, ille ad secundum referatur.

(2) Sive juxta varium & diversum ignorantiae modum, que nunc magis nunc minus excusanda vide ri potest; prout magis vel minus voluntaria seu vincibilis, juxta ea que circa illam 1. 2. qu. 76. art. 3. & sequente dicta sunt.

(3) Nisi ex eo saltē grave damnum & irreparabile adversario immineat, sicut & supra de textibus dictum est quæst. 70.

Ad tertium dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. xl. art. 3.) militi, vel duci exercitus, licet in bello justo ex insidiis agere ea quæ facere debet, prudenter occultando, non autem falsitatem fraudulenter faciendo: quia & hosti fidem servare oportet, sicut Tullius dicit in I. de offic. (1) Unde & advocato defendantii causam justam licet prudenter occultare ea quibus impediri posset processus ejus; non autem licet ei aliqua falsitate uti.

APPENDIX.

EX art. habes primo; quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum a scripturis, quod advocato, quoniam & nulli licitum est defendere injustam causam, sed peccat. Ut 2. Paralipomenon 19. secundum quod explicatur in arg. contr. Item Rom. 1. *Digni sunt morte, qui consentiunt mala facientibus.* Ergo multo magis dignos morte ibi subindicavit Apostol. eos, qui mala, atque ideo causam injustam, defendant. Secundo vides: quomodo, &c.

ARTICULUS IV. 396

Urum advocato liceat pro suo patrocinio pecuniam accipere.

Opusc. xix. cap. vii.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod advocato non liceat pro suo patrocinio pecuniam accipere. Opera enim misericordiaz non sunt intuitu humanæ remunerationis facienda, secundum illud Lucæ xiv. 12. *Cum facis prandium, aut canam, noli vocare amicos tuos, (2) neque vicinos divites, ne forte ipsi te reinvinent, & fiat tibi retributio.* Sed præstare patrocinium causæ alicuius pertinet ad opera misericordiaz, ut dictum est (art. 1. hujus quest.) Ergo non licet ad-

vocato accipere retributionem pecuniaz pro patrocinio præfrito.

2. Præterea. Spirituale non est pro temporali commutandum. Sed patrocinium præstitum videtur esse quoddam spirituale, cum sit usus scientiæ juris. Ergo non licet advocate pro patrocinio præfrito pecuniam accipere:

3. Præterea. Sicut ad judicium concurrit persona advocati, ita etiam persona judicis, & persona testis. Sed secundum Augustinum ad Macedonium (epist. liv. inter med. & fin.) (3) *non debet iudex vendere justum judicium, nec testis verum testimonium.* Ergo nee advocatus poterit vendere justum patrocinium -

Sed contra est quod Augustinus dicit ibid. quod *advocatus licite vendit justum patrocinium, & jurispræfitus verum consilium.*

Respondeo dicendum, quod quæ quis non tenetur alteri exhibere, iuste potest pro eorum exhibitione recompensationem accipere. Manifestum est autem quod advocatus non semper tenetur patrocinium præstare, aut consilium dare causis aliorum. Et ideo si vendat suum patrocinium, sive consilium, non agit contra justitiam.

Et eadem ratio est de medico opem ferente ad sanandum, & de omnibus aliis hujusmodi personis; dum tamen moderate accipiunt, considerata conditione personarum, & negotiorum, & laboris, & consuetudine patriæ.

Si autem per improbitatem aliquid immoderate extorqueant, peccant contra justitiam. Unde Augustinus dicit ad Macedonium (loc. sup. cit.) quod *ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent* (4).

Ad primum ergo dicendum, quod non semper quæ homo potest misericorditer facere, tenetur facere gratis: alioquin nulli licet aliquam rem vendere: quia quamlibet rem

(1) Äquivalenter & implicitè cum de bellicis officiis agit, sed expressius lib. 3. ubi de fide agit ex professo: *Sic enim ibi num. 107. Est etiam fides iurisprudenti sepe hosti servanda &c.*

(2) Et ut ibidem interiecitur vers. 12. *neque fratres suos neque cognatos:* Ubi breviter Ambrosius: *Nam hospitalem esse remuneraturis affectus avaritia est:* Idemque dixi potest in proposito, quod *advocatum esse sive patrocinari remuneraturis &c.*

(3) Refertur in Decretis Causa 10. qu. 4. cap. Non sane, sc. endem tenore sic utraque appendix connectitur, (hæc & proxime sequens) Non ideo debet *iudex vendere justum judicium aut testis refe-*

rum testimonium, quia vendit advocatus justum patrocinium &c. Jurisperitus verum consilium: Sed minus plene causa 11. qu. 3. cap. *Non licet, ubi omisso vero testimonio simpliciter dicitur: Non licet iudici vendere justum judicium, et si liceat advocate vendere justum patrocinium & jurisconsulto rectum consilium.*

(4) Ut rursus in Decretis refertur causa 14. post predicta, ubi additur: *Magisque reprehendimus eos qui talia iniustitate repetiverunt, quam qui ea de more sumpserunt; quoniam multæ persona necessaria rebus humanis, vel invianctur hujusmodi commodis, vel generantur.*

rem potest homo misericorditer impendere : sed quando eam misericorditer impendit, non humanam, sed divinam remuneracionem querere debet . Et similiter advocatus quando cause pauperum misericorditer patrocinatur, non debet intendere remuneracionem humanam, sed divinam ; non tamen semper tenetur gratis patrocinium impendere.

Ad secundum dicendum, quod etiæ scientia juris sit quoddam spirituale, tamen usus ejus sit opere corporali : & ideo pro ejus recompensatione licet pecuniam accipere, alioquin nulli artifici liceret de arte sua laerari (1).

Ad tertium dicendum, quod judex, & testis communes sunt utriusque parti : quia judex tenetur justam sententiam dare, & testis tenetur verum testimonium dicere (2). Justitia autem, & veritas non declinant in unam partem magis quam in aliam. Et ideo judicibus de publico sunt stipendia laboris statuta ; & testes accipiunt, non quasi pretium testimonii, sed quasi stipendum laboris, expensas, vel ab utraque parte, vel ab ea a qua inducuntur : quia *nemo militat stipendiis suis umquam*, ut dicitur I. ad Cor. ix. 7. Sed advocatus alteram partem tantum defendit : & ideo licite potest pretium accipere a parte quam adjuvat.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis, summis Pontificibus, & August., quod licitum est advocato pecuniam accipere pro suo patrocinio . Ab August. ut in *arg. contumelias per votum* . Ubi Magistri accipiunt licite pecuniam ab Ecclesia, ut ibi decernitur. Ergo per hoc monstratur, quod ab aliis licite acciperent, nisi a publico conducti essent . Ergo a simili de advocatis (sicut & de medicis, aliisque similibus) esse dicendum idem, per ipsos eosdem canones communitatur . A scripturis per dictum Gen. 14.

Ipsi accipiens partes suas . Nam & advocati militant in favorem hujus, vel illius : unde a simili monstratur ibi intentam articuli presentis . Secundo vides : quomodo ex iis bene pepsatis, & applicatis declaretur vicissim angelica haec doctrina & confirmetur.

Q U Ä S T I O LXXII.

De injuriis verborum, que inferuntur extra judicium, & primo de contumelia,
in quatuor articulos divisa.

DEinde considerandum est de injuriis verborum, quæ infertuntur extra judicium: & primo de contumelia ; secundo de detractione ; tertio de susurratione ; quarto de derisione ; quinto de maledictione .

Circa primum queruntur quatuor.

Primo, quid sit contumelia.

Secundo, utrum omnis contumelia sit peccatum mortale .

Tertio, utrum oporteat contumeliosos respondere .

Quarto de origine contumeliaz .

A R T I C U L U S I. 397

Utrum contumelia consistat in verbis,

Inf. quest. lxxiiii. art. 1. & Psal. lxxii. ¶ Rom. 3. lett. 8.

AD primum sic proceditur . Videtur quod contumelia non consistat in verbis . Contumelia enim importat quoddam nocendum proximo illatum, cura pertineat ad injuriam . Sed verba nullum documentum vindicantur inferre proximo nec in persona, nec in rebus . Ergo contumelia non consistit in verbis .

2. Præterea . Contumelia videtur ad quamdam dehonorationem pertinere (3) . Sed magis aliquis potest inhonori, seu vituperari factis quam verbis . Ergo videtur quod contumelia

(1) Cum & omnis ars quoddam spirituale dici possit.

(2) Hanc ipsam rationem assignat Augustinus expresso ubi supra, cur neque Judex iustum judicium vendere, neque vendere verum testimonium testis possit, & tamen possit advocatus vendere iustum patrocinium, ut & Jurisperitus rectum seu verum conficiunt : *illi enim inter utramque partem* (inquit)

ad examen addibentur : ipsi ex una parte consistunt : Unde infert quod male *ibi oblatam pecuniam reponere solet qui iustum judicium emit, quis vendit esse non debuit ; sed non etiam ille qui emit iustum patrocinium &c.*

(3) Hinc eam *falsum dictumque inhonoris* vocat Seneca lib. de constantia Sapientis cap. 10. ut *conspicuum* sita.

gratia non consistat in verbis, sed magis in factis.

3. Præterea. Dehonoratio quæ sit in verbis, dicitur *convicium*, vel *improperium*. Sed contumelia videtur differre a convicio, & ab improperio. Ergo contumelia non consistit in verbis.

Sed contra. Nihil auditu percipitur nisi verbum (1). Sed contumelia auditu percipitur, secundum illud Hierem. xx. 10. *Auditu contumelias in circuitu*. Ergo contumelia est in verbis.

Respondeo dicendum, quod contumelia importat dehonorationem alicujus: quod quidem contingit dupliciter. Cum enim honor aliquam excellentiam consequatur, uno modo aliquis alium dehonoret, cum privat eum excellentia, propter quam habebat honorem: quod quidem sit per peccata factorum, de quibus supra dictum est (quæst. lxiv.-lxv. & lxvi.)

Alio modo cum aliquis id quod est contra honorem alicujus, deducit in notitiam ejus, & aliorum: & hoc proprie pertinet ad contumeliam: quod quidem sit per aliqua signa. Sed, sicut Augustinus dicit in II. de doctr. christ. (cap. l. l. circ. med.) *omnia signa verbis comparata paucissima sunt: verba enim inter homines obtinuerunt principiam significandi quocunque animo concipiuntur*. Et ideo contumelia, proprie loquendo, in verbis consistit: unde Isidorus dicit in Lib. X. *Etymol.* (2) quod *contumeliosus dicitur aliquis, quia velox est, & ruit verbis impetu*.

Tamen quia etiam per facta aliqua significatur aliiquid, quæ in hoc quod significant, habent vim verborum significantium; inde est quod contumelia extenso nomine etiam in factis dicitur. Unde Rom. 1. super illud, *Contumeliosos, superbos*, dicit Glossa (3) quod contumeliosi sunt qui dictis, vel factis

„contumelias, & turpia inferunt“

Ad primum ergo dicendum, quod verba secundum sui essentiam, idest inquantum sunt quidam soni audibles, nullum nocumentum alteri inferant; nisi forte gravando auditum, pura cum aliquis nimis alte loquitur. Inquantum vero sunt signa representantia aliiquid in notitia aliorum, sic possunt damna multa inferre: inter quæ unum est quod homo damnificatur quantum ad detrimentum honoris sui, vel reverentie sibi ab aliis exhibenda. Et ideo major est contumelia, si aliquis alicui defectum suum dicat coram multis: & tamen si sibi soli dicat, potest esse contumelia, inquantum ipse qui loquitur, injuste contra reverentiam audiens agit.

Ad secundum dicendum, quod instantum aliquis aliquem factis dehonoret, inquantum illa facta, vel faciunt vel significant illud quod est contra honorem alicujus: quorum primum non pertinet ad contumeliam, sed ad alias injuritiae species, de quibus supra dictum est (4) secundum vero pertinet ad contumeliam, inquantum facta habent vim verborum in significando.

Ad tertium dicendum, quod convicium, & improperium consistunt in verbis, sicut & contumelia: quia per omnia hæc representatur aliquis defectus alicujus in detrimentum honoris ipsius. Hujusmodi autem defectus est triplex, scilicet defectus culpe, qui representatur per verba contumeliosa; & defectus generaliter culpe, & paenæ, qui representatur per convicium, quia vitium conuenit dicit non solum animæ, sed etiam corporis: unde si quis alicui injuriose dicat, cum esse cacum, convicium quidem dicit, sed non contumeliam; si quis autem dicat alteri, quod sit fur, non solum convicium, sed etiam contumeliam infert. Quandoque vero representat aliquis alicui defectum minor-

(1) Si proprie sumatur auditio, sicut hic summi presumitur: Alioqui non semel in Scriptura metaphorice indicantur audiri quædam quæ nondum verbis proferuntur, vel quæ ad visum spectant: Ut Psal. 9. vers. 17. *Preparationem cordis eorum audiatis auris suas*: Et Psal. 35. vers. 13. *Auribus percipite lacrymas meas*; Non sic tamen cum de homine audiente sermo est; ut hic de Hieremias vers. 10.

(2) Vel Originum lib. 10. cap. 3. quasi a tumescendo sive contumescendo dictum putet: Quamvis potius a contemptu Seneca lib. de constantia sapientis cap. 11. derivet.

(3) Sine nomine notat & vetus Glossa collateralia ex qua defensus S. Thomas, & interlinealis moder-

na vel impressa: Sed ex Aymone sumpta videri posse, vel ex Petro Lombardo expressus: Et si passim, ut Primafius & Sedulius tom. 1. Bibliothæce Patrum, *Veloces in verborum injuriis* interpretantur: Ut & Theodoretus qui ad probra proni suos &c.

(4) Ut de occisione qu. 64. De mutilatione membrorum vel incarceratione ac verberatione, qu. 65. De furto vel rapina & qualicunque ablitione rerum qu. 66. Quod autem & in factis proper aliquam significacionem *consumedia* dici possit, ex eo patet quod per *consumēdiam exprimere frumentum* (seu predari & stripes) Cicero dixit Orat. 5. contra Verrem; sicut & *forma contumeliam* dicit Seneca in consolaz. ad Martium cap. 11.

norationis , sive indigentia , qui etiam derogat honori consequenti quamcumque excellentiam : & hoc sit per verbum improprietatis ; quod proprie est quando aliquis injurioso alteri ad memoriam reducit auxilium quod contulit ei necessitatem patienti . Unde dicitur Eccli . xx . 15 . *Exigua dabit , & multa improperebit* (1) . Quandoque tamen unum istorum pro alio ponitur .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , insinuatum merito fuisse a scripturis , quod contumelia consistit in verbis , & quandoque in factis . Ut Jerem . 20 . Secundum quod addueitur in argum . contr . Item Prov . 10 . Qui profert contumeliam (scilicet labiis , ut contextus indicat) insipiens est . Item , quod quandoque in factis , per illud 1 . Paralipom . 19 . Grandem contumeliam sufluerant . Loquitur enim de nuncis David , qui a filiis Amon per facta multum deribilia inibi recitata dehonestati fuerant , & hanc factorum dehonestationem vocat contumeliam . Secundo vides : quomodo &c .

A R T I C U L U S II . 398

Utrum contumelia , sive convicium sit peccatum mortale .

Inf . quest . clviiii . art . 5 . ad 3 . & I . Cor . xv . lct . 7 . & Gal . iii . princ .

AD secundum sic proceditur . Videtur quod contumelia , vel convicium non sit peccatum mortale . Nullum enim peccatum mortale est actus alicujus virtutis . Sed conviciari est actus alicujus virtutis , scilicet extra-

pelie , ad quam pertinet bene conviciari , secundum Philosophum in IV . Ethic . (2) Ergo convicium , sive contumelia non est peccatum mortale .

2 . Præterea . Peccatum mortale non inventatur in virtutis perfectis ; qui tamen convicia , vel contumelias aliquando dicunt ; sicut patet de Apostolo , qui ad Galatas 111 . 1 . dicit : *O insensati Galate* : & Dominus dicit Lucae ult . 25 . *O stulti , & tardi corde ad credendum . Ergo convicium , sive contumelia non est peccatum mortale .*

3 . Præterea . Quamvis illud quod est peccatum veniale ex genere , possit fieri mortale ; non tamen peccatum quod est ex genere mortale , potest esse veniale , ut supra habitum est (1 . 2 . quæst . lxxxviii . art . 4 . & 6 .) Si ergo dicere convicium , vel contumeliam esset peccatum mortale ex genere suo , sequeretur quod semper esset peccatum mortale : quod videtur esse falsum , ut patet in eo qui leviter ex surreptione , vel ex levi ira dicit aliquod verbum contumeliosum . Non ergo contumelia , vel convicium ex genere suo est peccatum mortale .

Sed contra . Nihil meretur poenam æternam inferni , nisi peccatum mortale . Sed convicium , vel contumelia meretur poenam inferni , secundum illud Matth . v . 22 . *Qui dixerit fratri suo , Fatus , reus erit gehenna ignis .* (3) Ergo convicium , vel contumelia est peccatum mortale .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art . præc . ad 1 .) verba , in quantum sunt soni quidam , non sunt in documentum aliorum , sed in quantum significant aliquid : quæ quidem significatio ex interiori affectu procedit . Et ideo in peccatis verborum maxime considerandum videtur ex quo affectu aliquis verba proferat .

Cum

(1) Nimurum insipiens , ut præmittitur ibi vers . 14 .

(2) Non cap . 8 . ut fictitie prius ad marginem , sed vel cap . 14 . græco-lat . vel cap . 16 . in antiquis & apud S . Thomam lect . 16 . ubi & extrapeli explicantur (ex græco ἀντράπειας) qui se facile vertunt sive reflectunt ad illud quod honestam in conversatione hilaritatem decet : Nec extrapeli porro quasi bene conviciantes (καίδερτες) a Philosopho commendantur , sed συμπλοῖ ταιχότας , opportuno ludentes &c .

(3) Quod non per hyperboleum vel exaggerationem dictum Chrysostomus inculcat hom . 16 . in Matthæum , & hoc dicentes reprehendit quasi seipso infidelis loquitions seducentes , quod ponam tantam pro verbo uno subeundam non potent ; nec adver- tant quam grave iudea periculum emergat &c . Sic

vere ibi Hieronymus : *Qui enim (inquit) aque in Deum credenti dicit Fatus , impius est in religione . Quin & de Racha sic præmittit ibidem : Racha enim (quod est proprium verbum Hebraeorum) dicitur xerxes , id est inanis aut vacuus quem nos vulgata iniuria possumus absque cerebro , nascupere : Tum subdit : Si pro sermone otioso reddituri sumus rationem quanto magis de consumelias ? &c .* Strictius tamen Hilarius Cap . 4 . in Matth . de illo intelligit qui *Spiritu sancto plenum convicio vacuitatis infinitam , contumeliam Spiritus sancti Sanctorum Judicum animadversione lustrauit* : Ut & mox : *Piaculi magni periculum est (inquit) quem salem Deus nuncupaverit , cum contumelias infestari sensus recessero .*

Cum ergo convicium , seu contumelia de sui ratione importet quamdam dehonorationem , si intentio proferentis ad hoc feratur , ut per verba quæ profert , honorem alterius auferat , hoc proprie & per se est dicere convicium , vel contumeliam : & hoc est peccatum mortale , non minus quam furtum , vel rapina : non enim homo minus amat suum honorem quam rem possestam.

Si vero aliquis verbum convicium , vel contumeliam alteri dixerit , non tamen animo dehonorandi , sed forte propter correctionem , vel propter aliquid hujusmodi , non dicit convicium , vel contumeliam formaliter & per se , sed per accidens & materialiter , in quantum , scilicet dicit id quod potest esse convicium , vel contumeliam : unde hoc potest esse quandoque peccatum veniale , quandoque autem absque omni peccato .

In quo tamen necessaria est discretio , ut moderate homo talibus verbis utatur : quia posset esse ita grave convicium ; quod per incautelam prolatum auferret honorem ejus contra quem proferretur : & tunc posset homo peccare mortaliter , etiam si non intendere dehonorationem alterius ; sicut etiam si aliquis incaute aliud ex ludo percutiens graviter laedat , culpa non caret .

Ad primum ergo dicendum , quod ad eutrapeliam pertinet dicere aliquod leve convicium , non ad dehonorationem , vel ad contristationem ejus in quem dicitur , sed magis causa delectationis , & joci : & hoc potest esse sine peccato , si debitæ circumstantiæ obseruentur . Si vero aliquis non reformidet contristare eum in quem profertur hujusmodi jocorum convicium , dummodo aliis risum excitat , hoc est vitiosum , ut ibidem dicitur .

Ad secundum dicendum , quod sicut licetum est aliquem verberare , vel in rebus damnificare causa disciplinæ ; ita etiam causa disciplinæ potest aliquis alteri , quem debet corriger , verbum aliquod conviciorum dicere : & hoc modo Dominus discipulos vocavit stultos , & Apostolus Galatas insensatos . Tamen , sicut dicit Augustinus in Libro II . de sermone Domini in monte (cap . xix . circ . fin .) rare , & ex magna necessitate objurgations sunt addibenda ; in quibus non no-

Summ . S . Th . Tom . VII .

(1) Vel sicut est in Augustini textu lib . 2 . cap . 30 . sive 19 . in modernis exemplaribus . Ita tamen ut etiam in his ipsis non nobis sed &c . in illa verba ex Matth . 7 . Ejice primum trabem &c .

bis , sed ut Domino serviatur , infletemus . (1)

Ad tertium dicendum , quod cum peccatum convicium , vel contumeliam ex animo decentis dependeat , potest contingere quod sit peccatum veniale , si sit leve convicium , non multum hominem dehonestans , & proferatur ex aliqua animi levitate , vel ex leviora , absque firmo proposito aliquem dehonestandi ; puta cum aliquis intendit aliquem per hujusmodi verbum leviter contristare .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto intelligas , merito insinuatum esse a Scripturis , quod contumelia , seu convitium , est peccatum mortale . Ut per dictum Matth . 5 . secundum quod narratur in argum . contr . Item Rom . primo . Ubi ponuntur contumeliosi inter peccantes & mortaliter . Item i . Tim . 1 . ubi de seipso dicit S . Paulus , quod fuit contumeliosus , inter alia sua peccata mortalia , ly bl . spcemos , ly persecutor , enumerans hoc . Secundo vides , &c .

A R T I C U L U S III . 399

Utrum aliquis debeat contumelias sibi illatas sustinere .

Inf . quest . lxxiiii . art . 4 . ad 1 . & opus . xix . cap . xvi .

AD tertium sic proceditur . Videtur quod aliquis non debeat contumelias sibi illatas sustinere . Qui enim sustinet contumeliam sibi illatas , audaciam nutrit conviantis . Sed hoc non est faciendum . Ergo homo non debet sustinere contumeliam sibi illatam , sed magis convianti respondere . (2)

2 . Præterea . Homo debet plus se diligere quam alium . Sed aliquis non debet sustinere quod alteri convictum inferatur : unde dicitur Prov . xxi . 10 . Qui imponit stulto silentium , iras mitigat . Ergo etiam aliquis non debet sustinere contumelias sibi illatas .

3 . Præterea . Non licet alicui vindicare seipsum , secundum illud (Rom . xii . 19 .)

B b Mibi

(2) Ideft , reponens contumeliam , seu vicissim contumeliis eum afficere , vel saltem verbis reprimere contumelias ejus &c .

Mibi vindicta , & ego retribuam . (1) Sed aliquis non resistendo contumeliz se vindicat, secundum illud Chrysostomi (hom. xxii. in epist. ad Rom. a med. & hom. xlvi. in Matth. a med.) *Si vindicare vis , sile , & funestum ei dedisti plagam .* Ergo aliquis non debet silendo sustinere verba contumeliosa , sed magis respondere .

Sed contra est quod dicitur in Psalm. xxxvii. 13. *Qui inquietabat mala mibi , locuti sunt vanitates : & postea subdit : Ego autem tamquam surdus non audiebam , & si censut mutus non aperiens os suum .*

Respondeo dicendum, quod sicut patientia necessaria est in his quæ contra nos sunt , ita etiam in his quæ contra nos dicuntur .

Præcepta autem patientia in his quæ contra nos sunt , sunt in præparatione animi habenda , sicut Augustinus in Lib. I. de serm. Domini in monte (cap. xix. ante med.) exponit illud præceptum Domini : *Si quis percussit te in unam maxillam , prebe ei & aliam ; ut scilicet homo sit paratus hoc facere , si opus fuerit .* Non tamen hoc semper tenetur facere actu : quia nec ipse Dominus hoc fecit sed cum lucepisset alapam dixit : *Quid me cedis ? ut habetur Joan. xviii. 23.*

Et ideo etiam circa verba contumeliosa quæ contra nos dicuntur , est idem intelligendum . Tenemur enim habere animum pararum ad contumelias tolerandas , si expediens fuerit .

Quandoque tamen oportet ut contumeliam illarum repellamus , maxime propter duo . Primo quidem propter bonum ejus qui contumeliam infert , ut videlicet ejus audacia reprinatur , & de cetero talia non attent , secundum illud Prov. xxvi. 5. *Responde stulto juxta stultitiam suam , ne sibi sapiens videatur .* Alio modo propter bonum multorum , quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas . Unde Gregorius dicit

super Ezech. (hom. ix. cir. med.) *Hi quorum vita in exemplo imitationis est posita , debent , si possunt , detraebentium sibi verba compescere ; ne eorum prædicationem non audiante qui audire poterant , & ita in prævis moribus remanentes bene vivere contemnant .*

Ad primum ergo dicendum , quod audaciam conviciantis contumeliosi debet aliquis moderate reprimere , scilicet propter officium caritatis , non propter cupiditatem privati honoris . Unde dicitur Prov. xxvi. 4. *No respondeas stulto juxta stultitiam suam , ne ei similis efficiaris .*

Ad secundum dicendum , quod in hoc quod aliquis alienas contumelias reprimit ; non ita timetur cupiditas privati honoris , sicut cum aliquis repellit contumelias proprias ; magis autem videtur hoc provenire ex caritatis affectu .

Ad tertium dicendum , quod si aliquis hoc animo taceret , ut tacendo contumeliantem ad iracundiam provocaret , hoc pertineret ad vindictam , sed si aliquis taceat ; volens dare locum iræ , hoc est laudabile . Unde dicitur Eccli. viii. 4. *Non litigies cum homine linguo , & non struis (2) in ignem illius signa .*

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito insinuatum fuisse a scripturis , quod homo debet contumelias sibi illatas sustinere . Ut per dict. Psal. 37. secundum quod ordinatur in argum. contr. Item per Jacob. 1. *Patientia vobis necessaria .* Item 2. Cor. 12. *Plac-bo mibi in infirmitatibus meis , in contumelias .* Item per dictum 1. Thessal. 2. *Ante passi multa & contumelias affecti .* Ubi ab Apostolo Paulo laudantur de hoc , quod contumelias sibi ipsi illatas gaudenter sustinuerant . Item per Actuum 5. *Ibant*

(1) Quod ex Deut. 32. vers. 35. usurpat Apostolus , ubi dicitur in vulgata , *Mea est ultio , & ego retribuam :* acut 70. vero , *In die ultioris .* Quod autem subjungitur ex Chrysostomo & ex illius hom. 43. & 85. prius indicabatur ad marginem , ubi alia quedam de convictio tolerando ab his diversa extant , expressius ex hom. 22. in epist. ad Romanos , tametsi paulo immutata serie , colligitur : *Sic enim ibi : Quando convictia regeris (inquit) vinceris non ab homine , sed quod magis pertinet ac turpe est , a passione atque imperio ire ; si vero tacueris , & vincis & nequecum figis , & innumeratos acquiris tibi qui*

te coronens &c. Tum paulo infra : Pete ab inimico quando magis doleat ; an cum vicissim convictis , an cum convictianem spernis ; hoc postremum audies : Neque enim tam gratum illi quod convictis non impetratur , quam est molestum quod ad iram te permovere faciendo non potest : Rursumque inferius : Lethalem (inquit) plagam infligere optaret & Verte illi maxillam , & hoc ipso millenis illum plagiis ac vulneribus confodisti .

(2) Juxta graecum επιστεύειν quamvis Vulgata modo legit in editionibus emendatis , non strues .

Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii , quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati . Vide q. 7c. art. 1. append. de notatione illa universali pro lectoribus , & pone in practica hic , & ubicunque opus fuerit . Secundo vides : quomodo , &c.

A R I C U L U S IV . 400

Urum contumelia oriatur ex ira .

Inf. quest. lxxvii. art. 3. ad 3. & quest. clviii. art. 7. corp.

AD quartum sic proceditur . Videlur quod contumelia non oriatur ex ira . Quia dicitur Prov. xi. 2. *Ubi superbia , ibi contumelia* . Sed ira est vitium distinctum a superbia . Ergo contumelia non oritur ex ira .

2. Præterea . Prov. xx. 3. dicitur : *Omnis stulti miscentur contumelias* . (1) Sed stultitia est vitium oppositum sapientie , ut supra habitum est (quæst. xlvi. art. 1.) ira autem opponitur mansuetudini . Ergo contumelia non oritur ex ira .

3. Præterea . Nullum peccatum diminuitur ex sua causa . Sed peccatum contumeliaz diminuitur , si ex ira proferatur : gravius enim peccat qui ex odio contumeliam infert , quam qui ex ira . Ergo contumelia non oritur ex ira .

Sed contra est quod Gregorius XXXI . Moralium (cap. xvii. a med.) dicit , quod ex ira oriuntur contumelia . (2)

Respondeo dicendum , quod cum unum peccatum possit ex diversis oriri , ex illo tamen dicitur principalius habere originem ex quo frequentius procedere consuevit , propter propinquitatem ad finem ipsius . Contumelia autem magnam habet propinquitatem ad finem iræ , qui est vindicta : nulla enim vindicta est irato magis in promptu quam inferre contumeliam alteri . Et ideo contumelia maxime oritur ex ira .

Ad primum ergo dicendum , quod contumelia non ordinatur ad finem superbiae qui est celsitudo . Et ideo non directe contumelia oritur ex superbia ; disponit tamen superbia ad contumeliam , inquantum illi qui se superiores estimant , facilius alios contemnunt , & injurias eis irrogant : (3) facilis enim irascuntur , ut pote reputantes indignum quicquid contra eorum voluntatem agitur .

Ad secundum dicendum , quod secundum Philosophum in VII. Ethic. (cap. vi. in princ.) *ira non perfecte audit rationem* : & sic iratus patitur rationis defectum , in quo convenit cum stultitia : & propter hoc ex stultitia oritur contumelia secundum affinitatem quam habet cum ira .

Ad tertium dicendum , quod secundum Philosophum in II. Rhetor. (cap. iv. ad fin.) *iratus intendit manifestam offendam* : *quod non curat odiens* . Et ideo contumelia , quæ importat manifestam injuriam , magis pertinet ad iram quam ad odium .

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scripturis , & Gregorio , quod contumelia oritur ex ira . A B. Gregorio quidem , ut in arg. cont. A script. vero per illud Matth. 5. *Qui irascitur fratri suo* , &c. postea sequitur : *Qui disserit fatue* . Ubi ex ordine illo servato , scilicet præponendo iram contumeliaz , voluit Evangelista notificare nobis intelligi , quod contumelia derivatur , seu oritur ex ira . Secundo vides : quomodo , &c.

QUE-

B b 2

(1) Sicut e contrario ut ibidem apud 70. præmititur , gloria est viro aversari contumeliam ; ubi Vulgata legit vers. 4. Honor est homini qui separat se a conventionibus &c.

(2) Sive , *De ira contumelia proferuntur* , ut cap. 31. juxta veteriora Exemplaria vel cap 17. juxta moderna videre est ; ubi adduntur quoque rixa , rumor mentis , clamor , indignatio , & blasphemie , quæ proferri ex ira indicantur , super illud Job. 39. *Clamorem Ducum & ululatum exercitus* , quod peccatis capitalibus & eorum appendicibus applicat Gre-

gorius .

(3) Hinc Beda in prædictum Proverbiorum locum contumeliam cum superbia jungi notat *qua superbia vel contumeliosa se gerunt per contemptum , sive per ignorantiam disciplina* , *vel proximis contumelias ingerunt* : Etsi aliam interpretationem addit passivo sensu sumptam , *qua omnis qui se exaltat humiliabitur* ; quasi dicat quod *ubi superbia , ibi contumelia* ; non quæ aliis per superbiam , sed quæ superbæ per alios in superbis despectionem inferatur .

Q U E S T I O LXXIII.

*De detractione,**In quatuor articulas divisa.*

POstea considerandum est de detractione; & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, quid sit detractione.

Secundo, utrum sit peccatum mortale.

Tertio de comparatione ejus ad alia peccata.

Quarto, utrum peccet aliquis audiendo detractionem.

A R T I C U L U S I. 401

Utrum detractione convenienter definiatur, quod est denigratio alienae famae per verba.

Inf. quest. lxxiv. art. 1. & quest. lxxv. art. 1. co. & Rom. 1. lett. 7.

AD primum sic proceditur. Videtur quod detractione non sit denigratio alienae famae per occulta verba, ut a quibusdam definitur (1). Occultum enim, & manifestum sunt circumstantiae non constituentes speciem peccati: accidit enim peccato quod a multis sciat, vel a paucis. Sed illud quod non constituit speciem peccati, non pertinet ad rationem ipsius, nec debet poni in ejus definitione. Ergo ad rationem detractionis non pertinet quod fiat per occulta verba.

2. Præterea. Ad rationem famæ pertinet publica notitia. Si ergo per detractionem denigretur fama alicujus, non poterit hoc fieri per verba occulta, sed per verba in manifesto dicta.

3. Præterea. Ille detrahens qui aliquid subtrahit, vel diminuit de eo quod est. Sed

quandoque denigratur fama alicujus, etiam si nihil subtrahatur de veritate, puta cum aliquis vera crimina alicujus pandit. Ergo non omnis denigratio famæ est detractione.

Sed contra est quod dicitur Eccl. 1. 11. *Si mordeat serpens in silentio, nibil eo minus habet oculse detrahens (2).* Ergo occulte mordere famam alicujus est detrahere.

Respondeo dicendum, quod sicut facto aliquis nocet alteri duplicitate: manifeste quidem, sicut in rapina, vel quacumque violentia illata; occulte autem, sicut in furto, & dolosa percussione: ita etiam verbo aliquis duplicitate aliquem laedit: uno modo in manifesto, & hoc fit per contumeliam, ut supra dictum est (quest. præc. art. 1.) alio modo occulte, & hoc fit per detractionem.

Ex hoc autem quod aliquis manifeste verba contra alium profert, videtur eum parvipendere: unde ex hoc ipso dehonatur: & ideo contumelia detrimentum assert honori ejus in quem profertur. Sed qui verba contra aliquem profert in occulto, videtur euna vereri magis quam parvipendere: unde non directe infert detrimentum honori, sed famæ inquantum hujusmodi verba occulte proferens, quantum in ipso est, eos qui audiunt, facie malam opinionem habere de eo contra quem loquitur. Hoc enim intendere videtur, & ad hoc conatur detrahens, ut ejus verbis credatur.

Unde patet quod detractione differt a contumelia duplicitate: uno modo quantum ad modum proponendi verba, quia scilicet contumeliosus manifeste contra aliquem loquitur, detractor autem occulte; alio modo quantum ad finem intentum, sive quantum ad documentum illatum, quia scilicet contumeliosus derogat honori, detractor famæ.

Ad primum ergo dicendum, quod (*) in voluntariis commutationibus, ad quas reducuntur omnia documenta proximo illata verbo,

(1) Et quidem sic definit Albertus Magnus in Summa sua Theologica, parte 2. qu. 117. Merabro. 1. art. 1. ubi & notat non exactam & accuratam definitionem esse, quales rerum naturalium dari solent, sed sufficere ad aliquam descriptionem detractionis, quales in moralibus assignantur, que non secundum principia essentialia, sed accidentalia tantum, solent circumscribi.

(2) Quasi dicat, ut ibi Hieronymus interpretatur: *Serpens & detractor aequales sunt: Quomodo enim ille occulsi mordens, venenum infert, sic iste clam detrahens, virus peccatoris sui infundit in fratrem, & nibil habet a serpente amplius: Cum enim lingua hominis ad benedicendum Deum & ad glorificationem*

proximi sit creata, ille eam serpenti equaliter facit, dum virtutibus ejus in perversum abusitur: Mox vero addit: Alter quoque, si quem serpens diabolus occulsi momorderit & (nullo conscientio) cum peccati veneno inficerit; si tacererit qui percussus est & non egerit panem suum, nec vulnas suam fratri & magistro voluerit confiteri; magister qui linguam babet ad curandum, facile ei prodeesse non poterit: Si enim erubescat agrotus vulnas medico confiteri, quod ignorat medicina non curat: Sed ad locum presentem non pertinet.

(*) Ita communitor. An in involuntariis? Vide sup. q. lxv. art. 4. arg. 3.

bo, vel facto, diversificant rationem peccati *occultam*, & *manifestum*: quia alia est ratio involuntarii per violentiam, & per ignoranciam, ut supra dictum est (quæst. lxv. art. 4. & 1. 2. quæst. vi. art. 5. & 8.)

Ad secundum dicendum, quod verba detractionis dicuntur *occulta*, non simpliciter, sed per comparationem ad eum de quo dicuntur, quia eo absente, & ignorantे dicuntur. Sed contumeliosus in faciem contra hominem loquitur. Unde si aliquis de alio male loquatur coram multis eo absente, detractio est; si autem eo solo præsente, contumelia est: quamvis etiam si unī soli aliquis de absente malum dicat, corrumpt fāmam ejus non in totō, sed in parte.

Ad tertium dicendum, quod aliquis dicitur detrahere, non quia diminuit de veritate, sed quia diminuit famam ejus. Quod quidem fit quandoque directe, quandoque indirecte. Directe quidem quadrupliciter: (1) uno modo quando falsum imponit alteri; secundo quando peccatum adauget suis verbis; tertio quando occultum revelat; quarto quando id quod est bonum, dicit mala intentio ne factum. Indirecte autem, vel negando bonum alterius, vel malitiose reticendo, vel minuendo.

A P P E N D I X.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, quod detractio sit per verba occulta. Ut Eccles. 10. secundum quod narratur primo in arg. cont. Item per hoc, quod Gens. 19. narratur, quod absente Joseph, ut qui fugerat foras reliquo pallio, Domina ejus, tum apud familiam, tum apud maritum, denigravit famam ipsius, quod est detrahere. Item per hoc, quod 2. Macbab. 14. narratur; quod Alcimus ve-

niens ad Regem Demetrium, absente Juda Machabæo, denigravit famam ejus, dicens inter cætera: *Quamdiu Judas supereſt, impossibile eſt pacem eſſe negotiis.* Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur vicissim doctrina hæc angelica præsens, & confirmetur.

A R T I C U L U S II. 402

Utrum detractio sit peccatum mortale.

Loci sup. art. 1. inductis.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod detractio non sit peccatum mortale. Nullus enim actus virtutis est peccatum mortale. Sed revelare peccatum occultum, quod, sicut dictum est (art. præc. ad 3.) ad detractionem pertinet, est actus virtutis vel caritatis, dum aliquis fratribus peccatum denuntiat, ejus emendationem intendens; vel etiam est actus justitiae, dum aliquis fratrem accusat. Ergo detractio non est peccatum mortale.

2. Præterea. Super illud Prov. xxiv. *Cum detractoribus ne commiscearis*, dicit Glossa. „ Hoc specialiter vitio periclitatur totum genus humanum . „ Sed nullum peccatum mortale in toto humano genere invenitur, quia multi abstinent a peccato mortali: peccata autem venialia sunt quæ in omnibus inveniuntur. Ergo detractio est peccatum veniale.

3. Præterea. Augustinus in hom. de igne purgatorio (2) inter peccata minuta ponit, quando cum omni facilitate, vel temeritate maledicimus: quod pertinet ad detractionem. Ergo detractio est peccatum veniale.

Sed contra est quod Rom. 1. 30. dicitur, *Detractores Deo odibiles*: quod ideo additur, ut dicit Glossa (3) ne leve putetur propter „ hoc

(1) Ut in hoc versu exprimitur: *Imponens, augens, manifestans, in mala versens:* Quin & quadrupliciter indirecte, sicut in hoc alio versu indicatur: *Qui negat, aut minus, retinet, laudasque remisit:* Quamvis quartus hic modus continetur sufficienter in secundo vel in tertio quem ponit S. Thomas, qui propterea nonnisi tres attingat.

(2) Vel de igne *Purgatorii*, qui est quartus de animabus defunctorum, quadragesimus autem primus de Sanctis.

(3) Etiam nova collateralis nullo nomine pronotata, sed ex Commentario Petri Lombardi defumpta est: Supponit autem simul ista conjungi, *detractores*

Deo odibiles quasi epithetum detractorum sit ut odibiles dicantur Deo; sicut etiam S. Thomas in eum locum legit. 8. commentatur; quia *impugnat* (intulit) *id quod maxime Deus in hominibus amat, scilicet misericordiam inter illos amorem:* Sed alterum aliud dividunt ab altero, ut nova & diversa expressione separatim sic appellantur; imo ex græco *odouyeis* *Dei odores* dici notant non *odibiles Deo*: Sic enim ibi Theodoreus interpretatur eos qui *infesto in Deo sunt animo*: Et Chrysostomus homil. 5. in epistolam ad Romanos eodem sensu intelligit: *Quamvis & leouyeis passim reddi possit.*

, hoc quod consistit in verbis.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. lxxii. art. 2.) peccata verborum maxime sunt ex intentione dicentis dijudicanda. Detractio autem secundum suam rationem ordinatur ad denigrandum famam alicujus. Unde ille per se loquendo detrahit, qui ad hoc de aliquo obloquitur, eo absente, ut ejus famam denigret. Auferre autem alicui famam valde grave est: quia inter res temporales videtur fama esse pretiosior, per cuius defectum impeditur homo a multis bene agendis. Propter quod dicitur Eccli. xli. 15. *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri magni, & pretiosi.* Et ideo detractio, per se loquendo, est peccatum mortale.

Contingit tamen quandoque quod aliquis dicit aliqua verba, per quæ diminuitur fama alicujus, non hoc intendens, sed aliquid aliud. Hoc autem non est detrahere per se, & formaliter loquendo, sed solum materialiter, & quasi per accidens. Et si quidem verba per quæ fama alterius diminuitur, proferat aliquis propter aliquod bonum necessarium, debitum circumstantiis observatis, non est peccatum, nec potest dici detractio. Si autem proferat ex animi levitate, vel propter causam aliquam non necessariam, non est peccatum mortale: nisi forte verbum quod dicitur, sit adeo grave, quod notabiliter famam alicujus laedat, & præcipue in his quæ pertinent ad honestatem vitæ: quia hoc ex ipso genere (*) verborum habet rationem peccati mortalis.

Et tenetur aliquis ad restitutionem famæ, sicut ad restitutionem cuiuslibet rei subractæ, eo modo quo supra dictum est (quæst. lxii. art. 2.) cum de restitutione ageretur.

Ad primum ergo dicendum, quod revelare peccatum occultum alicujus propter ejus damnationem denuntiando, vel propter bonum justitiae publicæ (1) accusando, non est detrahere, ut dictum est (in corp. art. & quæst. lxviii. art. 1.)

Ad secundum dicendum, quod Glossa illa

non dicit, quod detractio in toto genere humano inveniatur, sed addit pene: tum quia scilicet infinitus est numerus; (2) & pauci sunt, qui ambulans per viam salutis: tum etiam quia pauci, vel nulli sunt qui non aliquando ex animi levitate aliquid dicant, unde in aliquo vel leviter alterius fama minoratur: quia ut dicitur Jacobi 111. 2. *si quis in verbo non offendit, hic est perfectus vir.*

Ad tertium dicendum, quod Augustinus loquitur in casu illo quo aliquis dicit aliquid leve malum de alio, non ex intentione nocendi, sed ex animi levitate, vel ex lapsu lingue. (3)

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito a scripturis fuisse insinuatum, quod detractio est peccatum mortale, ut Rom. 1. secundum quod extenditur in argumentum. Item per hoc, quod 1. *Macbab.* 7. Alcimus, & alii detractores Iudeæ Machabæi apud regem Demetrium, vocantur impii, & iniqui, monstratur, quod detractio est peccatum mortale. Item per hoc, quod *ibid.* c. 10. illi, qui voluerunt detraheret Jonathæ apud regem Alexandrum, vocantur viri pestilentes; monstratur idem. Item per hoc, quod 2. *Macbab.* 3. & 4. Simon, quia detraxit Oniæ Pontifici apud regem Antiochum, vocatus est impius, monstratur idem. Secundo vides: quomodo ex iis, si bene pensentur, atque applicentur, &c.

A R T I C U L U S III. 403

• *Utrum detractio sit gravior omnibus peccatis que in proximum committuntur.*

AD tertium sic proceditur. Videtur quod detractio sit gravior omnibus peccatis que in proximum committuntur. Quia super illud Psal. cvii. 1. *Pro eo ut me diligenter, detrahebant mihi,* dicit Glossa (4) *Plus nocente*

(*) Ita mss. & impressi libri omnes. Theologi splicantur redundare vocem verborum.

(1) Amnon aliter dispungendum propter bonum iustitiae publicæ accusando? Sed parum refert.

(2) Ut dicitur Ecclesiastæ 1. vers. 15. Sed appendi proxime sequens colligitur æquivalenter ex Matthæi 7. vers. 14. ubi arcta dicitur via dicens ad vitam.

(3) Unde quod hoc etiam aliquando mortale peccatum sit, mox insinuat, subdens: cum scriptum sit

(1. ad Corinth. 6.) *Negare maledici regnum Dei possidebunt.*

(4) Sumpta ex Attilfino cuius nomine pronotatur, narratio prima in eum Psalmum: *Etsi paulo aliis verbis: Non dicas, inquit, interficiebat me, sed postius hoc dicit, Detrahebant mihi, ut ostenderet magis eos nocere qui Christo detrahabunt, & per hoc animas interficiunt, quam qui ejus mortalem carnem (mox præsterrim resurrecturam) seviendo peremunt.*

cent in membris detrabentes Christo , qui animas creditorum interficiunt , quam qui ejus carnem mox resurrecturam peremerunt . Ex quo videtur quod detractio sit gravius peccatum quam homicidium , quanto gravius est occidere animam quam occidere corpus . Sed homicidium est gravius inter cetera peccata quae in proximum committuntur . Ergo detractio est simpliciter inter omnia gravior .

2. Præterea . Detractio videtur esse gravius peccatum quam contumelia : quia contumeliam potest homo repellere , non autem detractionem latentem . Sed contumelia videtur esse majus peccatum quam adulterium , per hoc quod adulterium unit duos in unam carnem , contumelia autem unitos in multa dividit . Ergo detractio est majus peccatum quam adulterium : quod tamen inter alia peccata , quae sunt in proximum , magnam gravitatem habet .

3. Præterea . Contumelia oritur ex ira , detractio autem ex invidia , ut patet per Gregorium XXXI . Moral . (1) Sed invidia est majus peccatum quam ira . Ergo & detractio est majus peccatum quam contumelia : & sic idem quod prius .

4. Præterea . Tanto aliquod peccatum est gravius , quanto inducit graviorem defectum . Sed detractio inducit gravissimum defectum , scilicet excæcationem mentis : dicit enim Gregorius (in Regist . Lib . VIII . epist . xlvi . ante med .) (2) Quid aliud detrabentes faciunt , nisi quod in pulverem sufflant , & in oculos suos terram excitant , us unde plus detractionis perficiunt , inde minus veritatis videant ? Ergo detractio est gravissimum peccatum inter ea quae committuntur in proximum .

Sed contra . Gravius est peccare facto quam verbo . Sed detractio est peccatum verbi ; adulterium autem , & homicidium , & furtum sunt peccata in factis . Ergo detractio non est gravior ceteris peccatis quae sunt in proximum .

Respondeo dicendum , quod peccata quae committuntur in proximum , sunt pensanda per se quidem secundum nocumenta quae proximo inferuntur , quia ex hoc habent rationem culpæ . Tanto autem est majus nocumentum , quanto majus bonum demitur . Cum autem sit triplex bonum hominis , scilicet bonum animæ , & bonum corporis , & bonum exteriorum rerum ; (3) bonum animæ , quod est maximum , non potest aliter ab alio tolli nisi occasionaliter , puta per malam persuasionem , qua necessitatem non infert ; sed alia duo bona , scilicet corporis , & exteriorum rerum , possunt ab alio violenter auferri . Sed quia bonum corporis præminet bono exteriorum rerum , graviora sunt peccata quibus infertur nocumentum corpori , quam ea quibus infertur nocumentum exterioribus rebus . Unde inter cetera peccata quae committuntur in proximum , homicidium gravius est , per quod tollitur vita proximi jam actu existens ; consequenter autem adulterium , quod est contra debitum ordinem generationis humanae , per quam est introitus ad vitam ; consequenter autem sunt exteriora bona , inter quæ fama præminet divitiis , eo quod propinquior est spiritualibus bonis : unde dicitur Prov . xxii . 1 . Melius est nomen bonum quam divitiae multæ . Et ideo detractio secundum suum genus est majus peccatum quam furtum ; minus tamen quam homicidium , vel adulterium . Potest tamen esse alias ordo propter circumstantias aggravantes , vel diminuentes .

Per accidens autem gravitas peccati attenditur ex parte peccantis ; qui gravius peccat , si ex deliberatione peccet quam si peccet ex infirmitate , vel incautela : & secundum hoc peccata locutionis habent aliquam levitatem , in quantum de facili ex lapide linguae proveniunt , absque magna præmeditatione .

Ad primum ergo dicendum , quod illi qui detrahunt Christo , impedientes fidem membrorum ipsius , derogant Divinitati ejus , cui fides

(1) Ubi supra cap . 31. in antiquis , vel 17. in modernis : *De invidia (inquit) odium , insurratio detractio nascitur , &c.*

(2) Indict . 3. epist . 45. ex qua refertur in Decretis cap . Inter Causa 11. quæst . 3. verbis ultimis tamen ex Gregorii textu sic mutatis , *Ut unde plus detractionis perficiant , inde magis nihil veritatis videant ; sicut & in gothicis ac manuscriptis Exemplaribus Decretorum habetur ; quod significantius est ad omnimodam excæcationem indicandam .*

(3) Sic dividit & vocat Philosophus in libro 1.

Ethicorum ut cap . 8 græco-lat . videre est , vel cap . 12. in antiquis & apud S . Thomam lect . 12. Ubi exteriora non dicuntur quod exterius posita sint vel appareant , cum sic etiam ipsa corporis bona exteriora dici possint (aliqua faltem) sed quia extrinsece adjacent vel extrinsecus adveniunt : sicut honores , opes &c. Unde Seneca lib . 5. de beneficiis cap . 13. paulo alter in hunc modum dividit : *Sunt animi bona , sunt corporis , sunt fortuna : Quamvis nec ultima haec duo proprie bona putat , quia his Deus caret , ut epist . 74. prolixè meditatur .*

fides innititur. Unde non est simplex detrac^{tio}, sed blasphemia. (1)

Ad secundum dicendum, quod gravius peccatum est contumelia quam detrac^{tio}, in quantum habet majorem contemptum proximi; sicut & rapina est gravius peccatum quam furtum, ut supra dictum est (quæst. lxvi. art. 9.) Contumelia tamen non est gravius peccatum quam adulterium. Non enim gravitas adulterii pensatur ex coniunctione corporum, sed ex coordinatione generationis humanae. Contumeliosus autem non sufficienter causat inimicitiam in alio, sed occasionaliter tantum dividit unitos, in quantum scilicet per hoc quod mala alterius promitt, alias, quantum in se est, ab ejus amicitia separat, licet ad hoc per ejus verba non cogantur. Sic ergo & detractor occasionaliter est homicida, in quantum scilicet per sua verba dat alteri occasionem ut proximum odiat, vel contemnat. Propter quod in epistola Clementis I. (2) dicitur, *detractores esse homicidas*, scilicet occasionaliter: *quia qui odit fratrem suum, homicida est*, ut dicitur I. Joan. 11. 15.

Ad tertium dicendum, quod ira querit in manifesto vindictam inserre, ut Philosophus dicit in II. Rhetor. (cap. iv. ad fin.) Ideo detrac^{tio}, quæ est in occulo, non est filia iræ, sicut contumelia, sed magis invidiæ, quæ nascitur qualitercumque manuere gloriam proximi. Nec tamen sequitur propter hoc quod detrac^{tio} sit gravior quam contumelia; quia ex minori vitio potest ori^rri majus peccatum, sicut ex ira nascitur homicidium, & blasphemia. Origo enim peccatorum attenditur secundum inclinationem ad finem, quod est ex parte conversionis; gravitas autem peccati magis attenditur ex parte aversionis.

Ad quartum dicendum, quod quia homo latetur in sententiaoris sui, ut dicitur Prov. xv. 23. inde est quod ille qui detrahit, incipit magis amare, & credere quod dicit, & per consequens proximum magis odire, &

sic magis recedere a cognitione veritatis. Iste tamen effectus potest sequi etiam ex aliis peccatis quæ pertinent ad odium.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito insinuatum a scripturis, quod detrac^{tio} non est maius peccatum omnibus, quæ in proximum committuntur. Ut, per hoc, quod Genes. 4. Deus maxime punit Cain pro homicidio, maledicendo ei: hoc enim facto monstrat, homicidium esse maius detractione; cum detractores, scilicet, Mariam, & Aaron, Num. 12. non tam graviter punierit. Non enim dixit eis maledicti eritis: & vagi, ac profugi super terram. Sic ergo, detractiones non esse maius peccatum omnibus aliis in proximum commissis, manifestavit. Secundo vides: quomodo ex his bene penfatis, & applicatis, angelica vicissima declaretur doctrina præsens, atque confirmetur.

ARTICULUS IV. 404

Utrum audiens, qui tolerat detrabentem,
graviter peccet.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod audiens qui tolerat detrabentem, non graviter peccet. Non enim aliquis magis teneat alteri quam sibi ipsi. Sed laudabile est, si patienter homo suos detractores toleret: dicit enim Gregorius super Ezech. (hom. ix. circ. med.) *Linguis detrabentium sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi perirent, ita per suam malitiam excitatas debeamus equanimiter tolerare, ut nobis meritum crescat.* Ergo non peccat aliquis, si detractionibus aliorum non resistat.

2. Præterea, Eccli. iv. 30. dicitur: *Non*
con-

(1) Quod & indicat ibi Augustinus, cum ait: *Detroxerunt negantes Dei filium, & dicens quod in principe demoniorum ejicit demonia* (Luc. 11.) *& demonium habet & insanit, quid eum auditis?* (Joan. 10.) *& cetera talia: Quia detractiones ab illo avertebant eos quorum conversionem ille querebat &c.*

(2) Nempe prima quæ ad Jacobum fratrem Domini passim inscribitur; sicut etiam in Decretis resertur dist. 1. de penitentia cap. Homicidiorum; ubi dicitur quod homicidiorum tria genera esse dicebat S. Petrus & panam eorum paralem fore docebat: Si-

cut enim interfactores fratrum, ita eorum detractores eorumque osores homicidii esse manifestabut; quia & qui occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit ei homicida pariter ejus esse monstrantur: Et hanc inscriptionem quidem ac epistolam, et si jam ante octo annos Jacobus obiisset, defendit Turrianus lib. 2. pro epistolis Pontificum cap. 13. eamque ad mortuum inscribi potuisse variis modis ac exemplis ostendit: Sed Possevinus in apparatu sacro tom. 1. notat inscriptionem olim esse dumtaxat ad fratrem Domini. quod etiam de Simeone seu Simone ipsiusmet Jacobi fratre ac successore subintelligi posse addit.

conradicas verbo veritatis ullo modo. Sed quandoque aliquis detrahit, verba veritatis dicendo, ut supra dictum est (art. 1. hujus quest. ad 3.) Ergo videretur quod non semper teneatur homo detractoribus resistere .

3. Præterea. Nullus debet impediare id quod est in utilitatem aliorum. Sed detracatio frequenter est in utilitatem aliorum, contra quos detrahitur: dicit enim Pius Papa (1) Nonnumquam detracatio adversus bone concitatatur, ut quos vel domesticia adulatio, vel aliorum favor in altum extulerit, detracatio humiliat. Ergo aliquis non debet detractores impediare.

Sed contra est quod Hieronymus dicit (epist. 11. ad Nephian. vers. fin.) *Cave ne aut lingnam, aut aures habeas prurienses, id est ne aut ipse aliis detrabas, aut alios audias detrabit.*

Respondeo dicendum, quod secundum Apostolum ad Rom. 1. 32. digni sunt morte, non solum qui peccata faciunt, sed etiam qui facientibus peccata consensunt. Quod quidem contingit dupliciter: uno modo directe, quando scilicet quis inducit alium ad peccatum, vel ei placet peccatum; alio modo indirecte, scilicet quando non resistit, cum resistere possit: & hoc contingit quandoque, non quia peccatum placet, sed propter aliquem humandum timorem.

Dicendum est ergo, quod si aliquis detractiones audiatur absque resistentia, videretur detractori consentire: unde fit particeps peccati eius. Et si quidem inducat eum ad detrahendum, vel saltem placeat ei detracatio propter odium eius cui detrahitur, non minus peccat quam detrahens, & quandoque magis. Unde Bernardus dicit (Lib. II. de confid. cap. xiiii. in fin.) *Detrabere, aut detrabentem audire, quid borum damnabilis sit non sumus. S. T. b. Tom. VII.*

facile dixerim. (2)

Si vero non placeat ei peccatum, sed ex timore, vel negligentia, vel etiam veracordia quadam omittat repellere detrahentem; peccat quidem, sed multo minus quam detrahens, plerumque venialiter. Quandoque etiam hoc potest esse peccatum mortale, vel propter hoc quod alicui ex officio incumbit detrahentem corriger; vel propter aliquod periculum consequens; vel propter radicem, qua timor humanus quandoque potest esse peccatum mortale, ut supra habitum est (quest. xix. art. 3.).

Ad primum ergo dicendum, quod detractiones suas nullus audit, quia scilicet male quae dicuntur de aliquo, eo audiente, non sunt detractiones proprie loquendo, sed contumeliz, ut dictum est (art. 1. hujus quest. ad 2.). Possunt tamen ad notitiam alicuius detractiones contra ipsum factæ aliorum relationibus pervenire: & tunc sui arbitrii est detrimentum suæ famæ pati, nisi hoc vergat in periculum aliorum, ut supra dictum est (in corp. & quest. lxxi. art. 3.). Et ideo in hoc potest commendari ejus patientia, quod patienter proprias detractiones sustineat. Non autem est sui arbitrii quod patiatur detrimentum famæ alterius: & ideo in culpam ei vertitur, si non resistit, cum possit resistere, eadem ratione qua tenetur aliquis sublevare asinum alterius jacente sub onere, ut præcipitur Deut. xxii.

Ad secundum dicendum, quod non semper aliquis debet resistere detractori, arguendo cum de falsitate; & maxime si sciat verum esse quod dicitur; sed debet eum verbis redarguere de hoc quod peccat fratri detrahendo, vel saltem ostendere quod ei detracatio displiceat per tristitiam faciet: quia, ut dicitur

Cc

(1) Ex veteri Editione Decretorum quæ Gratiani appendices cum ipso textu confundebat: Est enim ista Gratiani appendix tantum, quæ in moderna Editione distinguitur, & italico charactere notatur Causa 6. quest. 1. post caput Oves ex Pii Papæ primi ep. 1. defumptum versus finem: Potius autem ex Gregorio defumpta est qui libro 22. Moralium cap. 5. circa medium aut quod ne immoderatis laudibus erigamus plerumque mirò Rectoris nostri moderans de rationibus lacerari permisimus; ut cum nos vox laudantis elevat, lingua detrahentis humiliat.

(2) Ex eodem referri solet vulgare dictum illud quod & detrahens & libenter audiens detrahentem, & ergo diabolum portat; detrabent quidem in lingua vel in ore; audiens autem saltem in aure: Sed defumptum est ex libro de salutaribus documentis cap. 26. inter opera Augustini adulterina tomo 4. Omis-

ti vero egregium aliud ex Bernardo non debet inferni 17. de diversis: *Annon amittunt vitam detraholes Deo odibiles, odibiles vita? Fugit vita, quæ odit, & quos vita fugit, mori necesse est: Annon & ipse moritur qui venenum bibit quod ei male sua- da detrahoris lingua propinas? Siquidem furtim ei dilectionis vita subtrahitur; & dum nescit, paulatim in ea fraterna caritas refrigerat: Auditurus est forsan ipse cui detrahitur; undique enim verba vo- fantes &c. Itaque scandalizabitur & catescer; - eaque facilius extinguitur ab eo caritas quæ amplius vi- vere videbatur &c. Nunquid non viperæ & iugis ista? Ferociissima plane! Nimisrum quæ tam leghit- tor tres inficiat statu uno! Numquid non lancea est lingua illa? Profecto & acutissima, quæ tres pen- gras iqu uno &c.*

citur Proverb. xxv. 23. *veritas Aquito dissipat pluvias, & facies trifflis linguan detrahentem.*

Ad tertium dicendum, quod utilitas que ex detractione provenit, non est ex intentione detrahentis, sed ex Det ordinatione, qui ex quolibet malo elicit bonum. Et ideo nihil minus est detractoribus resistendum, sicut & raptoribus, vel oppressoribus aliorum; qualvis ex hoc oppressis, vel spoliatis per patientiam meritum crescat.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Hieronymo, quod audiens detrahentem sine resistente peccat graviter. A B. Hieronymo quidem, secundum quod in arg. cont. A scripturis vero: ut per dictum 2. Reg. 10. quod principes filiorum Ammon Davidi, pervertendo simplicem, & puram intentionem ejus, detrahentes apud Anon Régem filiorum Ammon auditum sunt ab eo, nec repressi: id quod male successit ipsi Regi Anon, ut ex prælio inde consecuto patet ibi. Item per dictum Hierem. 38. quod rex Sedecias audivit, nec repressit, detrahentes Hieremiz, id, quod in malum ei successit, ut patet ex hoc, quod rex ipse captivatus, & excæcatus est, ib. 39. quod non fuisset, si Hieremiam, non principes, exaudisset. Item ab oppositis per dictum Num. 13. 14. quod Josue, & Caleb resistentes detrahentibus terra promissionis laudantur a Domino, & remunerantur, & contra, scilicet illis detractoribus sine resistentia aures, confessumque accommodantes a Domino vituperantur, & gravissime puniuntur. Vide quæst. 70. articul. 1. appendic. notacionem pro fectoribus, & pone in practica. Secundo vides: quomodo ex iis, si bene pensentur, & applicentur, vicissim angel. doctr. pres. declaretur, atque confirmetur.

QUESTIO LXXIV.

De susurratione,

In duos articulos divisæ.

DElinde considerandum est de susurratione: & circa hoc queruntur duo.

Primo, utrum susuratio sit peccatum distinctum a detractione. Secundo, quod horum sit gravitas.

ARTICULUS I. 403

Utrum susuratio sit peccatum distinctum a detractione.

Inf. quæst. lxxv. art. 1. cor. & Rom. 1. lœt. 8.

AD primum sic proceditur. Videtur quod susuratio non sit peccatum distinctum a detractione. Dicit enim Isidorus in Libro X. Etymolog. (1) *Susurro de sono locationis appellatur, quia non in facie aliquis, sed in ore loquitur derrabendo.* Sed loqui de altero detrahendo, ad detractionem pertinet. Ergo susuratio non est peccatum distinctum a detractione.

2. Præterea. Levit. xix. 16. dicitur: *Nos eris criminatores, nec susurro in populis.* (2) Sed criminatores idem videtur esse quod detractor. Ergo etiam susuratio a detractione non differt.

3. Præterea. Eccli. xxviii. 15. dicitur: *Susurro, & bilinguis malodictus eris.* Sed bilinguis videtur idem esse quod detractor: quia detractorum est duplice lingua loqui, aliter scilicet in absentia, & aliter in praesentia. Ergo susurro idem est quod detractor.

Sed contra est quod Rom. 1. super illud, *Susurrones, detractores, dicit Glossa,* (3) *Susurrones inter amicos discordiam seminantes; detractores, qui aliorum bona negant, vel minuant.*

Respondeo dicendum, quod susurro, & detractor in materia convenient, & etiam in

(1) Vel Originum cap. 18. seu lit. S. quasi ab aure vel immiso in aurem sono dictum putet.

(2) Pro quo 70 tantum habent vers. 16. *Non ambulabis dolo in gente tua:* Sed hoc ipsum est ambulare in dolo quod occulte alterum criminari vel susurre.

(3) Vetus vel manuscripta collateralis quoad utramque partem; sed interlinealis nova vel impressa quo-

ad priorem tantum, collateralis quoad posteriorem; nisi quod pro minuunt habet invertens; ut & Petrus Lombardus commentatur; minuunt autem Aymo: Sed Glossa sequens Ecclesiastici 5. quæ interlinealis est, colligitur (innominata tamen) ex Rabani commentario in eum locum, ubi ait quod *susurronem detractorem appellas.*

in forma , sive in modo loquendi , quia uterque malum occulte de proximo dicit : propter quam similitudinem interdum unum pro alio ponitur . Unde Eccli . v . super illud , *Non appelleris susurro* , dicit Glossa (interl . Rab .) , idest detractor . “ Differunt autem in fine : quia detractor intendit denigrare famam proximi , unde illa mala de proximo præcipue profert ex quibus proximus infamari possit , vel saltem diminui ejus fama ; susurro autem intendit amicitiam separare , ut patet per Glossam inductam (in arg . Sed cont .) & per illud quod dicitur Prov . xxvi . 20 . *Susurronem subtrahit iurgia conqueſcent* . Et ideo susurro talia mala profert de proximo quæ possunt contra ipsum commovere animum audientis , secundum illud Eccli . xxviii . 11 . *Vir peccator conturbabit amicos* , & in medio pacem habentium immittit inimicitiam . (1)

Ad primum ergo dicendum , quod susurro , inquantum dicit malum de alio , dicitur detrahere ; in hoc tamen differt a detractore , quia non intendit simpliter malum dicere , sed quicquid sit illud quod possit animum unius perturbare contra alium , etiam si simpliciter bonum , & tamen apparente malum , inquantum displicet ei cui dicitur .

Ad secundum dicendum , quod criminator differt a susurone , & a detractore : quia criminator est qui publice crimina aliis imponit vel accusando , vel conviciando ; quod non pertinet ad detractorem , & susurronem .

Ad tertium dicendum , quod bilinguis proprie dicitur susurro . Cum enim amicitia sit inter duos , ntitur susurro ex utraque parte amicitiam rumpere : & ideo duabus linguis utitur ad duos , uni dicens malum de alio ; propter quod dicitur Eccl . xxviii . 15 . *Susurro* , & bilinguis maledictus : & subditur : *Multos enim turbavit pacem habentes* .

A P P E N D I X .

Ex art . habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito fuisse a scripturis , & Glossa insinuatum , quod susuratio est peccatum distinctum a detractione . A

Glossa quidem cum scripturis Rom . 1 . *Ubi in argu . cont .* Item per dictum Proverb . 26 . *Verba susurronis , quasi simplicia , & ipse pervenire ad intimam cordis* . Dicuntur autem , quasi simplicia , quia , licet sint secundum se duplia , inquantum susurro est bilinguis modo exposito in respon . ad tertium , tamen secundum prætextum quendam susurronis , quo dicit seorsum utrique se loqui in simplici veritate , seque moveri ad notificandum utrique seorsum ex simplici amore erga ipsos habito , eadem verba vocantur simplicia : non tamen absolute , sed quasi . Ratio est , quia hanc simplicitatem veritatis , & intentionis , quam susurro utrique seorsum prætendit , ipse non veraciter , sed simulate præfert . Ideo dicitur Eccl . 12 . *Susurans commutabit vultum suum* . Dicuntur autem verba susurronis penetrare ad intimam cordis , inquantum amicitiam , quæ in corde residet , ex intimis cordis evellere conantur . Et tamen detractor non procedit sic , ut haec tenus narratum est , ut patet ex descriptione ejus q . 73 . 4 . 1 . 4 . Secundo vides quomodo &c .

A R T I C U L U S II . 406

Urum detractio sit gravius peccatum quam susuratio .

Mal . quest . x . arti . 3 . ad . 3 .

Ad secundum sic proceditur . Videtur quod detractio sit gravius peccatum quam susuratio . Peccata enim oris consistunt in hoc quod aliquis mala dicit : Sed detractor dicit de proximo ea quæ sunt mala simpliciter , quia ex talibus oritur infamia , vel diminuitur fama ; (2) susurro autem non curat dicere nisi mala apparentia ; quæ scilicet displaceant audienti . Ergo gravius peccatum est detractio quam susuratio .

2 . Præterea . Quicumque aufert alicui famam , aufert ei non solum unum amicum : sed multos , quia intellectus uniuscujusque refutat amicitiam infamium personarum : unde contra quemdam (3) dicitur II . Paralip . xix .

2 . His qui oderunt Dominum , amicitia jungeris .

(1) De susurone porro implicite id intelligi sequentia ostendunt quæ in responsive ad 3 . ex 15 . referuntur . Prædictis autem prænuntiatur in 11 . vers . quod homo iracundus incendit litem , per metaphoram ab incendio ignis mutata ; Ut & Prov . 26 . vers . 20 . plenius quam hic ubi supra ; *Cum defecerint signa ; extinguetur ignis* : & susurronem subtrahit iurgia conqueſcent .

(2) Juxta ea quæ supra circa detractionis definitionem notata sunt , ubi dicitur *denigratio famæ per metaphoram* .

(3) Nempe contra Josaphat Regem Iudea propter affitatem quam cum Achab impio contraxerat ; quamvis hoc ipsum ei propter alia bona opera condonetur .

geris. Susuratio autem auferit unum solum
amicum. Gravius ergo peccatum est detrac-
tio quam susuratio.

3. Præterea . Jacobi IV. 11. dicitur: *Qui
detrahis fratri suo, detrahis legi*, & per con-
sequens Deo , qui est legislator : & sic pec-
catum detractionis videtur esse peccatum in
Deum , quod est gravissimum , ut supra ha-
bitum est (quæst. xx. art. 3. & 1. 2. quæst.
lxxiiii. art. 3.) Peccatum autem susurratio-
nis est in proximum . Ergo peccatum detra-
ctionis est gravius quam peccatum susurra-
tionis.

Sed contra est quod dicitur Eccli. v. 19.
Denotatio pessima super bilinguem; (1) *susur-
ratori autem odium, & inimicitia, & conu-
milia*.

Respondeo dicendum , quod , sicut supra
dictum est (quæst. præc. art. 3. & 1. 2.
quæst. lxxiiii. art. 8.) peccatum in proxi-
mum tanto est gravius , quanto per ipsum
majus nocumentum proximo infertur . No-
cumentum autem tanto majus est , quan-
to majus est bonum quod tollitur . In-
ter cetera vero exteriora bona præemi-
net amicus : quia *sine amicis nullus vivere
potest* , ut patet per Philosophum in VIII.
Ethic. (cap. 1. in princ.) Unde dicitur
Eccl. vi. 15. *Amico fideli nulla est compara-
sio* . Fama autem ipsa , qua per detractio-
nem tollitur , ad hoc maxime necessaria est ,
ut homo idoneus ad amicitiam habeatur.

Et ideo susuratio est majus peccatum
quam detraction , & etiam quam contumelia :
quia amicus est melior quam honor , &
amari quam honorari , ut in VIII. Ethicor.
(cap. viiiii.) Philosophus dieit. (2)

Ad primam ergo dicendum , quod species
& gravitas peccati magis attenditur ex fine
quam ex materiali objecto : & ideo ratione
finis susuratio est gravior ; quamvis detractor
quandoque pejora dicat.

Ad secundum dicendum , quod fama est
dispositio ad amicitiam , & infamia ad ini-

micitiam . Dispositio autem deficit ab eo ad
quod disponit . Et ideo ille qui operatur ad
aliquid quod est dispositio ad inimicitiam ,
minus peccat quam ille qui directe operatur
ad inimicitiam inducendam .

Ad tertium dicendum , (3) quod ille qui
detrahit fratri , intantum videtur detrahere
legi , inquantum contemnit præceptum de
dilectione proximi ; contra quod directius a-
git qui amicitiam disrumpere nititur . Unde
hoc peccatum maxime contra Deum est : quia
Deus dilectio est , ut dicitur I. Joan. iv. 16.
& propter hoc dicitur Prover. iv. 16. *Sex
sunt que odit Dominus, & septimum deres-
tur anima ejus* : & hoc septimum ponit
eum qui seminat inter fratres discordiam .

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per ratio-
nem ostendas , merito fuisse a scripturis
insinuatum , quod susuratio est gravius pec-
catum , quam detraction . Ut Proverb. 6.
„ sex sunt , quæ odit Deus , & septimum
„ detestatur anima ejus , &c. linguam men-
„ dacem , &c. & eum ; qui seminat inter
„ fratres discordias , „ hoc est illud septi-
mum. Ubi per linguam mendacem intelligi-
tur lingua detractoris , non quia dicat sem-
per id , quod falsum est , sed , quia semper
loquitur ex animo mendaci , idest , venena-
to , five directe , five indirecte detrahat ; q.
73. a. 1. ad 3. Est enim illa lingua , de qua
dicitur Jacob. 3. quod est inquietum malum ,
plena veneno mortifero . Confirmatur vero ,
quod de detractione loquatur ibi Apostolus
Jacobus ex contextu , & ex cap. quarto , si-
mul junctis . Nam in contextu nominat *ma-
ledictionem* , & in c. quarto , quasi exponens
in speciali , quid intellexerit per maledictio-
nem , nominat , & quidem s̄pē , *detractio-
nem* . Cum ergo plus sit detestari , quam o-
dire , & Deus odiat habeat detractionem ,
detestetur vero susurrationem , patet , quod
susur-

(1) Sic enim ex Biblijis correctis verf. 17. legi
debet ; non autem sicut quidam dubie legunt devo-
tarior̄ , idest anathematizatio ; vel etiam *devoratio* idest
externe damnatio , apud Hugonem Cardinalem ; ne-
que *devoratio* quasi digitii ostensio confusione plena ,
ut ibidem addit ; sed simpliciter *devoratio* quasi con-
demnation , ex grecio καταδύνως quod illi non lege-
rant.

(2) Quippe cum nec homines honorari appetant ,
nisi propter amoris appetitum ; amari autem per se
gaudent ; ut videtur est cap. 9. græco-lat. vel cap. 8.

in antiquis & apud S. Thomam lect. 8.

(3) Non diffimili sensu ac Beda ipse interpretatur ,
et si alias quoque interpretationem sic premitit : *De-
trahis legi qui detrahis fratri , quæ ipsa non vobis
faceris qua detractionem verteris* : Ac deinde : *Potes-
& sis intelligi : Qui detrahis fratri legis iussa fa-
ciant , detrahis legi qua talia iussa dedit* : *Verbi
gratia* : *Lex præcepit dicens : Nec inimicorum eris inju-
rie civium tuorum* : *Qui ergo detrahis fratri quæ
videt pro Dei amore injurias libenter suscipere , de-
trahis legi qua nos injurias obliuisci precepit*.

Susuratio est gravius peccatum , quam de-
tractio . Secunda vides : quomodo ex iis , si
bene pensentur , & applicentur , doctrina
præsens angelica vicissim , &c.

Q U A E S T I O LXXV.

De derisione.

in duos articulos divisus.

D EINDE considerandum est de derisione : & circa hoc queruntur duo .

Primo , utrum derisio sit peccatum specia-
le , distinctum ab aliis peccatis , quibus per
verba nocumentum proximo infertur .

Secundo , utrum derisio sit peccatum mor-
tale .

A R T I C U L U S I. 407

*Utrum derisio sit speciale peccatum ab
aliis præmissis distinctum .*

A D primum sic proceditur . Videtur quod
derisio non sit speciale peccatum , ab
aliis præmissis (1) distinctum . Subsannatio
enim videtur idem esse quod derisio . Sed
subsannatio ad contumeliam videtur pertine-
re . Ergo derisio non videtur distingui a
contumelia .

2. Præterea . Nullus irridetur nisi de ali-
quo turpi , (2) ex quo homo erubescit . Hu-
jusmodi autem sunt peccata ; quæ si manife-
ste de aliquo dicuntur , pertinent ad contu-
meliam ; si autem occulte , pertinent ad de-
tractionem , sive susurbationem . Ergo derisio
non est vitium a præmissis distinctum .

3. Præterea . Hujusmodi peccata distin-
guuntur secundum nocumenta quæ proximo
infertur . Sed per derisionem non infertur

aliud nocumentum proximo quam in hono-
re , vel fama , vel detimento amicitie . Er-
go derisio non est peccatum distinctum a
præmissis .

Sed contra est quod derisio fit ludo , unde
& illusio nominatur . Nullum autem præmis-
sorum ludo agitur , sed serio . Ergo derisio
ab omnibus predictis differt .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra
dictum est (quest. lxxii. art. 2.) peccata
verborum præcipue pensanda sunt secundum
intentionem proferentis : & ideo secundum
diversa quæ quis intendit contra alium lo-
quens , hujusmodi peccata distinguuntur .

Sicut autem aliquis conviciando intendit
conviciati honorem deprimere , & detrahendo
diminuere famam , & susurrando tollere ami-
citiam ; ita etiam irridendo aliquis intendit
quod ille qui irridetur , erubescat . Et quia
hic finis est distinctus ab aliis , ideo etiam
peccatum derisionis distinguitur a præmissis
peccatis .

Ad primum ergo dicendum , quod subsan-
natio , & irrisio convenienter in fine , sed dis-
serunt in modo : quia irrisio fit ore , idest
verbo , & cachinnis ; subsannatio autem naso
rugato (3) , ut dicit Glossa (interl. Aug.)
super illud Psal. II. Qui habitat in cælis ,
irridebit eos . Talis autem differentia non di-
versificat speciem . Utrumque tamen differt
a contumelia , sicut erubescencia a dehonora-
tione : est enim erubescencia timor dehonora-
tionis , sicut Damascenus dicit (Lib. II. orth.
Fid. cap. xv.)

Ad secundum dicendum , quod de opere
virtuoso aliquis apud alios & reverentiam
meretur , & famam , & apud seipsum bonas
conscientias gloriam , secundum illud II. ad
Corinth. 1. 12. Gloria nostra hec est , testi-
monium conscientie nostra . Unde e converso de
actu turpi , idest vitiioso , apud alios quidem
tol-

(1) Puta , contumelia , detractione , vel susurra-
tione , de quibus mox actum est .

(2) Sive propter aliquid verecundum & inhono-
rarium , tam naturalē quam morale ; sicut cum Cham
filius Noe verenda patris sui nudata risit , ut Gen. 9
vers. 22. & expressius in Decretis Causa 2. quest. 7.
cap. Sententia ex Anacleto Papa epist. 3. ubi dici-
tur : Sententia Cham filii Noe damnantur , qui
fuerum Prepositorum culpam produsit , ceu Cham qui
pudenda non operuit , sed magis deridenda monstra-
vit (et si non deriserint ii nec viderint quibus au-
data nuntiavit , sed reverenter operuerint averso vul-
tu) Sicut & Causa 15. quest. 5. cap. De crimine ,
ubi dicitur prope finem quod Thomæ maledictus est
quia patris verenda derisit &c.

(3) Naso tantum obiter interlinealis moderna vel
impresa ; sed vetus manuscripta ex Hieronymo , ut
hic : Paulo aliter tamen Hieronymus in eum locum:
Subsannatio proprio rugato frons & contracto nase
exprimitur : Abiit itaque hoc nos de Deo corporaliter
existimare quod etiam in gravibus viris quidam re-
prehensione dignum arbitrantesur : Præmitit autem quod
per humana sermocinationis exemplo Dei effectus di-
scimus &c. Sic apud Horatium satyra 6. Naso su-
spendit adunco: Ut & apud Persium Satyra 1. Colli-
dus excessu populum suspendere nase . Cachinni por-
ro qui ad irriditionem pertinere dicuntur , non simpli-
cem dumtaxat r̄gum , sed vehementem , immodera-
tum , effusione significant , de quo Persius rursum ,
Engeminas gressuoles nase crispante cachinnos &c.

tollitur hominis honor, & fama ; & ad hoc contumeliosus, & detractor turpia de alio dicunt: apud seipsum autem per turpia, quæ dicuntur, aliquis perdit conscientiæ gloriam per quandam confusionem, & erubescitiam ; & ad hoc turpia dicit derisor. Et sic patet quod derisor communicat cum prædictis viuis in materia, differt autem in fine.

Ad tertium dicendum, quod securitas conscientiæ, & quies illius magnum bonum est, secundum illud Proverb. xv. 15. *Secura mens quasi juge convivium*. Et ideo qui conscientiam alicuius inquietat, confundendo ipsum, aliquod speciale nocumentum ei infert. Unde derisor est peccatum speciale.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, quod derisor est speciale peccatum distinctum a præmissis, scilicet contumelia, detractione, susurratione. Ut per dictum Isa. 57. *Super quem lufstis; super quem dilatatis os, & ejocistis linguam!* Ibi squidem vaticinatur propheta de Iudeis, qui Christianum Dominum in Cruce existentem blasphemaverunt, ut & *Marth.* 27. *Marc.* 15. *Luke* 23. habetur, quasi per ludum dilatando os ad coactiones, atque linguam ejicendo, in vituperium Crucifixi. Unde & increpatio alloquitur eos, tantoque magis, quanto tantum scelus quasi joco exercerunt, ut de psis verificaretur illud Prover. 10. *Quasi per risum stolidus operatur scelus.* Per hoc ergo, quod derisionem illam vocat ludum, id est, ludo factam, demonstrat, quod ab aliis præmissis peccatis distinguitur. Detractionem enim & contumeliam, & susurrationem fieri serio invenies, non ludo sicut derisionem, quæ & a ludo ipso, tanquam a forma, in qua consistit, denominata vocatur illusio, seu irrisio. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 403

Utrum deriso posse esse peccatum mortale.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod derisor non possit esse peccatum mortale. Omne enim peccatum mortale contrariatur caritati. Sed derisor non videtur contrariari caritati: agitur enim ludo quandoque inter amicos, unde & *delusio* nominatur. Ergo derisor non potest esse peccatum mortale.

2. Præterea. Derisor illa videtur esse maxima quæ sit in injuriam Dei. Sed non omnis derisor quæ vergit in injuriam Dei, est peccatum mortale: alioquin quicumque recidivaret in aliquod peccatum veniale, de quo pœnituit, peccaret mortaliter: dicit enim Isidorus (Lib. II. de sum. bono cap. xvi. in princ.) (1) quod *irrisor est, & non penitens, qui adhuc agit quod paenituit.* Similiter etiam sequeretur quod omnis simulatio esset peccatum mortale: quia, sicut Gregorius dicit in Moral. Lib. XXXI. cap. ix. ante med.) per simulationem significatur simulacrum, qui derideret equum, id est hominem suum, & ascensorem, id est Deum. Ergo derisor non est peccatum mortale.

3. Præterea. Contumelia, & detractionevidetur esse graviora peccata quam derisor: quia majus est facere aliquid serio quam joco. Sed non omnis detractione, vel contumelia est peccatum mortale. Ergo multo minus derisor.

Sed contra est quod dicitur Proverb. 11. 34. *Ipse (*) derides illusores.* Sed deridere Dei est aeternaliter punire pro peccato mortali, ut patet per id quod dicitur in Psal. 11. 4. *Qui habitat in celis, irridet eos.* Ergo derisor est peccatum mortale.

Respondeo dicendum, quod irrisio non fit nisi de aliquo malo, vel defectu. Malum autem, si sit magnum, non pro ludo accipitur;

(1) Ex quo refertur in Decretis dist. 3. de pœnitentia c. *Irrisor est:* Appendix autem Gregorii quæ prius ut ex cap. 6. & cap. 12. simul indicabatur ad marginem, cap. 5. in modernis habetur tota super illud Job 39. verl. 18. *Derides equum & ascensorem ejus;* ubi tamen equitem legit Gregorius, & sic in verso sensu commentatur: *Necandum vero quod nos ait Derides equum & ascensorem, sed equinem & ascensorem ejus;* *Equus quisque est uniuersus sancta anima corpus suum, quod videlicet novit & ab illis tuis continetia fratre restringere, & sursum cher-*

tatis impulsu in exercitatione boni operis relaxare: *Equitis ergo nomine anima sancti viri exprimitur quæ sumentum corporis bene subditum regit &c.* Quis vero alius hujus ascensor est equitis nisi omnipotens Deus quis iusti uniuersusque viri animum possidet sua bene membra possidentem? Huic ergo hypocrita deridere equitem est sanctos despiciere; deridere vero ascensorem equitis est profiliere usque ad injuriam Creatoris.

(*) *Kulgara deludet.*

pitur, sed seriose: unde si in ludum, vel risum vertatur, ex quo irrisio, vel illusionis nomen sumitur, hoc est, quia accipitur ut parvum.

Potest autem aliquid malum accipi ut parvum duplicitate: uno modo secundum se; alio modo ratione personæ. Cum autem aliquis alterius personæ malum, vel defectum in ludum, vel risum ponit, quia secundum se parvum malum est, est veniale, & leve peccatum secundum suum genus. Cum autem accipitur quasi pravum ratione personæ, sicut defectus puerorum, & stultorum parum ponderare solemus: sic aliquem illudere, vel irridere, est eum omnino parvipendere, & eum tam vilem estimare, ut de eius malo non sit curandum, sed sit quasi pro ludo habendum. Et sic deriso est peccatum mortale, & gravius quam contumelia, quæ similiter est in manifesto: quia contumeliosus videretur accipere malum alterius seriose, illusor autem in ludum: & ita videtur esse major contemptus, & dehonorio. Et secundum hoc illusio est grave peccatum, & tanto gravius, quanto major reverentia debetur personæ qua illuditur.

Unde gravissimum est irridere Deum, & ea quæ Dei sunt, secundum illud Isa. xxxvii. 23. *Cui exprobasti? & quem blasphemasti?* & super quem exaltasti vocem tuam? Et postea subditur, *Sanctum Israel.* Deinde secundum locum tenet irrisio parentum: unde dicitur Proverb. xxx. 17. *Oculum qui subsanctat patrem, & despiciat partum matris sue, effodianc eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquile.* Deinde justorum deriso gravis est: quia honor est virtutis premium: & contra hoc dicitur Job xii. 4. *Deridetor iusti simplicitas:* quæ quidem deriso valde nociva est, quia per hoc homines a bene agendo impediuntur, secundum illud Gregorii (Lib. XX. Moral. cap. xv. parum ante med.) *Qui in aliorum officiis exoriri*

bona respicieunt, mox ea manu pestilera exprobratores evellunt (1).

Ad primum ergo dicendum, quod ludus non importat aliquid contrarium caritati respectu ejus cum quo luditur; potest tamen importare aliquid contrarium caritati respectu ejus de quo luditur, propter contemptum; ut dictum est (in corp.)

Ad secundum dicendum, quod ille qui recidivat (2) in peccatum de quo pornituit, & ille qui simulat, non expresse Deum irriter, sed quasi interpretative, in quantum scilicet ad modum deridentis se habet. Nec tamen venialiter peccando aliquis simpliciter recidivat, vel simulat, (*) sed dispositive, & imperfecte.

Ad tertium dicendum, quod deriso secundum suam rationem levius aliquid est quam detractio, vel contumelia, quia non importat contemptum, sed ludum; quandoque tamen habet majorem contemptum quam contumelia, (3) ut supra dictum est (in corp. art.) & tunc est grave peccatum.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito insinuatum a scripturis fuisse, quod deriso est peccatum mortale. Ut Proverb. 3. secundum quod extenditur in argumento. Item 4. Regum 2. per hoc, quod pueri illudentes Eliseo per ly Ascende Calve. Ascende Calve, ab ursis lacerati sunt. Item ibid. cap. primo, per hoc quod duos primos principes quadragenarios dicentes ad Heliam, illusorie ly Homo Dei, ignis descendens e celo devoravit. Item per hoc, quod ad illusores Christi Crucifixi, ut dictum est art. 1. append. Isa. vaticinando increpatie, verissimeque dicit, cap. 57. *Numquid non vas filii scelesti? fermen mendax?* Quibus verbis profecto & derisionem ab eis illatam

(1) Ut lib. 20. moralium cap. 15. videre est super illud Job 30. *Mandobant barbas & arborum soricos.*

(2) Sive qui relabitur: Non ut impressa quedam habent, qui redesciver, sed in aliis peccatis, ut & in manucripto, qui recidivat.

(*) Ita cum codicibus Alcon. Camer. & Paris. Nicolajus, Al. dispositive, vel interpretative.

(3) Maxime vero in personam cui ex quoconque respectu specialis reverentia debeatur; ut deriso Noe per Cham, quæ maledictione punita est (Gen. 9.) vel Davidis per Michol, quæ punita est sterilitate (2. Reg. 6.) vel Elisei per pueros, quæ informata

devoratio sequuta est 4. Reg. 1. vel illa de qua Prov. 19. vers. 29. *Parata sunt derisoribus iudicia: nimis enim iudicia damnationis derisoribus iudiciorum vel preceptorum divinorum,* ait ibidem Glossa: Qualis etiam per cathedram pestilentie intelligitur Pf. 1 ubi dicitur *beatus vir qui in cathedra pestilentie non sedis, sed secundum Aquilam in cathedra xxviii. seu in cathedra derisorum:* Hinc Ambrosius ibi: *Generaliter (inquit) ad omnes flagitosos potest referri; deinde specialiter ad irratores bonorum quos Aquila xxviii. dixit, quondam iisi morbi sunt qui irridendo bonos plarimum animis operantur errorem, menscendo corrumponere &c.*

illatam Crucifiso denotat esse scelus, & esse mendacium, idest eam continere ex omni parte mendacium, & tam in summo, ut ipsa deriso possit dici in abstrato mendacium. Significavit ergo, illam tum ratione, qua deriso, tum ratione, qua mendacium, esse peccatum. Verum ratione, qua in Deum deriso, esse blasphemum factus; ratione autem, qua mendacium, esse falsitatem admodum in summo perniciosa. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis declaretur &c.

Q U A S T I O LXXVI.

*De maledictione,**In quatuor articulos divisa.*

Posita considerandum est de maledictione: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum licite possit aliquis maledicere homini.

Secundo, utrum licite possit aliquis maledicare irrationali creature.

Tertio, utrum maledictio sit peccatum mortale.

Quarto de comparatione ejus ad alia peccata.

A R T I C U L U S I. 409

Utrum licet maledicere aliquem.

Iv. dist. xxviii. quest. ii. art. 1. quest. 2. ad 1. & vir. quest. ii. art. 8. ad 10. & 15. & Ps. v. & Rom. xi. & xii. lect. 9.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non licet maledicere aliquem. Non est enim licitum praeterire mandatum Apostoli, in quo Christus loquebatur, ut dicitur II. ad Cor. xiiii. Sed ipse praecepit Rom. xii. 14. *Benedicite, & nolite maledicere.* Ergo non licet aliquem maledicere.

2. Præterea. Omnes tenentur Deum benedicere, secundum illud Dan. iiiii. 82. *Benedicte filii hominum Domino.* Sed non potest

ex ore eodem procedere beneficium Dei, & maledictio hominis, ut probatur Jacobi iii. Ergo nulli licet aliquem maledicere.

3. Præterea. Ille qui aliquem maledicit, videtur optare ejus malum culpas, vel poenam, quia maledictio videtur esse imprecatio quædam. Sed non licet desiderare malum alterius; quinimo orare oportet pro omnibus, ut liberentur a malo. Ergo nulli licet maledicere.

4. Præterea. Diabolus per obstinationem maxime subjectus est malitiae. Sed non licet alicui maledicere diabolum, sicut nec seipsum: dicitur enim Eccli. xxii. 30. *Cum maledicis impius diabolum, maledicit ipse animam suam.* Ergo multo minus licet maledicere hominem.

5. Præterea. Num. xxiiii. super illud, *Quomodo maledicam cui non maledixit Dominus?* dicit Glossa,, Non potest esse justa,, maledicendi causa, ubi peccantis ignoratur affectus. (1) „ Sed homo non potest scire affectum alterius hominis, nec etiam utrum sit maledictus a Deo. Ergo nulli licet aliquem hominem maledicare.

Sed contra est quod Deut. xxviii. 27. dicitur: *Maledictus qui non permanet in servitibus legis hujus.* Eliseus etiam pueris sibi illudentibus maledixit, ut habetur IV. Reg. 11.

Respondeo dicendum, quod maledicere ipsum est quod malum dicere. Dicere autem tripliciter se habet ad id quod dicitur. Uno modo per modum enuntiationis; sicut aliquid exprimitur modo indicativo: & sic maledicere nihil aliud est quam malum alterius referre, quod pertinet ad detractionem: unde quandoque maledici detracatores dicuntur. Alio modo dicere se habet ad id quod dicitur, per modum causæ: & hoc quidem primo & principaliter competit Deo, qui omnia suo verbo fecit, secundum illud Ps. xxxii. 9. *Dixit, & facta sunt:* consequenter autem competit omnibus, qui verbo suo alios movent per imperium ad aliquid faciendum: & ad hoc instituta sunt verba imperativi modi. Tertio modo ipsum dicere se habet ad id quod dicitur, quasi expressio quædam affectus desiderantis id quod verbo exprimitur: & ad hoc instituta sunt verba optativi modi.

Præ-

(1) Ex Origenis homil. 15. in librum Numerorum ex qua etiam in Decretis referuntur Causa 24. qu. 3. cap. Deus quando: Ubi maledictio Dei ab hominibus maledictione distinguitur, quod quando Deus maledicit, meritum ejus designat cui maledicetur; ut pose quem non fallit nec peccantis qualitas nec peccanti effectus; homo autem quia hoc non potest scire

(cum alterius mentem cognoscere non posse) idcirco, etiam si judicantis intuitu proficeret maledictum, non potest esse justa male dicendi causa &c. Ficitur porro illud occasione Balam qui rogatus a Balach Rege ut Israelim pro se malediceret, respondit se non posse maledicere cui non maledixisset Deus; ut indicatur supra.

Prætermisso ergo primo modo maledictionis, qui est per simplicem enuntiationem mali, considerandum est de aliis duobus. Ubi scire oportet, quod facere aliquid, & velle illud, se consequuntur in bonitate, & malitia, ut ex supradictis patet (1.2. qu.xx. art.3.) Unde in istis duobus modis, quibus malum dicitur per modum imperantis, vel per modum optantis, eadem ratione est aliquid licitum, & illicitum. (1) Si enim aliquis imperet, vel optet malum alterius, inquantum est malum, quasi ipsum malum intendens; sic maledicere utroque modo erit illicitum: & hoc est maledicere, per se loquendo. Si autem aliquis imperet, vel optet malum alterius sub ratione boni, sic est licitum; nec erit maledictio, per se loquendo, sed per accidens: quia principalis intentio dicentis non fertur ad malum, sed ad bonum.

Contingit autem malum aliquod dici impenando, vel optando, sub ratione duplicitis boni. Quandoque quidem sub ratione justi: & sic iudex licite maledicit illum cui præcipit justam poenam inferri: & sic etiam Ecclesia maledicit anathematizando, (2) sicut & Prophetæ in Scripturis quandoque imprecantur mala Peccatoribus, quasi conformantes voluntatem suam divinæ justitiae; licet haec imprecations possint etiam per modum prænuntiationis intelligi. Quandoque vero dicitur aliquod malum sub ratione utilis; puta cum aliquis optat aliquem peccatorem pati aliquam ægritudinem, aut aliquod impedimentum, vel ut ipse melior efficiatur, vel ut faltem ab aliorum documento cesseret.

Ad primum ergo dicendum, quod Apostolus prohibet maledicere, per se loquendo, cum intentione mali.

Et similiter dicendum est ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod optare alicui malum sub ratione boni, non contrariatur affectui quo quis simpliciter alicui optat bonum; sed magis habet conformitatem ad ipsum.

Ad quartum dicendum, quod in diabolo est considerare naturam, & culpam. Natura quidem ejus bona est, & a Deo, nec eam

Summ. S. Th. Tom. VII.

maledicere licet; culpa autem ejus est maledicenda, secundum illud Job. 111. 8. *Maledicant ei qui maledicunt diei.* (3) Cum autem peccator maledicit diabolum propter culpam, seipsum simili ratione judicat maledictione dignum; & secundum hoc dicitur maledicere animam suam.

Ad quintum dicendum, quod affectus peccantis, et si in se non videatur, potest tamen percipi ex aliquo manifesto peccato, pro quo poena est infligenda. Similiter etiam quamvis sciri non possit, quem Deus maledicat secundum finalem reprobationem; potest tamen sciri, quis sit maledictus a Deo secundum reatum presentis culpa.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem tum directam, haec est in corporeum indirectam, haec est solutio argumentorum, destruas errorem *Albanensem* dicentium: Ecclesiam non posse excommunicare. Item & *Joannis Wiccleff*, & *Joannis Hus*: dicentium, quod excommunicans, quem prius nesciat a Deo excommunicatum, est ex hoc haereticus, vel excommunicatus. Excommunicare enim est maledicere, & ideo contra praedictos errores praesens articulus directe pugnat. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, merito praedictos errores damnari a scripturis, 4. Reg. 2. ubi Heliæus maledixit in nomine Domini pueris: Ecclesiam autem non minorem, sed majorem esse Eliæzo, nemo sani capit is vel tantillum dubitat. Item a Domino nostro per hoc, quod Matth. 18. dat potestatem Ecclesie maledicendi incorrigibiles: si Ecclesiam, inquit, non audieris, si tibi, sicut Ethnicus, & publicanus. Amen, en potestas data, dico vobis; quæcumque alligaveritis, scilicet per excommunicationem, qua quis fit fideli cuique sicut Ethnicus, & publicanus, super terram, erunt ligata & in Cælo. Item errorem Wiccleff, &c. merito damnari a Concil. Constantiensi, scilicet 8. Item ab *Apost. 1. Cor. 5.* per hoc, quod excommunicat Corinthium

Dd illum

(1) Nempe, per modum imperantis maledicere, vel per modum optantis.

(2) Idest ab Ecclesia vel fidelium communione separando, juxta vim græce vocis quæ separationem vel *scorism positionem* significat: Sicut & in Decreto Causa 24. qu. 3. cap. *Certum ex collatione quinta Synodi generalis dicitur, omni modo separatus a Deo, qui anathematizatur: Nihil enim il-*

Iud significat anathema nisi a Deo separationem.

(3) Sic enim Gregorius explicat (lib. 4. mortuum cap. 53.) & applicat daemoni qui se ostentare voluit angelicis etiam spiritibus; ac ab eisdem humilia de se sentientibus calcatus est: ut & ad Antichristi superbiam futuram referat cap. 12. tametsi quoad ipsam superficiem de die sue nativitatis hec dicat Job.

illum fornicarium , ut tandem spiritus salvus fiat . Non expectat Apostolus , neque scit , finalē maledictionem , seu excommunicatiōnem hujus a Deo , ad hoc , ut eum excommunicet ; imo & sibi Apostolo sufficit scire , quod est in peccato mortali , &c , ne finaliter excommunicetur a Deo , ipsum excommunicat . Item merito damnari a veritatis auris super legem veterem , Exod . 17. conclus . 2. & Levit . 13. concl . 2. & Num . 23. concl . 1. Tertio vides : quomodo ex iis bene pensatis , & applicatis &c.

ARTICULUS II. 410

*Urum liceat creaturam irrationalē
maledicere .*

Inf. art. 4. ad 1.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod non liceat creaturam irrationalē maledicere . Maledictio enim præcipue videtur esse licita , inquantum respicit poenam . Sed creatura irrationalis non est susceptiva nec culpæ , nec poenæ . (1) Ergo eam maledicere non licet .

2. Præterea . In creatura irrationali nihil invenitur nisi natura , quam Deus fecit . Hanc autem maledicere non licet etiam in diabolo , ut dictum est (art. præc. ad 4.) Ergo creaturam irrationalē nullo modo licet maledicere .

3. Præterea . Creatura irrationalis aut est permanens , sicut corpora ; aut est transiens ,

sicut tempora . Sed , sicut Gregorius dicit in IV. Moral . (2) otiosum est maledicere non existenti , vitiosum vero , si existet . Ergo nullo modo licet maledicere creature irrationali .

Sed contra est quod Dominus maledixit fculneæ , ut habetur Matt . xxi . & Job maledixit diei suo , ut habetur Job 111 .

Respondeo dicendum , quod benedictio , vel maledictio proprie ad illam rem pertinet cui potest aliquid bene , vel male contingere , scilicet rationali creatura . Creaturis autem irrationalibus bonum , vel malum dicitur contingere in ordine ad creaturam rationalem , propter quam sunt .

Ordinantur autem ad eam multipliciter . Uno quidem modo per modum subventionis , inquantum scilicet ex creaturis irrationalibus subvenitur humanæ necessitatibus : & hoc modo Dominus homini dixit Genes . 111 . 47. *Maledicta terra in opere tuo* , ut scilicet per ejus sterilitatem homo puniretur . Et ita etiam intelligitur quod habetur Deuteron . xxviii . 5. *Benedicta borrea tua* : & infra 17. *Maledictum horreum tuum* . Sic etiam David maledixit montes Gelboe , secundum Gregorii expositionem (Lib. IV. Moral . cap. 111. in fi. & cap. iv.) (3) Alio modo creatura irrationalis ordinatur ad rationalem per modum significationis : & sic Dominus maledixit fculneam in significationem Iudæz . Tertio modo ordinatur creatura irrationalis ad rationalem per modum continentis , scilicet temporis , vel loci : & sic maledixit Job diei nativitatis suæ , propter culpam originalem , quam nascendo contraxit , & propter sequentes poenalitates : & propter hoc etiam

(1) Si formaliter poena in ratione poenæ accipiatur , quia sic est sequela dumtaxat culpæ : Non si materialiter prout est quædam afflictio vel sensibilis cruciatus .

(2) Ex cap . 2. vel in aliis ex cap . 3. colligitur in illa verba Job . 2. *Pereat dies in qua natus sum* , ubi ait : *Si superficie tenus historia ascenditur , quid bis verbis reprehensilius inventur ? Quis enim nesciat diem in quo natus est , nequaquam tuncflare posuisse ? Sed fortasse aliquis dicat quod ex eo pondus virtutis ejus aspicitur quia tribulatione commotus illi rei maledictum irrogat quæ minime subsistat : Sed hoc citius perspecta ratio destruit : Quia si subsistebat res cui malediceret perniciosum maledictum intulit : Si autem non subsistebat , otiosum .*

(3) Possunt idcirco (inquit) montes Gelboe ore Prophetae maledici , ut dum fructus exarescere terra non oritur , possessores terre sterilitatis damno feriantur ; quatenus ipsi sententiam maledictionis acciperent qui apud se suscipere mortem Regis , iniquitate sua sic exigente , meruisserent : Etsi præmitit ibi quod

per Gelboe montes non immerito superba Judeorum corda signantur ; qui ab omni gracie rore siccantur (inquit) quia in Chriſti (sive uncti) se morte miscerunt . Quomodo autem ejusmodi maledictiones licet dici possint vel illicite , sic subjungit cap . 6. *Sciendum* (inquit) quod Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat ; aliud videlicet quod approbat ; aliud quod improbat vel damnat : Aliet enim maledictum profertur iudicio iustitia (ut cum dictum est . *Maledicta terra in opere tuo* Genes . 3.) Alier livore vindicat (ut cum ad Rom . 12. monet Paulus Nolite maledicere) Cum ergo sancti viri maledictionis sententiam proferunt , non ad hanc ex voluntate ultionis , sed ex iustitia examinis erumpunt (vel examine iustitia , ut cap . Cum sancti Caifa 24. qu . 3. in Decretis refertur) Intus enim subtile Dei iudicium aspiciunt , & mala foris exurgentia , que maledictio debeant ferire cognoscunt ; & eo in maledictio non peccant , quo ab interno iudicio (vel ab eterno) non discordant .

etiam potest intelligi David maledixisse monites Gelboe, ut legitur II. Reg. 1. scilicet propter cædem populi quæ in eis contigerat.

Maledicere autem rebus irrationalibus, in quantum sunt creaturæ Dei, est peccatum blasphemiarum; maledicere autem eis secundum se consideratis, est otiosum, & vanum, & per consequens illicitum.

Et per hoc patet responsio ad objecta.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito fuisse a Scripturis insinuatum. quod licet maledicere creaturam irrationalem. Ut Gen. 3. *Maledicta terra in opere tuo*. Et Deuter. 28. *Maledictum borreum tuum*. Et Job. 3. *Maledixit dici sue, dicens: pereas dies, in qua natus sum*. Et Jerem. 20. *Maledicta dies, in qua natus sum*. Et Matth. 21. *Dominus maledixit ficalnea*. Et Regum. 1. *David maledixit montibus Gelboe*. Secundo a fortiori habes: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, quod licitum est benedicere creaturam irrationalem. Nam si de quo minus videtur inesse (quod in proposito est maledicere) inest: utique & de quo magis videtur inesse (quod in proposito est benedicere) magis inerit; juxta regulam Philosophi logicalem. *Tertio* igitur habes: quomodo per rationem destruas pestiferum, atque impiaissimum errorem *Pauperum de Lugduno* dicentium: Benedictiones omnes, quas Ecclesia facit, vel dicit super panem, vinum, aquam, oleum, sal, ceram; incensum, arbores, seu ramos olivarum, palmarum, vestimenta, calices, & quæcunque alia ad Ecclesiasticum usum pertinentia, nullius esse momenti; sed esse potius practicam necromantiarum, quam sacræ Theologiarum. *Quarto* habes: quomodo per rationem ostendas, prædictum errorem merito damnari a Num. 19. & Hebr. 9. de cinere vitulæ asperso; item a 4. Reg. 2. de sale in aquas misso. Unde a fortiori argumentatur ad propositum benedictionum Ecclesiastarum super res irrationales *Alexander Primus*, qui fuit Papa quintus post Petrum. Hic ergo omnes benedictiones Ecclesiarum præmissas approbat in earum simili, scilicet, aqua benedicta; & per hoc errores quoscunque contrarios, qualis est ille impietatem ebulliens *Pauperum de Lugduno*, condemnat dicens: „Aqua sale conspersam in populis benedicimus: ut ea cuncti aspersi

„sanctificantur, & purificantur: quod omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. „Nam, si cinis vitulæ aspersus populum sanctificabat, atque mundabat: multo magis aqua sale aspersa, divinisque precibus sacramta populum sanctificat, atque mundat. „Et, si sale asperso per Helisæum Propheta tam sterilitas aqua sanata est: quanto magis divinis precibus sacramtum sal sterilitatem rerum afferat humanarum: & coquianatos sanctificat, & purgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli avertit, & a phantasmati versutiis homines defensit. „Hæc ille: & recitantur de consecrat. distinctæ. 3. cap. *Aquam*. Item merito damnari a Veritatibus aureis super legem veterem, *Exod. 30. conclus. 4. & cap. 38. concl. 1. & cap. 40. concl. 1.* Item *Numer. 4. concl. 1. & cap. 10. concl. 2. & cap. 18. concl. 2.* Nam & *Calvinus*, quasi irridens Ecclesiasticum illum usum, recitat ipsum; unde ibi canonice oppugnatur, & expugnatur una cum prædictis omnium bonorum pauperibus. *Quinto* vides: quomodo ex iis omnibus, si bene pensentur, & applicentur, declaretur &c.

A R T I C U L U S III. 411

Utrum maledicere sit peccatum mortale.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod maledicere non sit peccatum mortale. Augustinus enim in homilia de igne purgatorio (quæ est xl. de SS. ante med.) numerat maledictionem inter levia peccata. Hæc autem sunt venialia. Ergo maledictio non est peccatum mortale, sed veniale.

2. Præterea. Ea quæ ex levi motu mentis procedunt, non videntur universaliter esse peccata mortalia. Sed interdum maledictio ex levi motu procedit. Ergo maledictio non est peccatum mortale.

3. Præterea. Gravius est maleficere quam maledicere. Sed maleficere non semper est peccatum mortale. Ergo multo minus maledicere.

Sed contra. Nihil excludit a regno Dei nisi peccatum mortale. Sed maledictio excludit a regno Dei, secundum illud I. ad Cor. vi. 10. *Neque maledici, neque ratares regnum Dei possidebunt*. Ergo maledictio est peccatum mortale.

Respondeo dicendum, quod maledictio de qua nunc loquimur, est per quam pronun-

Dd 2 tia.

tiatur malum contra aliquem vel imperando, vel optando. Velle autem, vel imperio movere ad malum alterius, secundum se repugnat caritati, qua diligimus proximum voluntates bonum ipius: & ita secundum suum genus est peccatum mortale, & tanto gravius, quanto personam cui maledicimus, magis amare, & revereri tenemur. Unde dicitur Levit. xx. 9. *Qui maledixerit patri suo, & matri, morte moriatur.*

Contingit tamen verbum maledictionis prolatum esse peccatum veniale, vel propter parvitatem mali quod quis alteri maledicendo imprecatur, vel etiam propter affectum ejus qui profert maledictionis verba, dum ex levi motu, vel ex ludo, aut ex surreptione aliqua talia verba profert: quia peccata verborum maxime ex affectu pensantur, ut supra dictum est (quest. lxxii. art. 2.)

Et per hoc patet responsio ad objecta.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito a scripturis insinuatum fuisse, quod maledicere est peccatum mortale. Ut 1. Cor. 6. Secundum quod explanatur in argum. contr. Item 1. Cor. 5. *Si is, qui inter vos frater nominatur, est, &c. maledicus, &c. cum hujusmodi nec cibum sumere.* Ecce, quantum abominatur maledicuum: quod utique non faceret, si maledicere secundum genus suum esset peccatum veniale. Secundo vides, quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 412

Utrum maledicere sit gravius peccatum quam detractio.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod maledictio sit gravius peccatum quam detractio. Maledictio enim videtur esse blasphemia quedam, ut patet per id quod dicitur in Canonica Judæ 9. quod *cum Michael Archangelus cum diabolo disputans, altercav-*

tur de Moyſi corpore, non est ausus judicium inferre blasphemie: & accipitur ibi blasphemia pro maledictione, secundum Glossam (interl.) (1) Blasphemia autem est gravius peccatum quam detractio. Ergo maledictio est gravior detractione.

2. Præterea. Homicidium est detractio gravius, ut supra dictum est (quest. lxxi. art. 3.) Sed maledictio est par peccato homicidii: dicit enim Chrysostomus super Matth. (hom. xx. vers. vi.) *Cum dixeris,* (2) *Maledic ei, & dominum everti, & omnia perire fac, nihil ab homicida differt.* Ergo maledictio est gravior quam detractio.

3. Præterea. Causa præminent signo. Sed ille qui maledicit, causat malum suo imperio; ille autem qui detrahit, solum significat malum jam existens. Gravius ergo pecat maledicitus quam detractor.

Sed contra est quod detractio non potest bene fieri; maledictio autem sit bene, & male, ut ex dictis patet (art. i. hu. quest.) Ergo gravior est detractio quam maledictio.

Respondeo dicendum; quod, sicut in primo habitum est (quest. xlvi. art. 5.) duplex est malum, scilicet culpæ, & poenæ. Malum autem culpæ pejus est, ut ibidem ostensum est (art. 6.) Unde dicere malum culpæ pejus est quam dicere malum poenæ, dummodo sit idem modus dicendi. Ad contumeliosum ergo, & susurrionem, & detractorem, & etiam derisorem pertinet dicere malum culpæ; sed ad maledicentem, prout nunc loquimur, pertinet dicere malum poenæ, non autem malum culpæ, nisi forte sub ratione penæ. Non tamen est idem modus dicendi: nam ad prædicta quatuor vitia pertinet dicere malum culpæ solum enuntiando; per maledictionem vero dicitur malum poenæ, vel causando per modum imperii, vel optando. Ipsa autem enuntiatio culpæ peccatum est, in quantum aliquid documentum ex hoc proximo infertur: gravius autem est documentum inferre quam documentum desiderare, ceteris paribus.

Unde detractio secundum communem rationem gravius peccatum est quam maledictio

(1) Quæ sic explicat supradicta, ut non sit ausus ei maledicere quasi male creature.

(2) Sive quando dixeris (ὅταν εἴπῃς) ubi splendum Deo ut modernus Interpres vertit; & ex ibi præmisso colligitur: Nempe sic: *Deum ac Dei leges inhonoras qui omnem injuriam remitti jubet;* invocas eum ut suis meis preceptis contraria facias: *Nec tibi satis, quod legem Dei transgredieris tu ipse,*

sed & Deum ut hoc facias depravaris. Tametsi posterior vetus versio Chrysostomi habet, *Maledic & hic ex illa S. Thomas, habetur tamen in moderna Disfrumpe:* sicut & græce καταρρίψας pro quo fortasse fibi finxit vetus Interpres καταρρίψας ex καταρρίψιον quod idem est ac maledico; cum ex καταρρίψιον quod perinde est ac disfrumpe interpretari debubet.

Actio simplex (1) desiderium exprimens ; maledictio vero quæ sit per modum imperii, cum habeat rationem causæ, potest esse detractione gravior, si majus nocumentum inferat quam sit denigratio famæ ; vel levior, si minus (2). Et hæc quidem accipienda sunt secundum ea quæ per se pertinent ad rationem horum vitiorum.

Possunt autem & alia per accidens considerari, quæ prædicta vitia vel augent, vel minuantur.

Ad primum ergo dicendum, quod maledictio creaturæ, in quantum creatura est, redundat in Deum; (3) & sic per accidens habet rationem blasphemiarum : non autem si maledicatur creaturæ propter culpam. Et eadem ratio est de detractione.

Ad secundum dicendum, quod, sicut dictum est (art. prec.) maledictio uno modo includit desiderium mali : unde si ille qui maledicit, velit malum occisionis alterius, desiderio non differt ab homicida ; differt tamen, in quantum actus exterior aliquid adjicit voluntati.

Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit de maledictione, secundum quod importat imperium.

A P P E N D I X.

Ex articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis, quod detractione est pejor, quam maledictio. Insinuatum autem id per hoc, quod maledictionem quandoque esse licitam, innunt, ut adductum est in art. 1. & 2. append. Detractionem vero semper esse illicitam per ly Curam habendo bono noraine, hoc enim magis permanebit sibi, quam melle thesauri pretiosi, & magni, Ecclesiast. 41. Nam per hoc, quod nomen bonum, idest famam instantum eferunt, ut eam pretiosissimam, magnisque thesauris, anteponant, connotant, quod detractione, quæ semper boni nominis, idest, famæ alicuius est denigratio, nunquam est

licita, immo semper tanto magis illicita est, quanto thesaurorum pretiosorum thesaurus prætiosissimo secundum naturam ipsius detractionis infidatur, stantibus his manifeste videtur intentum. Quis enim nesciat, quod illud est gravius peccatum, utpote culpæ tenacius inhærens, quod nunquam potest bene fieri, quam illud, quod potest aliquando bene fieri? Secundo vides quomodo &c.

Q U Ä S T I O LXXVII.

De fraudulentia, quæ committitur in emptionibus, & venditionibus,
in quatuor articulos divisa.

DEinde considerandum est de peccatis quæ sunt circa voluntarias commutationes : & primo de fraudulentia, quæ committitur in emptionibus, & venditionibus ; secundo de usura, quæ fit in mutuis. Circa alias enim commutationes voluntarias non inveniatur aliqua species peccati, quæ distinguitur a rapina, vel furto.

Circa primum queruntur quatuor.

Primo de injusta venditione ex parte pretii, scilicet utrum liceat aliquid vendere plus quam valeat.

Secundo de injusta venditione ex parte rei venditæ.

Tertio, utrum vendor teneatur dicere vitium rei venditæ.

Quatuor, utrum licitum sit aliquid negotiando pluris vendere quam emptum sit.

A R T I C U L U S I. 413

Utrum licite aliquis possit vendere rem plus quam valeat.

IV. dist. xxv. quest. III. art. 1. quest. I. cor.
& quest. II. art. 2. cor.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod aliquis licite possit vendere rem plus quam

(1) Vel transposita constructione desiderium simplex.

(2) Supple nocumentum inferas ut ex antecedentibus refungi debet.

(3) Quia non potest esse malæ creaturæ bonus creator ; & sic maledicere creaturam prout est creatura, est quodammodo maledicere creatorum. Sed nec etiam propter culpam facile maledici debere criminosis indicat Hieronymus, cum ait : *Si Michael*

non fuit auctor diabolo, & certe maledictione dignissimo, judicium inferre blasphemie, quanto magis nos ab omni maledictio puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictum, sed per angelos blasphemia exire non debuit; ut in 3. caput epistole ad Titum videtur est, unde refertur in Decretis Causa 24. qu. 3. cap. Si igitur : Indidem infert Beda omnem caven- dam esse blasphemiam, præsertim vero ne indiscretio verbo creaturæ moxias offendatur.

quam valeat. Justum enim in commutatiōnibus humanarū vitarū secundum leges civiles determinatur. Sed secundum eas licitum est emptori, & venditori ut se invicem decipiāt (ex Cod. Lib. IV. tit. 44. de rescindenda venditione :) (1) quod quidem sit, inquantum vendor plus vendit rem quam valeat; emptor autem minus emit quam valeat. Ergo licitum est quod aliquis vendat rem plus quam valeat.

2. Præterea. Illud quod est omnibus commune, videtur esse naturale; & non esse peccatum. Sed sicut Augustinus refert. XIII. de Trinit. (cap. III. a princ.) dictum cuiusdam Mimi fuit ab omnibus acceptum, *Vili vultis emere, & care vendere: cui etiam consonat quod dicitur Proverb. x. 14. Malum est, malum est, dicit omnis emptor; & cum recesserit; gloriatur.* Ergo licitum est aliquid carius vendere, & vilius emere quam valeat.

3. Præterea. Non videtur esse illicitum, si ex conventione agatur id quod fieri debet ex debito honestatis. Sed secundum Philosopham in VIII. Ethicor. (cap. XIV. sub. fin.) in amicitia utili recompensatio fieri debet secundum utilitatem quam consecutus est ille qui beneficium suscepit: quæ quidem quandoque excedit valorem rei datæ; sicut contingit cum aliquis multum re aliqua indiget vel ad periculum evitandum, vel ad aliquid commodum consequendum. Ergo licet in contractu emptionis, & venditionis aliquid dare pro majori pretio quam valeat.

Sed contra est quod dicitur Matth. VI. 12. *Omnia quecumque vultis ut facient vobis homines, & vos facite illis.* Sed nullus vult sibi rem vendi carius quam valeat. Ergo nullus debet alteri vendere rem carius quam valeat.

Respondeo dicendum, quod fraudem adhibere ad hoc quod aliquid plus justo pretio

vendatur, omnino peccatum est, inquantum aliquis decipit proximum in damnum ipsius. Unde & Tullius dicit in Lib. III. de offic. (in tit. quod bono viro non est simulandum, a princ.) *Tollendum est igitur in rebus contrabendis omne mendacium: non licitatem vendor, nec qui contra se licetetur, apponat* (2).

Si autem fraus deficit, tunc de emptione, & venditione duplicitate loqui possumus. Uno modo secundum se: & secundum hoc emptio & venditio videtur esse introducta pro communi utilitate utriusque, dum scilicet unus indigeret re alterius, & e converso; sicut patet per Philosophum in I. Polit. (cap. VI. a princ.) Quod autem pro communi utilitate inductum est, non debet esse magis in gravamen unius quam alterius: & ideo debet secundum æqualitatem rei inter eos contractus institui. Quantitas autem rei, quæ in usum hominis venit, mensuratur secundum pretium datum; ad quod est inventum numisma, ut dicitur in V. Ethic. (cap. V. ante med.) Et ideo si vel pretium excedat quantitatem valoris rei, vel e converso res excedat pretium, tolletur justitiae æqualitas. Et ideo carius vendere, vel vilius emere rem quam valeat, est secundum se injustum, & illicitum.

Alio modo possumus loqui de emptione, & venditione, secundum quod per accidens cedit in utilitatem unius, & detrimentum alterius; puta cum aliquis multum indiget habere rem aliquam, & aliis lèditur, si ea careat: & in tali casu justum pretium erit ut non solum respiciatur ad rem quæ venditur, sed ad damnum quod vendor ex venditione incurrit. Et sic licite poterit aliquid vendi plus quam valeat secundum se, quamvis non vendatur plus quam valeat habenti. Si vero aliquis multum juvetur ex re alterius quam accepit, ille vero qui vendit, non damnificetur carendo re illa, non debet eam super-

(1) Ubi ad rescindendam venditionem declaratur non sufficere quod comparatus magno pretio fundus distrahatur minori quam emptus sit, leg. *Ad resistuendam;* Sed expressius in ff. (hoc est Digestis) lib. 4. tit. 4. & §. 4. ubi licet dicit Pomponius ut in pretio venditionis & emptionis invicem se circumveniant contrahentes: Et lib. 19. tit. 2. leg. 22. §. 3. ubi dicitur ex Bartolo quod quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter concessum est quod pluris sit minoris emere, quod minoris sit pluris vendere; atque ita invicem se circumscribore, sic in te-

cationibus quoque & conductionibus juris est &c.

(2) Vel apponatur, sicut alii legunt lib. 3. circa medium seu sect. 64. ubi sensus est neminem esse subornandum qui vel plus justo venditori offerat ad fallendum emptorem, vel in ejus gratiam longe minus offerat ad cogendum hoc pacto venditorem ut ab emptore majus pretium quod obtulerit accipiat: Sic enim licitator intelligitur qui frequenter pretium offert alicuius rei majus vel minus quam ab aliis offeratur; præsertim vero majus.

supervendere : quia utilitas quæ alteri accrescit , non est (*) ex vendente , sed ex condizione ementis . Nullus autem debet vendere alteri quod non est suum ; licet possit ei vendere damnum quod patitur . Ille tamen qui ex re alterius accepta multum juvatur , potest propria sponte aliquid vendenti supererogare ; quod pertinet ad ejus honestatem .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut supra dictum est (1. 2. quæst. xcvi. art. 2.) (1) lex humana populo datur , in quo sunt multi a virtute deficientes ; non autem datur solum virtuosis . Et ideo lex humana non potuit prohibere quicquid est contra virtutem ; sed ei sufficit ut prohibeat ea quæ destruunt hominum convictum ; alia vero habeat quasi licita , non quia ea approbat , sed quia ea non punit . Sic ergo habet quasi licitum , poenam non inducens , si absque fraude vendor rem suam supervendat , aut emptor vilius emat ; nisi sit nimius excessus , quia tunc etiam lex humana cogit ad restituendum , puta si aliquis fit deceptus ultra dimidiam justi pretii quantitatem . (2) Sed lex divina nihil impunitum relinquit quod sit virtuti contrarium . Unde secundum divinam legem illicitum reputatur , si in emptione , & venditione non sit æqualitas iustitiae observata : & tenetur ille qui plus habet , recompensare ei qui damnificatus est , si sit notabile damnum . Quod ideo dico , quia justum pretium rerum non est punctualiter determinatum , sed magis in quadam estimatione consistit ; ita quod modica additio , vel minutio non videtur tollere æqualitatem iustitiae .

Ad secundum dicendum , quod , sicut ibidem dicit Augustinus , minus ille vel scipsum intendo , vel alios experiendo , vili velle emere , & care vendere , omnibus id credidit esse commune . Sed quoniam revera vitium est , potest quisque adipisci hujusmodi iustitiam , qua huic resistat , & vincat : & ponit exemplum de quodam qui modicum pretium de quodam

libro propter ignorantiam postulanti justum pretium dedit . Unde patet quod illud commune desiderium non est naturæ , sed vitii : & ideo commune est multis , qui per latam viam vitiorum incedunt . (2)

Ad tertium dicendum , quod in iustitia commutativa consideratur principaliter æqualitas rei ; sed in amicitia utili consideratur æqualitas utilitatis : & ideo recompensatio fieri debet secundum utilitatem perceptam ; in emptione vero secundum æqualitatem rei .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto intelligas , merito fuisse a scripturis insinuatum : quod non licet vendere rem pluris , nec emere illam minoris , quam valeat . Ut Matth. 7. secundum quod extenditur in argumento contr. Item Levit. 25. Quando vendes quipiam civi tuo , vel emes ab eo : ne confristes fratrem tuum , hoc est , universaliter loquendo , justo pretio & vendes , & emes . Rationabiliter enim contrastatur emptor si vendens sibi vendat pluris , quam res justo valeat : item rationabiliter contrastatur vendor , si emens nolit sibi dare tantum , quanti res valet , sed minus . Quod autem per lyne contrastes fratrem tuum , intelligatur præceptum de justo pretio ; Dominus , in casu speciali , scilicet jubilæi (ut ab uno discas universaliter , iustitiam mandari de pretio) declarat immediate dicens . „ Sed iuxta numerum annorum jubilæi emens ab eo : & „ juxta supputationem frugum vendet tibi . „ Quanto plus anni remanserint post jubilæum , tanto crescat & pretium : quanto minus temporis numeraveris , tanto minoris & emptio constabit . Secundo vides : quomodo ex iis bene pensatis &c.

AR-

(*) Ita cum codd. Terrac. Alcan. & Paris. Nicobarius , & posteriores edid. At ex venditione .

(1) Ubi dicitur lex humana ideo non omnia via cohibere quia ponitur multitudini hominum in qua major pars est hominum non perfectorum in virtute .

(2) Sic enim lib. 4. Codicis ubi supra leg. Si voluntate ; quod paulo minore pretio fundus vendatur , invalidum esse dicitur ad illius venditionem rescindendam : Et inferius , quod si emptor vilius comparare intendens & vendor carius distractare , tandem ad certum consentiant pretium , tunc neque bona fidis neque ulla ratio post pretii disceptationem pati-

tur aut concedit ut contractus consensu factus rescindatur , nisi minus dimidia justi pretii quantitate quod fuerat tempore venditionis datum esset : Prater id quod cap. Cusa causa ex Innocentio 3. Extra de empt. sumi potest . Nec vero deceptio propriæ circumventioni dici debet aut potest propter solam pretii qualitatem , sed quando intercedit aliquis dolus ex parte vendoris ut facilius vendat : Unde circumventione illa quæ dolus non continet , venditionem non rescindit , sed si dolus intercesserit , purgandus est ; sicut in legem Item lib. 19. tit. 2 ad §. Quemadmodum (sive 3. jam indicatum) dicit Glossa .

ARTICULUS II. 414

Utrum venditio reddatur illicita propter defectum rei venditae.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod venditio non reddatur injusta, & illicita propter defectum rei venditae. Minus enim cetera sunt pensanda in re quam rei species substantialis. Sed propter defectum speciei substantialis non videtur reddi venditio rei illicita; puta si aliquis vendat argentum, vel aurum alchimicum pro vero, quod est utile ad omnes humanos usus, ad quos necessarium est argentum, & aurum, puta ad vasorum, & ad alia hujusmodi. Ergo multo minus erit illicita venditio, si sit defectus in aliis.

2. Præterea. Defectus ex parte rei, qui est secundum quantitatem, maxime videtur iustitiae contrariari, quæ in aequalitate consistit. Quantitas autem per mensuram cognoscitur: mensuræ autem rerum quæ in usum hominum veniunt, non sunt determinatae, sed alicubi maiores, alicubi minores, ut patet per Philosophum in V. Ethic. (1) Ergo sicut non potest evitari defectus ex parte rei venditæ, ita videtur quod ex hoc venditio non reddatur illicita.

3. Præterea. Ad defectum rei venditæ pertinet, si ei conveniens qualitas deest. Sed ad qualitatem rei cognoscendam requiritur magna scientia, quæ plerisque vendoribus deest. Ergo non redditur venditio illicita propter rei defectum.

Sed contra est quod dicit Ambrosius in Lib. III. de offic. (cap. xi. a med.) *Regula iustitiae manifesta est quod a vero non declinare virum deceat bonum, nec damno iusto afficere quemquam, nec doli aliquid annexere.* (2)

Respondeo dicendum, quod circa rem quæ

venditur, triplex defectus considerari potest. Unus quidem secundum speciem rei: & hunc quidem defectum si vendor cognoscat in re quam vendit, fraudem committit in venditione: unde venditio illicita redditur. Et hoc est quod dicitur contra quosdam Isa. 1. 22. *Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua:* quod enim permixtum est, patitur defectum quantum ad speciem.

Alius autem defectus est secundum quantitatem, quæ per mensuram cognoscitur: & ideo si quis scienter utatur deficiente mensura in vendendo, fraudem committit: & est illicita venditio. Unde dicitur Deuter. xxv. *Non habebis in sacculo diversa pondera, manus, & minus; nec erit in domo tua modius major, & minor;* & postea subditur: *Abominatur enim Dominus eum qui facit haec, & averatur omnem iustitiam.*

Tertius defectus est ex parte qualitatis, puta si aliquod animal infirmum vendat quasi sanguinem: quod si quis scienter fecerit, fraudem committit in venditione; unde est illicita venditio. Et in omnibus talibus non solum aliquis peccat iustitiam venditionem faciendo, sed etiam ad restitutionem tenetur.

Si vero, eo ignorante, aliquis prædictorum defectum in re vendita fuerit, vendor quidem non peccat, quia facit iustum materialiter; nec ejus operatio est iusta, ut ex supra dictis patet (quæst. lxx. art. 2.) Teneatur tamen cum ad ejus notitiam pervenire, damnum recompensare empori.

Et quod dictum est de venditore, etiam intelligendum est ex parte emporis. Continuit enim quandoque venditorem credere rem suam esse minus pretiosam quantum ad speciem; sicut si aliquis vendat aurum loco auri calci, empor, si id cognosat, iuste emet & ad restitutionem tenetur. Et eadem ratio est de defectu qualitatis, & quantitatis.

Ad primum ergo dicendum, quod aurum, & ar-

(1) Non cap. 7. sicut prius indicabatur ad marginem, sed cap. 10. græco-lat. circa medium vel cap. 12. in antiquis & apud S. Thomam lect. 12.

(2) Sic tantum Ambrosius lib. 3. de officiis cap. 11. & Editio Duacensis hoc loco habet; non ut Editiones latine pessimæ & manuscryptum ipsum, dolo atque aliquid annexare rei sue: quasi sit sensus dolo proprias facultates augere. Prius autem Parisienses Editiones & Medicina ipsa recens, doli aliquid annexare rei sue. Sensus porro est, ut in re qualicunque vel facto nihil omnino doli annexatur: Unde mox Ambrosius exemplum subdit Ananias qui non integrum agri sui pretium Apostolis detulit sed se fixxit integrum dare a

Quid evidenter eo (inquit) quod Ananias quis fraudavit de pretio agri sui quem ipse venderet, & portionem pretii tanquam summa rotius numerum ante pedes posuit Apostolorum, sicut reus fraudis interrit? Liscius utique illi nibil offerre, & hoc sine fraude facisset: Sed quia fraudem admisit, non liberalitatis gratiam reportavit, sed fallacia panam exolvit: Et Dominus in Evangelio cum dolo accedentes repudiavit dicens, vulpes foveas habent (Matth. 8.) quoniam in simplicitate cordis jubet nos vivere: Hoc est igitur dolis aliquid non annexare, seu dolum non nocteare; sicut repetit ibi paulo infra.

& argentum non solum cara sunt propter utilitatem vasorum , quæ ex eis fabricantur aut aliorum hujusmodi , sed etiam propter dignitatem , & puritatem substantiarum ipsorum . Et ideo si aurum , vel argentum ab alchimicis factum , veram speciem non habeat auri , & argenti , est fraudulenta , & injusta venditio : præsertim cum sint aliquæ utilitates auri , & argenti veri , secundum naturalem operationem ipsorum , quæ non convenient auro per alchimiam sophisticato ; sicut quod habet proprietatem læticandi , & contra quasdam infirmitates medicinaliter juvat ; frequentius etiam potest ponи in operatione , & diutius in sua puritate permanet aurum verum quam aurum sophisticatum . Si autem per alchimiam fieret aurum verum , non esset illicitum ipsum pro vero vendere : quia nihil prohibet artem uti aliquibus naturalibus causis ad producendos naturales , & veros effectus , (1) sicut Augustinus dicit in III. de Trinit. (cap. VIII.) de his quæ arte dæmonium fiant .

Ad secundum dicendum , quod mensuras rerum venalium necesse est in diversis locis esse diversas , propter diversitatem copiarum , & inopiarum rerum : quia ubi res magis abundant , consueverunt esse maiores mensuræ . In unoquoque tamen loco ad rectores civitatis pertinet determinare , quæ sint justæ mensuræ rerum venalium , penitatis conditionibus locorum , & rerum . Et ideo has mensuras publica auctoritate , vel consuetudine institutas præterire non licet .

Ad tertium dicendum , quod , sicut Augustinus dicit in XI. de civ. Dei (cap. XVI.) premium rerum venalium non consideratur secundum gradum naturæ , cum quandoque plures venditatur unus equus quam unus servus ; sed consideratur , secundum quod res in umerum hominis veniunt . Et ideo non oportet quod vendor , vel emptor cognoscat occultas rei vendorum qualitates , sed illas solum per quas redditur humanis usibus apta , puta quod e-

Summ. S. Th. Tom. VII.

quis sit fortis , & bene currat , & similiter in ceteris . Has autem qualitates de facilis vendor , & emptor cognoscere possunt .

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a Scripturis , & Ambrosio : quod venditio redditur injusta propter defectum rei venditæ . A Beato Ambrosio quidem : ut in *arg. constr.* A Scripturis vero ; ut , contra quosdam vituperabiliter , *Isa. i. & Deuter. 25.* secundum quod adducuntur in corp. Item universaliter per hoc , quod dicitur Prover. 14. *Filio doloso nibil erit boni.* Valent hic aliquo modo & allegata in art. 1. append. Secundo vides : quomodo ex iis bene pensatis , & applicatis angelica vicissim doctrina hæc declaretur , atque confirmetur .

A R T I C U L U S III. 415

Utrum vendor teneatur dicere vitium rei venditæ .

Quol. 11. art. 10.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod vendor non teneatur dicere vitium rei venditæ . Cum enim vendor emptorem ad emendum non cogat , videtur ejus judicio rem quam vendit , supponere . Sed ad eundem pertinet judicium , & cognitione rei . Non ergo videtur imputandum vendori , si emptor in suo judicio decipitur , præcipitanter emendo , absque diligentia inquisitione de conditionibus rei .

2. Præterea . Stultum videtur quod aliquis id faciat unde ejus operatio impediatur . Sed si aliquis vitia rei vendendæ indicet , impedit suam venditionem : unde Tullius in Lib. III. de offic. (in tit. in contractibus communibus que formula &c.) inducit quemdam dicendum :

Ee tem :

(1) An hinc sequatur porro per alchymicam artem verum aurum fieri posse ? Supponere videtur S. Thomas , nec tamen certo hic afferere , quod 2. Sent. dist. 7. qu. 3. art. 7. ad 1. prorsus negat : Sic enim ibi : *Alchymiste faciunt aliquid simile auro (inquit) sed non faciunt verum aurum ; quia forma substantialis auri non est per calorem ignis quo utuntur Alchymistæ , sed per calorem Solis &c.* Hinc de illis Joannes a. in Extravaganti de criminis falsi : *Spondent quas non exhibent divitias pauperes Alchymistæ : Nam baud dubie hujus artis Alchymie alterutrum se pro-*

fessores ludificant , cum sue ignorancia concipi eos qui supra ipsos aliquid hujusmodi dixerint , admirantrur ; quibus cum veritas quæsita non suppetat , exauriunt facultates ; iidemque verbis dissimilans falsitatem , ut quod non est in rerum natura esse verum aurum vel argentum , sophistica transmutatione confingant &c. Proinde illos perpetuae infamiae nota resperios esse sancit ac verum tanti ponderis aurum vel argentum inferre in publicum , quod pauperibus erogetur : Clericos vero ad habenda beneficia prorsus inhabiles ducernit &c.

tem : *Quid tam absurdum, quam si domini iussu ita præco prediceret : Domum pestilensem vendo?* Ergo venditor non tenetur dicere vitia rei venditæ.

3. Præterea. Magis necessarium est homini ut cognoscat viam virtutis, quam ut cognoscat vitia rerum quæ venduntur. Sed homo non tenetur cuiuslibet consilium dare, & veritatem dicere de his quæ pertinent ad virtutem, quamvis nulli debeat dicere falsitatem. Ergo in multo minus tenetur venditor vitia rei venditæ dicere, quasi consilium dando emptori.

4. Præterea : Si aliquis teneatur dicere deficuum rei venditæ, hoc non est nisi ut minuatur de pretio. Sed quandoque diminuuntur de pretio etiam absque vitio rei venditæ propter aliquid aliud ; puta si venditor defensus triticum ad locum, ubi est caristia frumenti, sciat multos post se venire, qui deserant ; quod si sciretur ab elementibus, minus pretium darent. Hujusmodi autem non oportet dicere venditorem, ut videtur. Ergo parsi ratione nec vitia rei venditæ.

Sed contra est quod Ambrosius dicit in III. Libro de offic. (cap. x. parum a princ.) *In contractibus vitia eorum quæ veneunt, prodici jubentur ; ac nisi intimeaverit venditor. quamvis in ius emptoris transferint, (1) dolis actione vacuantur.*

Respondeo dicendum, quod dare alicui occasionem periculi, vel damni semper est illicitum ; quamvis non sit necessarium quod homo alteri semper det auxilium, vel consilium pertinens ad ejus qualemcumque promotionem ; sed hoc solum est necessarium in aliquo casu determinato, puta cum alias ejus curæ subditur, vel cum non potest ei per auxilium subveniri. Venditor autem, qui rem vendendam proponit, ex hoc ipso dat emptori damni, vel periculi occasionem, quod rem virtiosam ei offert, si ex ejus vicio damnum, vel periculum incurre possit. Damnum quidem, si propter hujusmodi vitium res, quæ

vendenda proponitur, minoris sit pretii ; ipse vero propter hujusmodi vitium nihil de pretio subtrahat : periculum autem, si propter hujusmodi vitium usus rei reddatur impeditus, vel noxious ; puta si aliquis alicui vendat equum claudicantem pro veloci, vel ruinofam domum pro firma, vel cibum corruptum, sive venenosum pro bono. Unde si hujusmodi vitia sint occulta, & ipse non detegat, erit illicita, & dolosa venditio ; & tenetur venditor ad damni recompensationem.

Si vero vitium sit manifestum, puta cum equus est monoculus, vel cum usus rei esset non competit venditori, potest tamen esse conveniens aliis, & si ipse propter hujusmodi vitium subtrahat quantum oportet de pretio ; non tenetur ad manifestandum vitium rei : quia forte propter hujusmodi vitiem emptor vellet plus subtrahi de pretio quam esset subtrahendum. Unde potest licite venditor indemnitatì suæ consulete, vitium rei recicendo.

Ad primum ergo dicendum, quod judicium non potest fieri nisi de re manifesta. Unusquisque enim judicat, secundum quod cognoscit, ut dicitur in I. Ethic. (2) Unde si vitia rei quæ vendenda proponitur, sint occulta, nisi per venditorem manifestentur, non sufficienter committitur emptori judicium. Secus autem esset, si essent vitia manifesta.

Ad secundum dicendum, quod non oportet quod aliquis per preconem vitium rei venditæ prænuntiet : quia si prædicteret vitium, exterrerentur emptores ab emendo, dum ignorarent alias conditiones rei, secundum quas est bona, & utilis. Sed singulariter est dicendum vitium rei ei qui ad emendum accedit, qui potest simul omnes conditiones ad invicem comparare, bonas, & malas. (3) Nihil enim prohibet rem in aliquo vitiosam, in multis aliis utili esse.

Ad tertium dicendum, quod quamvis homo non teneatur simpliciter omni homini dicere

(1) Ut & in manuscripto ipso & in impressis passim : Paulo alteri tamen ex Ambrosii textu, *quamvis in ius emptoris transcripsere (supple venditor)* ut cap. 10. videare est. Dicitur autem in ius emptoris transcribere venditor, cum totum ius quod ei competebat in rem aliquam, per contractum venditionis, praesertim scripto confirmatum, emptori cedit ac in illius usum & potestatem transfert : Sed illud ipsum *doli actione vacuari* dicitur, quando propter causam hic indicatam rescinditur : *Actionem enim doli appellatur quæ permittitur alicui coram Judge ad querelam de dolo sibi facto instituendam*

contra eum qui fecit, & ad indemnitatē suam postulandam ; ut videre est in Syntagmate Juris lib. a. cap. 13. §. 5. Et lib. 25. cap. 19. §. 2.

(2) Cap. 1. græco-lat. versus finem, vel cap. 3. in antiquis & apud S. Thomam lect. 3. circa medium, verbis paululum immutatis ; nempe quod *unusquisque recte judicas eo quo cognoscis.*

(3) Unde Tullius ubi sup. (lib. 3. de officiis, num. 63.) non jam ex alieno sed ex proprio sensu loquens, ac honestati utilitatem dijudicari debere significans, non honestati utilitatem preferendam, subiungit : *Non igitur videatur hic eidem venditor* etc.

cere veritatem de his quæ pertinent ad virtutes; tenetur tamen in casu illo de his dicere veritatem quando ex ejus facto alteri periculum immineret in detrimentum virtutis, nisi diceret veritatem: & sic est in proposito.

Ad quartum dicendum, quod vitium rei facit rem in praesenti esse minoris valoris quam videatur; sed in casu præmisso, in futurum res expectatur esse minoris valoris per superventum negotiatorum, qui ab euentibus ignoratur: unde venditor qui vendit rem secundum pretium quod invenit, non videatur contra iustitiam facere, si quod futurum est non exponeret. Si tamen exponeret, vel de pretio subtraheret, abundantior esset virtus; quamvis ad hoc non videatur teneri ex iustitia debito.

A P P E N D I X .

Ex art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intellegas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Ambrosio, quod venditor tenetur detegere vitium rei emptori. A D. quidem Ambrosius in argum. contr. A scripturis vero, ut Malac. 1. Maledictus dolosus. Et Prov. 10. *Blatera dolosa abominabilis domino.* Ergo a fortiori dolosus venditor (hic est, qui non manifestat, &c. ut in corp.) est, secundum scripturam hanc, abominabilis domino. Secundo vides: quomodo ex his bene pensatis, &c.

ARTICULUS IV. 416

Ustrum liceat negotiando aliquid carius vendere quam emere.

Opusc. XIII. cap. III.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod non liceat negotiando aliquid carius vendere quam emere. Dicit enim Chrysostomus (alias Auctor) super Matth. XXI. (hom. XXXVIII. in op. imperf. ante med.) *Quicumque rem comparat, ut integrum, & immutatum vendendo lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei ejicitur:* & idem dicit Cassiodorus super illud Psal. lxx. *Quoniam non cognovi litteraturam, vel negotiationem, secundum aliam litteram (LXX. Interpr.)* „ Quid (inquit) est aliud negotiatio, nisi „ vilius comparare, & carius velle distrahe, „ re? „ & subdit: „ Negotiatores tales Dominus ejecit de templo. „ Sed nullus ejicitur de templo nisi proper aliquod peccatum. Ergo talis negotiatio est peccatum.

2. Præterea. Contra iustitiam est quod aliquis rem carius vendat quam valeat, vel vilius emat, ut ex dictis apparet (art. 1. hujus quæst.) Sed ille qui negotiando rem carius vendit quam emerit, necesse est quod vel vilius emerit quam valeat, vel carius vendat. Ergo hoc sine peccato fieri non potest.

3. Præterea. Hieronymus dicit (epist. 11. ad Nepotian. ante med.) *Negotiatoem clericum, ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quamdam pestem fugie.* Non autem negotiatio clericis interdicta esse videtur nisi proper peccatum. Ergo negotiando aliquid vilius emere, & carius vendere, est peccatum.

Sed contra est quod Augustinus dicit super illud Psal. xx. *Quoniam non cognovi litteraturam:* (1) „ Negotiator avidus acquirendi pro

E e 2 „ da-

celare emptores debuisse. Neque enim id est celare quidquid retineas (vel retineas) sed cum quod tu scias, id ignorare, emolumenti sui causa, velis eos quorum intersit illud scire: Hoc autem celandi genus quale sit & cuius hominis quis non videt? Certe, non simplicis, non ingenui, non justi, non viri boni & sed vetus potius, obscuri, astuti, fallacis, maliziosi, calidi, veteratoris, vafri: *Hoc tot & alia plura nonne inutilis est visiorum subira nomina?* Quod si viceversa sunt qui retinuerunt (sive reticuerunt) quid de iis existimandum est qui orationis vanitatem adhibuerunt &c.

(1) Vel sicut ipse ibi etiam legit, *Quoniam non cognovis negotiations, ut & ex græco πραγματειας in Sextiana Editione redditum est;* quamvis aliqui græci codices γραμματιας habeant, unde vetus in-

terpres literaturam vertit: Sic autem Conc. 1. de prima parte Psalmi super priorem interpretationem Augustinus plenius quam hic & serie paululum immutata: *Audiant negotiatores & mutent vitam:* Quod fuerunt obliviscantur, improbent, damnent, si peccatum est negotiatio: *Hinc enim aviditate nescio quo acquirendi, o negotiator, quando damnum passus fueris, blasphemas;* quando autem pro pretiis rerum quas vendis non solum mentiris, verum etiam falsum juras, quomodo in ore tuo tota die laus Dei? Et paulo post: *Sed ait mihi negotiator. Ecce affero merces ex longinquo &c.* Tanquam laboris mei mercedem peto, ut carius vendam quam emerim: *Sed agitur de mendacio, de perjurio: Hoc vitium meum est, non negotiations:* Neque enim non possem (si vobis) agere sine isto visio &c.

„ damno blasphemat , pro pretiis rerum men-
„ titur , & pejerat , Sed hæc vicia hominis
„ sunt , non artis , quæ sine his viciis agi
potest . “ Ergo negotiari secundum se non
est illicitum .

Respondeo dicendum , quod ad negotia-
res pertinet commutationibus rerum insistere . Ut autem Philosophus dicit in I. Polit. (cap.
v. & vi.) duplex est rerum commutatio . Una quidem quasi naturalis , & necessaria ,
per quam scilicet fit commutatio rei ad rem ,
vel rerum , & denariorum propter necessita-
tem vitæ : & talis commutatio non proprie
pertinet ad negotiatores , sed magis ad eco-
nomicos , vel politicos , qui habent providere
vel domui , vel civitati de rebus necessariis
ad vitam .

Alia vero commutationis species est vel
denariorum ad denarios , vel quarumcumque
rerum ad denarios , non propter res necessa-
rias vitæ , sed propter lucrum querendum :
& hæc quidem negotiatio proprie videtur ad
negotiatores pertinere , secundum Philosophum
(Lib. I. Polit. cap. vi.)

Prima autem commutatio laudabilis est ,
quia deservit naturali necessitatì . Secunda au-
tem iuste vituperatur : quia , quantum est de
se , deservit cupiditati lucri , quæ terminum
nescit , sed in infinitum tendit .

Et ideo negotiatio secundum se considera-
ta quamdam turpitudinem habet , inquantum
pon importat de sui ratione finem honestum ,
vel necessarium . Lucrum tamen , quod est
negotiationis finis , eti in sui ratione non
importet aliquid honestum , vel necessarium ;
nihil tamen importat in sui ratione vitiolum ,
vel virtuti contrarium : unde nihil prohibet ,
lucrum ordinari ad aliquem finem necessa-
rium , vel etiam honestum : & sic negotia-
tio licita reddetur , sicut cum aliquis lucrum
moderatum , quod negotiando querit , ordi-
nat ad domus suæ sustentationem , vel etiam
ad subveniendum indigentibus ; vel etiam
cum aliquis negotiationi intendit propter pu-

blicam utilitatem , ne scilicet res necessariae
ad vitam patriæ desint ; & lucrum expetit ,
non quasi finem , sed quasi stipendium la-
boris .

Ad primum ergo dicendum , quod verbum
Chrysostomi est intelligendum de negotia-
tione , secundum quod ultimum finem in lu-
cro constituit : quod præcipue videtur quan-
do aliquis rem non immutatam carius ven-
dit : si enim rem in melius mutatam carius
vendat , videtur præmium sui laboris accipere ; .(1) quamvis & ipsum lucrum possit li-
cite intendi , non sicut ultimus finis , sed
propter aliud finem necessarium , vel hone-
stum , ut dictum est (in corp.)

Ad secundum dicendum , quod non qui-
cumque carius vendit aliquid quam emerit ;
negotiatur ; sed solum qui ad hoc emit , ut
carius vendat . Si autem emit rem , non ut
vendat , sed ut teneat , & postmodum pro-
pter aliquam causam eam vendere velit , non
est negotiatio , quamvis carius vendat . Po-
test enim hoc licite facere , vel quia in ali-
quo rem melioravit , vel quia pretium rei
est mutatum secundum diversitatem loci , vel
temporis , vel propter periculum , cui se ex-
ponit , transferendo rem de loco ad locum ,
vel eam ferri faciendo . Et secundum hoc
nec emptio , nec venditio est injusta .

Ad tertium dicendum , quod clerici non
solum debent abstinere ab his quæ sunt se-
cundum se mala , sed etiam ab his quæ ha-
bent speciem mali . Quod quidem in nego-
tiatione contingit : tum propter hoc quod
est ordinata ad lucrum terrenum , cuius cle-
rici debent esse contemptores : tum etiam
propter frequentia negotiatorum vitia , quia
(*) difficuler exiuntur negotiator a peccatis la-
biorum , ut dicitur Eccli. xxvi. 28. Est &
alii causa , quia negotiatio nimis implicat
animum secularibus curis , & per consequens
a spiritualibus retrahit : unde & Apostolus
dicit II. ad Timoth. ii. 4. Nemo militans
Deo implicat se negotiis secularibus . Licet
tamen

(1) Sicut qui rem comparat , non ut ipsam rem
integralē & immutatam vendat , sed ut opus faciat
ex ea ; quia rem non ipsam vendit , sed magis arti-
ficium suum ; sive rem vendit cuius estimatio non
est in ea ipsa re , sed in operis artificio ; ait ibidem
Chrysostomus , vel sub nomine ascitio Chrysostomi
author operis imperfecti homil. 38. in Matthæum :
Ubi nugax quispiam ad marginem ponendum sibi
fixit immutatum pro immutatam quod in melius
bonum mutatum importat , ut hic explicat S. Thomas .

Paulo post autem ad 2. in fine , ubi legitur passim ,
eam fieri faciendo , manifestum est legi debere sicut
reponimus , eam ferri (sive transferri vel portari)
&c. sic etiam Editio Coloniensis reposuerat ad mare-
nem , alias ferri , sed reponere simpliciter in textu
deberuerat quod uno tantum modo juxta proprium sen-
sum legi potest .

(*) Vulgata : Difficuler exiuntur negotians a no-
gligentia , & non iustificabitur capio a peccatis la-
biorum .

tamen clericis uti prima commutationis specie , quæ ordinatur ad necessitatem vita-
emendo , vel vendendo .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per ratio-
nem ostendas , & in recto sensu intelli-
gas , merito insinuatum a scripturis , & Au-
gustino , quod negotiatio est licita . Ab Au-
gustino quidem , ut in arg. conir . A scriptu-
ris vero , ut Proverb . 31 . „ Facta est quasi
„ navis iustitioris de longe , &c. Gustavit ,
„ & vidit : quoniam bona est negotiatio ,
„ &c. fondonem fecit , & vendidit : & cin-
„ gulum tradidit Chananza . Secundo vides :
quomodo &c.

Q U È S T I O LXXVIII .

*De peccato usure , quod committitur
in mutuis ,*

In quatuor articulos divisâ .

Deinde considerandum est de peccato usu-
ræ , quod committitur in mutuis : &
circa hoc queruntur quatuor .

Primo , utrum sit peccatum accipere pecu-
niæ in pretium pro pecunia mutuata , quod
est accipere usuram .

Secundo , utrum liceat pro eodem quam-
cumque utilitatem accipere , quasi in recom-
pensationem mutui .

Tertio , utrum aliquis restituere teneatur
id quod de pecunia usuraria justo lucro lu-
cratus est .

Quarto , utrum liceat accipere mutuo pe-
cuniam sub usura .

ARTICULUS I . 417

*Utrum accipere usuram pro pecunia mutuata
sit peccatum .*

III. dist. xxxvii. art. 6. & mal. quest.

xiii. 4. & quol. iii. art. 19. &

opus. lxxiiii. cap. xiv. & xv.

AD primum sic proceditur . Videtur quod
accipere usuram pro pecunia mutuata
non sit peccatum . Nullus enim peccat ex
hoc quod sequitur exemplum Christi . Sed
Dominus de se ipso dicit Luc . xix . 23 . *Ego
veniens cum usiris exegissim illam , scilicet
pecuniam mutuaram . Ergo non est pecca-
tum accipere usuram pro mutuo pecunia .*

2. Præterea . Sicut dicitur in Psalm . xviii .
8. *lex Domini immaculata ,* (1) quia scilicet
peccatum prohibet . Sed in lege divina con-
ceditur aliqua usura , secundum illud Deut.
xxix . 19. *Non seneraberis fratri tuo ad usu-
ram pecuniam , nec fruges , nec quamlibet al-
liam rem , sed alieno :* & , quod plus est , et-
iam in præmium reprobmittitur pro lege ser-
vata , secundum illud Deut . xxviii . 12. *Fæ-
neraberis genibus multis , & ipse a nullo fe-
nus accipies . Ergo accipere usuram non est
peccatum .*

3. Præterea . In rebus humanis determina-
tur justitia per leges civiles . Sed secundum
eas conceditur usuras accipere . Ergo non vi-
detur esse illicitum .

4. Præterea . Prætermittere consilia non
obligat ad peccatum . Sed Luc . vi . inter alia
consilia ponitur : *Date mutuum , nihil inde-
sperantes . Ergo accipere usuram non est pec-
catum .*

5. Præterea . Pretium accipere pro eo quod
quis facere non tenet , non videtur esse
secundum se peccatum . Sed non in quolibet
casu tenetur pecuniam habens eam proximo
mutuare . Ergo licet ei aliquando pro mu-
tuuo accipere pretium .

6. Præterea . Argentum monetatum , & in
vasa formatum , non differt specie . Sed licet
accipere pretium pro vasis argenteis accom-
modatis . Ergo etiam licet accipere pretium
pro

(1) Vel ex græco αὔων irreprehensibilis , ut &
Cassiodorus legit , ac de lege Moysi seu per Moysen
data dictum notans eam explicat irreprehensibilem
appellatam quia perfecta veritate consistit nec per Do-
minum Salvatorem reprehensa sed potius probatur
implera : Theodoretus autem simpliciter *immacula-*

ta *vel irreprehensibilem* vult eam dictam esse , quia
cum sit ab omni reprehensione immunis , illos quo-
que qui eam servant , immaculatos & irreprehensi-
bles reddit (αὔων) adeoque animas convertere di-
citur quasi a pravitate ad restitudinem transferreas &c.

pro mutuo argenti monetati. Usura ergo non est secundum se peccatum.

7. Præterea. Quilibet potest licite accipere rem quam ei dominus rei voluntarie tradidit. Sed ille qui accipit mutuum, voluntarie tradit usuram. Ergo ille qui mutuat, licite potest accipere.

Sed contra est quod dicitur Exod. xxxi. 25. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitar tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes* (1).

Respondeo dicendum, quod accipere usuram pro pecunia mutuata est secundum se injussum: quia venditur id quod non est; per quod manifeste inæqualitas constituitur, quæ justitiae contrariaatur.

Ad cuius evidentiam sciendum est, quod quædam res sunt quarum usus est ipsorum rerum consumptio; sicut vinum consumimus, eo utendo ad potum, & triticum consumimus, eo utendo ad cibum. Unde in talibus non debet seorsum computari usus rei a re ipsa; sed cuicunque conceditur usus, ex hoc ipso conceditur res: & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Si quis ergo seorsum vellet vendere vinum, & vellet seorsum vendere usum vini, venderet eamdem rem bis, vel venderet id quod non est: unde manifeste per injuritiam peccaret. Et simili ratione injuritiam committit qui mutuat vinum, aut triticum, petens sibi dari duas recompensationes; unam quidem restitutionem æqualis rei; aliam vero pretium usus, quod *usura* dicitur.

Quædam vero sunt quorum usus non est ipsa rei consumptio; sicut usus domus est inhabitatio, non autem dissipatio. Et ideo in talibus seorsum potest utrumque concedi; puta cum aliquis tradit alteri dominium domus, reservato sibi usu ad aliquod tempus; vel e conuerso cum quis concedit alicui usum domus, reservato sibi ejus dominio. Et

propter hoc licite potest homo accipere premium pro usu domus, & præter hoc petere domum accommodatam, sicut patet in conductione, & locatione domus.

Pecunia autem, secundum Philosophum in V. Ethic. (2) & in I. Polit. principaliter est inventa ad commutations facientes: & ita proprius, & principalis pecunia usus est ipsius consumptio, sive distractio, secundum quod in commutations expenditur. Et propter hoc secundum se est illicitum pro usu pecunia mutuata accipere premium, quod dicitur *usura*: & sicut alia injuste acquisita tenetur homo restituere, ita pecuniam quam per usuram accepit.

Ad primum ergo dicendum, quod usura ibi metaphorice accipitur pro superexcessione bonorum spiritualium, quam exigit Deus, volens ut in bonis acceptis ab eo semper proficiamus; (3) quod est ad utilitatem nostram, non ejus.

Ad secundum dicendum, quod Judæi prohibitus fuit accipere usuram a fratribus suis, scilicet Judæis: per quod datur intelligi, quod accipere usuram a quocumque homine, est simpliciter malum: debemus enim omnem hominem habere quasi proximum, & fratrem, præcipue in statu Evangelii, ad quod omnes vocantur. Unde in Psal. xiv. 5. absolute dicitur: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*: & Exech. xviii. 8. *Qui usuram non accepit*. Quod autem ad extraneis usuram acciperent, non fuit eis concessum quasi licitum, sed permisum ad manus malum vitandum; ne scilicet a Judæis Deum colendibus usuras acciperent, propter avaritiam, cui dediti erant, ut habetur Isa. lv. Quod autem in præmium promittitur, *Feneraberis gentibus multis* &c. fenus ibi large accipitur pro mutuo; sicut & Eccli. xxix. dicitur: *Multi non causa nequitie non fenerari sunt*, (4) idest non mutuaverunt. Promittitur

(1) Vei secundum 70. *Si pecuniam feneraveris fratri pauperi apud te, non eris eum urgens, nec impones illi usuram*: Sive, ut Ambrosius lib. de Tobia cap. 4. legit. *Si pecuniam feneraveris pupillo, orpheno, pauperi apud te, non suffocabis eum, &c. Quasi græce legerit καταρριψεις idest suffocans pro καταρριψεις idest urgens*. Quod & explicans addit: *Ostendit quid sit suffocare, idest usuram impone*: *Strangulat enim* & (quod pejus est) *animum laqueat debitoris*: *Quo sermone & predonis violentiam & deformis nodum mortis expressis &c.*

(2) Ex 5. quidem Eth. cap. 9. in antiquis vel cap. 8. græco-lat. colligitur (non sicut prius ad marginem cap. 5.) Ex primo autem Politicorum cap. 9. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis & quodammodo

cap. 6.

(3) Ut homil. 9. in Evangelia Gregorius explicat ex professo; & similiter Ambrosius indicat super Lucam; ubi multiplicatam pecuniam interpretatur *non eris* (inquit) *sed dispensationis usuram*; hoc est administrationis qua talentum acceptum erogatur: Non ut inepte quidam legunt, & ad marginem Ambrosii quasi alternativum legendum indicatur, *dispensationis usuram*.

(4) Sive non ad cavendam nequitiam sed fraudem, ut ibidem additur: *Quamvis codices quidam absque negatione legunt causa nequitie, ac Ambrosius lib. de Tobia, causa dispendii, quis fraudem veretur &c.*

titur ergo in præmium Judæis abundantia divitiarum , ex qua configit quod aliis mutuare possint .

Ad tertium dicendum , quod leges humanæ dimittunt aliqua peccata impunita , propter conditiones hominum imperfectorum ; in quibus multæ utilitates impedirentur , si omnia peccata districte prohiberentur poenis adhibitis . Et ideo usuras lex humana concessit , non quasi existimans eas esse secundum iustitiam , sed ne impedirentur utilitates multorum . Unde in ipso Jure civili (Lib. II. Constat. tit. 4. de usufructu §. Constitutus) dicitur , quod res qua usū consumuntur , nec ratione naturali , neque civili recipiunt usumfructum : & quod Senatus non fecit earum rerum usumfructum (nec enim poterat) sed quasi usumfructum constituit , concedens scilicet usuras . Et Philosophus naturali ratione ductus dicit in I. Polit. (cap. vii. parum ante med.) quod usuraria acquisitione pecuniarum est maxime præter naturam . ⁽¹⁾

Ad quartum dicendum , quod dare mutuum non semper tenetur homo ; & ideo quantum ad hoc ponitur inter consilia . Sed quod homo lucrum de mutuo non querat , hoc cadit sub ratione præcepti . Potest tamen dici consilium per comparationem ad dicta Phariseorum , qui putabant usuram aliquam esse licitam sicut & dilectio inimicorum est consilium . Vel loquitur ibi non de spe usurarii lucri , sed de spe qua ponitur in homine : non enim debemus mutuum dare , vel quodcumque bonum facere propter spem hominis , sed propter spem Dei .

Ad quintum dicendum , quod ille qui mutuare non tenetur , recompensationem potest accipere ejus quod fecit ; sed non amplius debet exigere . Recompensatur autem sibi secundum æqualitatem iustitiae , si tantum ei reddatur , quantum mutuavit . Unde si amplius exigat pro usufructu rei , qua alium usum non habet nisi consumptionem substantiae , exigit præmium ejus quod non est ; & ita est injusta exactio .

Ad sextum dicendum , quod usus principalis vasorum argenteorum non est ipsa eorum consumptio : & ideo usus eorum potest ven-

di licite , servato dominio rei . Usus autem principalis pecunia argentea est distractio pecunia in commutationes : unde non licet ejus usum vendere cum hoc , quod aliquis velit ejus restitutionem quod mutuo dedit . Sciendum tamen , quod secundarius usus argenteorum vasorum posset esse commutatio : & talem usum eorum non licet vendere . Et similiiter potest esse aliquis secundarius usus pecunia argentea ; ut puta si quis concederet pecuniam signatam ad ostentationem , vel ad ponendum loco pignoris : & talem usum pecunia licite homo vendere potest .

Ad septimum dicendum , quod ille qui dat usuram , non simpliciter voluntarie dat , sed cum quadam necessitate , inquantum indiger accipere pecuniam mutuo , quam ille qui habet , non vult sine usura mutare .

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & directam (hæc est in corp.) & indirectam (hæc est solutio argumentorum) defruas hæresim Græcorum quorundam dicentium , quod dare ad usuram non est peccatum . Et Albanensem dicentium , usuram non esse prohibitam , nec quemquam ad restituendum ablata teneri . Secundo habes quomodo per rationem ostendas , hæreses prædictas merito damnari a Papa Clemente Quinto in Concilio Vienensi . „ Si quis in illorum errorem „ inciderit , ut pertinaciter affirmare præsumat , exercere usuras non esse peccatum : „ decernimus , eum , velut hæreticum , puniendum . „ Hæc in Clement. titulo de usuris , cap. ex gravi . Item ab Exod. 22. ut in arg. contr. Item a dictis per Veritates aureas super legem veterem , Deut. 23. cap. 7. Tertio vides : quomodo &c.

AR.

(1) Quippe cum ibi nummus nummum pariat , siue seipsum nummus ; quod contra generationis naturalis est , in qua generans differt a generato ; ut cap. 8. in antiquis vel cap. 10. græco-lat. videre est ; ubi proinde toxos (a pariendo) fenus dici notatur . Hinc in Ecclesiasten homil. 4. Gregorius Nyssenus : O graves & molestos conceptus (inquit) ex quibus

siusmodi fatus , idest fenus , enascitur : Scilicet omnes Propheta didici psal. 7. quanam sic bujus fatus conceptio ; quem parturit avaritia patris iniquitas , obstetricatur inhumanitas &c. Et Basilius in Psal. 14: Semina omnia suo tempore pullulant & nascuntur & Animalia quoque tempore constituto proprios fatus adiungunt : Fenus vero mox ut nascitur patris &c.

ARTICULUS II. 418

Urrum licet pro pecunia mutuata aliquam aliam commoditatem expetere.

*Mal. quest. xiii. art. 4 ad 10. & opus. xxii.
quest. iii. & iv. opus. lxxiiii.
cap. iii. & vii.*

AD secundum sic proceditur. Videtur quod aliquis possit pro pecunia mutuata aliquam aliam commoditatem expetere. Unusquisque enim licet potest suę indemnitatę confulere. Sed quandoque damnum aliquis patitur ex hoc quod pecuniam mutuat. Ergo licitum est ei supra pecuniam mutuata aliquid aliud pro damno expetere, (1) vel etiam exigere.

2. Præterea. Unusquisque tenetur ex quodam debito honestatis aliquid recompensare ei qui sibi gratiam fecit, ut dicitur in V. Ethic. (cap. v. paulo a princ.) Sed ille qui alicui in necessitate constituto pecuniam mutuat, gratiam facit, unde & gratiarum actio ei debetur. Ergo ille qui recipit, tenetur naturali debito aliquid recompensare. Sed non videtur esse illicitum obligare se ad aliquid ad quod quis ex naturali iure tenerur. Ergo non videtur esse illicitum, si aliquis pecuniam alteri mutuans, in obligationem deducat aliquam recompensationem.

3. Præterea. Sicut est quoddam munus a manu, ita etiam est quoddam munus a lingua & ab obsequio, ut dicit Glossa (2) Isa. xxxiiii. 15. *Beatus qui excusit manus suas ab omni munere.* Sed licet accipere servitium vel etiam laudem ab eo cui quis pecuniam mutuavit. Ergo pari ratione licet quodcum-

que aliud munus accipere.

4. Præterea. Eadem videtur esse compariatio dati ad datum, & mutuati ad mutatum. Sed licet pecuniam accipere pro alia pecunia data. Ergo licet accipere recompensationem alterius mutui pro pecunia mutuata.

5. Præterea. Magis a se pecuniam alienat qui eam mutuando dominium transfert, quam qui eam mercatori, vel artifici committit. Sed licet lucrum accipere de pecunia commissa mercatori, vel artifici. Ergo licet etiam lucrum accipere de pecunia mutuata.

6. Præterea. Pro pecunia mutuata potest homo pignus accipere, cujus usus posset pretio aliquo vendi; sicut cum impignoratur ager, vel domus, quæ inhabitatur. Ergo licet aliquod lucrum habere de pecunia mutuata.

7. Præterea. Contingit quandoque quod aliquis carius vendit res suas ratione mutui, aut vilius emit quod est alterius, vel etiam pro dilatione pretium auget, vel pro acceleratione diminuit: in quibus omnibus videtur aliqua recompensatio fieri quasi pro mutuo pecunia. Hoc autem non manifeste apparet illicitum. Ergo videtur licitum esse aliquod commodum de pecunia mutuata (*) expetere, vel etiam exigere.

Sed contra est quod Ezech. xviii. 17. dicitur inter alia quæ ad virum justum requiruntur: *Si usuram, & superabundantiam non acceperit.* (3)

Respondeo dicendum, quod secundum Philosophum in V. Ethic. (cap. i. cir. princ.) omne illud pro pecunia habetur cuius pretium potest pecunia mensuari. Et ideo sicut si aliquis pro pecunia mutuata, vel quacumque alia re quæ ipso usu consumitur, pecuniam accipit ex pacto tacito, vel expresso, pec-

(1) Ex gothicis & manuscriptis & quibusdam impressis; pro quo alia legunt *expectare* minore sensu quam *expetere vel petere*, sicut & istud minus quam *exigere*. Quamvis & infra in omnibus legitur *expectare* ad 3. & 4. Perpperam autem prius ex Eth. 5. cap. 5. sequens appendix notabatur.

(2) *Vetus & manuscripta* sic expresse: *Moderna vero æquivalenter tantum & sub aliis verbis: nempe munus a corde, hoc est captaa gratia a cogitatione; munus ab ore, hoc est gloria per favorem; munus ex manu, hoc est premium per dationem;* Utique porro ex Gregorio sumpta, cuius nomine prænotatur: *Præcedens quidem ex homilia 4. super Evangelia versus finem, ubi explicans quod a Christo dicitur, *Gratis date* (ut Matth. 10. videre est) & locuta Esaiæ adjungens, *Munus ab obsequio* (inquit) *est subiecti indubio impensa;* *Munus a ma-**

ns pecunia est: Munus a lingue, favor: Subsequens autem desumpta est ex libro 9. Moral. cap. 17. circa medium &c.

(*) *Ita cum codd. Camer. Rom. Paris. aliisque editi passim. Cod. alean. expectare.*

(3) Utrinque tamen πλεονεμόν. Ubi sic Hieronymus: *Putant quidam usuram tantum esse in pecunia: Quod prævidens divina Scriptura omni rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias quam dedisis;* Et paulo post: *Alii pro pecunia funerata solent munuscula diversi generis accipere; nec intelligentes usuram appellari & superabundantiam quicquid ab eo quod dederint, plus accipiant:* Et August. Conc. 3. in Ps. 36. *Si mutuum dederis pecuniam & plus aliquid (sive tristis, sive vinum &c.) ex pettas accipere funerato es.*

peccat contra iustitiam, ut dictum est (art. præc.) ita etiam quicunque ex pacto tacito vel expresso quodcumque aliud acceperit, cuius pretium pecunia mensurari potest, simile peccatum incurrit.

Si vero accipiat aliquid hujusmodi, non quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligatione tacita, vel expressa, sed sicut gratuitum donum, non peccat; quia etiam antequam pecuniam mutuasset licite poterat aliquod donum gratis accipere; nec pejoris conditionis efficitur per hoc quod mutuavit.

Recompensationem vero eorum quæ pecunia non mensurantur, licet pro mutuo exigere, puta benevolentiam, & amorem ejus qui mutuavit, vel aliquid hujusmodi.

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui mutuum dat, potest absque peccato in pactum ducere cum eo qui mutuum accipit, recompensationem damni, per quod subtrahitur fabi aliquid quod debet habere: hoc enim non est vendere usum pecunia, sed damnum vitare; (1) & potest esse quod accipiens mutuum majus damnum eviteret quam dans incurrat: unde accipiens mutuum, cum sua utilitate damnum alterius recompensat. Recompensationem vero damni, quod consideratur in hoc quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum ducere: quia non debet vendere id quod nondum habet, & potest impediri multipliciter ab habendo.

Ad secundum dicendum, quod recompensatio alicuius beneficii dupliciter fieri potest. Uno quidem modo ex debito iustitiae; ad quod aliquis ex certe pacto obligari potest: & hoc debitum attenditur secundum quantitatem beneficii quod quis accepit. Et ideo ille qui accepit mutuum pecunia,

Summ. S. Th. Tom. VII.

(1) Si certum & reale, non fictitium ac dubium prævideatur tale damnum, de quo mutuans quoque moneatur: Sic enim locum habet vulgaris exceptio quæ ratione damni emergentis (ut & lucri cessionis) accipere aliquid ultra fortem permittit: Alioqui si certum & reale non immuneat sed sub dubio tantum præsumatur, nihil pacifici licet vel exigere. Hinc extra de usuris cap. *Naviganti ex Gregorio 9.* certam mutuans pecunia quantitatem, pro eo quod suscipit in se periculum recepturus aliquid ultra fortem, usurarius est censendus. Nec deinde negationem præsumendum est, ut quidam putant, quasi e contrario dicat, usurarius non est censendus; cum omnis exemplaria Decretalium affirmative legant: Levissimeque id coniicitur propter sequentem Paragraphum in quo immediate subjunctione quod ille quoque qui dat decem solidos ut alio tempore rotidem sibi grani vini vel alii mensura reddantur, que licet tunc plus

vel cuiuscumque similis rei, eius usus est ejus consumptio, non tenetur ad plus recompenfundum quam mutuo acceperit: unde contra iustitiam est, si ad plus reddendum obligatur. Alio modo tenetur aliquis ad recompenfundum beneficium ex debito amicitie; in quo magis consideratur affectus, ex quo aliquis beneficium contulit, quam etiam quantitas ejus quod fecit: & tali debito non competit civilis obligatio, per quam inducitur quædam necessitas, ut non spontanea recompenfundat fiat.

Ad tertium dicendum, quod si aliquis ex pecunia mutuata expectet, vel exigat, quasi per obligationem pacti taciti, vel expressi, recompensationem muneris *ab obsequio*, vel *a lingua*, perinde est ac si expectaret, vel exigeret munus *a manu*: quia utrumque pecunia estimari potest, ut paret in his qui locant operas suas, quas manu, vel lingua exercent. Si vero munus *ab obsequio*, vel *a lingua* non quasi ex obligatione (*) rei exhibetur, sed ex benevolentia, quæ sub estimationem pecunia non cadit, licet hoc accipere, & exigere, & expectare.

Ad quartum dicendum, quod pecunia non potest vendi pro pecunia ampliori quam sit quantitas pecunia mutuata, quæ restituenda est. Nec ibi aliquid est exigendum, aut expectandum, nisi benevolentia affectus, qui sub estimationem pecunia non cadit: ex quo potest procedere spontanea mutuatio. Repugnat autem ei obligatio ad mutuum faciendum in posterum: quia etiam talis obligatio pecunia estimari posset. Et ideo licet simul mutuanti unum aliquid aliud mutuum recipere; non autem licet eum obligare ad mutuum in posterum faciendum.

Ad quintum dicendum, quod ille qui mutuat

F

valeant, utrum plus vel minus solutionis tempore fuerint validura, verisimiliter dubitatur, non debet ex hoc usurarius reputari: Non enim illud quoque sic sumi debet vel construi ut sensum Paragraphi posterioris cum priori connectat, quasi eadem utriusque sit conclusio; sed ut solam seriem questionum propositarum significet, quæ disparato tamen sensu ac diversa conclusione resolvuntur. Nec vero factius alii cum Navarro Pontificem, inquirunt, solam juris præsumptionem induisse, non quod re ipsa usurarius ejusmodi homo sit, sed quod usurarius præsumatur; quia dicitur tantum quod est censendus: Cur enim sit censendus vel cur censendus esse declaretur, si talis vere non est?

(*) Ita missi & editi libri communiter, licet Theologi dubitent an legendum sit ei: & infra codices omnes habent verba & exigere, & expectare; quæ predicti Theologi suspicuntur addid.

tuit pecuniam , transfert dominium pecunia
ia eum cui mutuat : unde ille cui pecunia
mutuatur , sub suo periculo tenet eam ; &
tenetur eam restituere integre : unde non de-
bet amplius exigere ille qui mutuavit . Sed
ille qui committit pecuniam suam vel mer-
catori , vel artifici per modum societatis cu-
jusdam , non transfert dominium pecunia sua
in illum , sed remanet ejus ; ita quod cum
periculo ipsius mercator de ea negotiatur , vel
artifex operatur : & ideo sic licite potest par-
tem lucri inde provenientis expetere , tam-
quam de re sua .

Ad sextum dicendum , quod si quis pro pe-
cunia sibi mutuata obliget rem aliquam cuius
usus pretio estimari potest , debet usum illius
rei ille qui mutuavit , computare in restitu-
tionem ejus quod mutuavit : alioquin si u-
sum illius rei quasi gratis sibi superaddi ve-
lit , idem est ac si pecuniam acciperet pro
mutuo , quod est usurarium : nisi forte esset
talis res cuius usus sine pretio soleat concedi
inter amicos , sicut patet de libro accommo-
dato .

Ad septimum dicendum , quod si aliquis
carius velit vendere res suas quam sit justum
premium , ut de pecunia solvenda emptorem
expectet , manifeste usura committitur : quia
huiusmodi expectatio pretii solvendi habet ra-
tionem mutui . Unde quicquid ultra justum
premium pro huiusmodi expectatione exigitur ,
est quasi premium mutui , quod pertinet ad ra-
tionem usuræ . Similiter etiam si quis emptor
velit rem emere vilius quam sit justum pre-
mium , eo quod pecuniam ante solvit quam
possit ei res tradi , est peccatum usuræ : quia
etiam ista anticipatio solutionis pecunia
habet mutui rationem , cuius quoddam premium
est quod diminuitur de justo pretio rei em-
ptæ . Si vero aliquis de justo pretio velit di-
minuere , ut pecuniam prius habeat non pec-
cat peccato usuræ .

A P P E N D I X .

E X art. habes primo : quomodo per ratio-
nem , & ostendas , & in recto sensu in-
telligas , merito fuisse insinuatum a scripturis ,
quod non licet ex pecunia mutuata aliquam

alam commoditatem expetere , ut Execl. 18.
secundum quod in arg. contr. Ubi per ly su-
perabundansiam intelligit , quicquid pecunia
estimari potest ultra quantitatem pecunia mutu-
tæ . Ab oppositis ergo ille est injustus ,
qui superabundantiam accipit ab eo , cui mu-
tuavit , & accipit talem superabundantiam
est injustitia . Ratio tum directa , tum indi-
recta hujus articuli facit contra haereses pra-
dictis in ar. 1. append. Et condemnations
illarum a Papa , &c. faciunt etiam in favo-
rem aft. præsentis , ut patet consideranti . Se-
cundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 419

*Utrum quicquid de pecunia usuraria quis
lucratus fuerit , reddere teneatur .*

Q u o l . IIII. art. 19. & opusc. lxvii.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod
quicquid de pecunia usuraria aliquis lu-
cratus fuerit , reddere teneatur . Dicit enim
Apostolus ad Rom.xi.16. (1) *Si radix sancta ,*
& rami . Ergo eadem ratione si radix infes-
ta , & rami . Sed radix fuit usuraria . Ergo
quicquid ex ea acquisitum est , est usurarium .
Ergo tenetur ad restitutionem illius .

2. Præterea . Sicut extra , de usuris , in illa
Decretali , Cum tu , sicut afferis , (2) dicitur ,
possessiones qua de usuris sunt comparatae , de-
bent vendi , & ipsorum pretia his a quibus
sunt extorta , restitui . Ergo eadem ratione
quicquid aliud ex pecunia usuraria acquiri-
tur , debet restitui .

3. Præterea . Illud quod aliquis emit de
pecunia usuraria , debetur sibi ratione pecu-
nia quam dedit . Non ergo habet majus jus
in re quam acquisivit , quam in pecunia quam
dedit . Sed pecuniam usurariam tenebatur re-
stituere . Ergo & illud quod ex ea acquirit ,
tenetur restituere .

Sed contra . Quilibet potest licite tenere id
quod legitime acquisivit . Sed id quod acqui-
ritur per pecuniam usurariam , interdum le-
gitime acquiritur . Ergo licite potest teneri .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra
dictum est (art. 1. hu. quest.) res quædam
sunt

(1) Non eadem occasione qua hic , sed ad Patriar-
charum sanctitatem significandam qua in Judæos
transfusa est , vers. 16.

(2) Sic S. Thomæ manuscripta , gothica , & im-
pressa pleraque citant , sicut & inter Alexandri 3.
Decretales tomo 3. Conciliorum parte 2. ex integro

refertur : Etsi alia quædam sic tantum citant , Cum
tu ; sicut in Duacensi editione videre est quam &
aliquæ Parisienses imitantur ; quia nimis in cor-
pore Decretalium lib. c. tit. 19. suppressis verbis
qua in originali habebantur , sic habetur nunc ma-
nus plene , Cum tu manifestos usurarios &c.

sunt quarum usus est ipsa earum rerum consumptio, quæ non habent usumfructum secundum jura (Lib. II. Instit. tit. 4. de usumfructu §. Constitutus.) (1) Et ideo si talia fuerint per usuram extorta (puta denarii, triticum, vinum aut aliquid hujusmodi) non tenetur homo ad restituendum nisi id quod accepit > quia id quod de tali re est acquisitum, non est fructus hujusmodi rei, sed humanæ industrie : (2) nisi forte per detractionem talis rei alter sit damnificatus amittendo aliquid de bonis suis : tunc enim tegetur ad recompensationem nocimenti .

Quædam vero res sunt quarum usus non est earum consumptio ; & talia habent usumfructum ; sicut domus, & ager, & alia hujusmodi. Et ideo si quis domum alterius, vel agrum per usuram extorsisset, non solum teneretur restituere dominum, vel agrum, sed etiam fructus inde perceptos : quia sunt fructus rerum quarum alius est dominus ; & ideo ei debentur .

Ad primum ergo dicendum, quod radix non solum habet rationem materie, sicut pecunia usuraria ; sed habet etiam aliqualiter rationem causæ activæ, inquantum administrat nutrimentum : & ideo non est simile (3) .

Ad secundum dicendum, quod possessiones quæ de usuris sunt comparatae, non sunt eorum quorum sunt usuræ, sed illorum qui eas emerunt ; sunt tamen obligatae illis a quibus fuerunt usuræ acceptæ, sicut & alia bona usurarii. Et ideo non præcipitur quod assignentur illæ possessiones his a quibus fuerunt acceptæ usuræ, quia forte plus valent quam usuræ quas dederunt ; sed præcipitur quod vendantur possessiones, & earum pretia restituuntur, (4) scilicet secundum quantitatem usuræ acceptæ .

Ad tertium dicendum, quod illud quod ac-

quiritur de pecunia usuraria, debetur quidem acquirenti, non propter pecuniam usurariam datam, sicut propter causam instrumentalem, sed propter suam industriam, sicut propter causam principalem : & ideo plus juris habet in re acquisita de pecunia usuraria quam in ipsa pecunia usuraria .

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuatum a Papa *Alexandro III.* quod non tenetur usurarius reddere, quicquid de pecunia usuraria acquisivit. Insinuavit autem hoc, extra de usiris, cap. *Cum tu.* Quemadmodum in response ad argum. secundum nunc supra declaratum est ; & clarius quoque patet in litera præallegatae decretalis. Secundo yides : quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 420

Utrum licet pecuniam accipere mutuo sub usurâ.

III. dist. xxxvii. art. 6. ad 6. & mal. queſt. xiii. art. 4. ad 17. & 19. & opusc. xxii. queſt. iii. fin. & opusc. lxxiiii. cap. xviii.

AD quartum sic proceditur. Videlur quod non licet pecuniam accipere mutuo sub usura. Dicit enim Apóstolus Rom. 1. 32. quod digni sunt morte, non solum qui faciunt peccata sed etiam qui consentiunt facientibus. Sed ille qui accipit pecuniam mutuo sub usiris, consentit usurario in suo peccato, & præbet ei occasionem peccandi. Ergo etiam ipse peccat .

2. Præterea . Pro nullo commodo temporali debet aliquis alteri quacumque occasionem (5) præbere peccandi : hoc enim pertinet

F f 2 ad

(1) Ut jam supra ex volumine legum lib. 2. Institutionum imperialium tit. 4. notatum est .

(2) Per se , proprie, formaliter vel effectice propter ingeniosum usus modum ex quo lucrum ortum est , quamvis illius materia fuerit res detenta, sed quæ otiosa futura erat si ars utendi vel industria defuerit .

(3) Cum talis pecunia sit materia tantum lucri, ut mox indicatum est, sed active in lucrum non influat, sicut illius industria qui ex ea lucrari novit .

(4) His nimurum a quibus extorta sunt usuræ, ut supplendum est ex adjunctione & exprimitur in argumento : ubi antea minus pleno, & pleno sensu, *& ipsarum presia his a quibus sunt extorta, restitui.*

(5) Quæ per se saltem ac directe inducat ad peccandum, non tamen indirecte vel per accidens : Ad

hanc autem occasionem reducuntur quælibet adjumenta peccandi vel media & modi quibus peccans sovetur in peccato . Tales quoad usuram dici possunt consultant, fautor, procurator, minister, hospitator vel receptator , & quovis modo participator usurarum : Unde a Gregorio 10. in Concilio Lugdunensi ad usurarum voraginem (sicut appellat) compescendam, etiam illi qui domos eis locant, sive in suis eos terris habitare permittunt, suspenduntur ab officio si Patriarchæ , Archiepiscopi vel Episcopi fuerint ; & excommunicantur si personæ aliae sint minores &c. ut lib. 6. Decretalium cap. *usurarum* habetur : Quia nempe quo minor feneratoribus aderit fenerandi commoditas , eo' magis admetur fœrus exercendi libertas . Hinc & comunicari ac sceliri prohibentur extra de usiris cap. *Quia &c*

ad rationem scandali activi, quod semper est peccatum, ut supra dictum est (quæst. xl. i. art. 2.) Sed ille qui petit mutuum ab usurario, expresse dat ei occasionem peccandi. Ergo pro nullo commodo temporali excusatur.

2. Præterea. Non minor videtur esse necessitas quandoque deponendi pecuniam suam apud usurarium, quam mutuum accipiendi ab ipso. Sed deponere pecuniam apud usurarium omnino videtur esse illicitum; sicut illicitum esset deponere gladium apud furiosum, vel virginem committere luxurioso, seu cibum gulosum. Ergo neque licitum est accipere mutuum ab usurario.

Sed contra. Ille qui injuriat patitur, non peccat, secundum Philosophum in V. Ethicorum. (cap. xi. a med.) unde iustitia non est media inter duo vitia, ut ibidem dicitur (cap. v. cir. princ.) Sed usurarius peccat, in quantum facit iustitiam accidenti mutuum sub usuris. Ergo ille qui accipit mutuum sub usuris, non peccat.

Respondeo dicendum, quod inducere hominem ad peccandum nullo modo licet; uti tamen peccato alterius ad bonum, licitum est: quia & Deus uitum omnibus peccatis ad aliquod bonum, ex quolibet enim malo elicit aliquid bonum, ut dicitur in Enchirid. (August. cap. xi.) Et ideo Augustinus (ep. xvii. al. clv. parum a princ.) Publicolæ quærenti, utrum liceret uti juramento ejus qui per falsos deos jurat, in quo manifeste peccat, eis divinam reverentiam adhibens, responderet, quod qui uitur fide illius qui per falsos deos jurat, non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociat, quo per demonia juravit, sed pacto ejus bono, quo fidem servavit. Si tamen induceret eum ad jurandum per falsos deos, peccaret.

Ita etiam in proposito dicendum est, quod nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum sub usuris; licet tamen ab eo qui hoc paratus est facere, & usuras exercet, mutuum accipere sub usuris, propter aliquod bonum, quod est subventio suæ necessitatis, vel alterius: sicut etiam licet ei qui incidit in latrones, manifestare bona quæ habet, quæ latrones peccant diripiendo, ad hoc quod non occidatur, exemplo decem virorum qui dixe-

runt ad Ismael: *Noli occidere nos, quia sub sauros habemus in agro*, ut dicitur Hier. xl. 8. (1)

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui accipit pecuniam mutuo sub usuris, non consentit in peccatum usurarii, sed uitur eo; nec placet ei usurarum acceptio, sed mutuatio, quæ est bona.

Ad secundum dicendum, quod ille qui accipit pecuniam mutuo sub usuris, non dat occasionem usurario usuras accipiendi, sed mutuandi. Ipse autem usurarius sumit occasionem peccandi ex malitia cordis sui. Unde scandalum passivum ex parte sua est, non autem activum ex parte petentis mutuum. Nec tamen propter hujusmodi scandalum passivum debet alius a mutuo petendo desistere, si indigeat: quia hujusmodi passivum scandalum non provenit ex infirmitate, vel ignorantia, sed ex malitia.

Ad tertium dicendum, quod si quis committeret pecuniam suam usurario non habenti alias unde usuras exerceret, vel hac intentione committeret, ut inde copiosius per usuram lucraretur, daret materiam (*) peccandi; unde & ipse esset particeps culpa. Si autem aliquis usurario alias habenti unde usuras exerceat, pecuniam suam committat, ut tutius servetur, non peccat, sed uitur homine peccatore ad bonum.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito fuisse a scripturis, & Philosopho insinuatum, quod licet accipere mutuum sub usura. A Philosopho quidem; ut in arg. contr. A Scripturis vero per locum a simili de viris decem, Jerem. 41. Sicut enim viris his licuit petere vitam a latronibus, ita huic indigenti licitum est petere mutuum pro suæ, vel suorum vita conservatione ab usurariis, & sicut viri predicti, quasi inviti, sed tamen tamquam redimentes vexationem suam, manifestarunt thesauros latronibus (videbant siquidem vitam propriam periclitari, nisi ipsos eis manifestarent) ita iste indigens quasi invitatus, sed tamen tamquam

(1) De Ismael filio Nathaniæ qui de semine regali erat, & post occisum Godoliam Praefectum, ad quem cum reliquiis Judæorum se repperat Hieremias, octoginta subinde viros de Samaria venientes, cum se in civitatem deducere dolose simularet, interficere aggressus est; ex quibus tamen illi decem hic indicati

ab internecione se liberarunt propter thesauros non argenti & auri, sed frumenti, hordei, & olei & mellis quos in agro se habere dixerunt, ut videre est vers. 7. & 8.

(*) Ita mss. & editi passim. Cod. Alcan. pescanti.

quam redimes vexationem suam, ad instantiam explicitam, vel implicitam usurarii manifestat, se daturum ei aliquid supra mutuum (videt siquidem vitam suam periclitari, nisi hoc faciat); & sicut illa duo a viris illis potuerunt fieri sine peccato (non enim induxerunt per talen ostensionem latrones ad furandum thesauros); ita duo haec ab isto indigente possunt fieri sine peccato (non enim per talen manifestationem inducunt usurarium ad exercendum usuram.) Secundo vides: quomodo &c.

Q U E S T I O N E LXXXIX.

De partibus integralibus iustitiae, qua sunt facere bonum, & declinare a malo,

In quatuor articulos divisa.

DEINDE considerandum est de partibus quasi integralibus (1) iustitiae, quae sunt bonum facere, & a malo declinare, & de viitiis oppositis.

Circa quod queruntur quatuor.

Primo, utrum duo praedicta sint partes iustitiae.

Secundo, utrum transgressio sit speciale peccatum.

Tertio, utrum omissione sit speciale peccatum.

Quarto, de comparatione omissionis ad transgressionem.

ARTICULUS I. 421

Utrum declinare a malo, & facere bonum, sine partes iustitiae.

Psal. xxxiiii. & Psal. xxxvi.

AD primum sic proceditur. Videtur quod declinare a malo, & facere bonum, non sint partes iustitiae. Ad quamlibet enim virtutem pertinet facere bonum opus, & malum vitare. Sed partes non excedunt totum. Ergo declinare a malo, & facere bonum, non debent poni partes iustitiae, quae est quadam virtus specialis.

2. Præterea. Super illud Psal. xxxiiii. *Diverte a malo, & fac bonum*, dicit Glossa „(2) Illud vitat culpam, (scilicet diverte, re a malo;) hoc meretur vitam, & pal-“ mam, “ scilicet facere bonum. Sed quamlibet pars virtutis meretur palma, & vi-tam. Ergo declinare a malo non est pars iustitiae.

3. Præterea. Quæcumque ita se habent quod unum includitur in alio, non distinguntur ab invicem, sicut partes alicujus totius. Sed declinare a malo includitur in hoc quod est facere bonum: nullus enim simul facit bonum, & malum. Ergo declinare a malo, & facere bonum, non sunt partes iustitiae.

Sed contra est quod Augustinus in Libro de correptione & gratia (cap. 1. cir. med.) ponit, ad iustitiam legis pertinere *declinare a malo, & facere bonum.*

Respondeo dicendum, quod si loquamur de bono, & malo in communi, facere bonum, & vitare malum pertinet ad omnem virtutem: & secundum hoc non possunt poni partes iustitiae, nisi forte iustitia accipiantur,

(1) Sic eas vocat, quia proprie non sunt integrales, ut in physicis dici solent ex quibus corpus constituitur; sed habent quandam similitudinem cum illis quae in compositione physica sic vocantur proprie.

(2) Vetus & manuscripta quæ tantum sic, meretur palmam tum deinde vitatur pena, & acquiritur vita: Sed moderna impressa & meretur laudem: Cairodorus vero ex quo sumpta est: In illo culpam refugimus: In isto palma pietatis acquirimus: Postquam præmisit quod ad videndos dies bonos non sufficit a malis abstineri nisi nos pietas compellat & bona peragere; & quorum alterum quidem primum virtutis gradum vocat, quia inde incipit virtus; alterum autem superiorum, quia in eo perficitur: Ut & in Psal. 36. *Ducibus modis* (inquit) *viam no-*

stram pia mater instituit: Primus est ut a malo declinemus, quia peccatori bonarum rerum repente non posse esse appetitus: Secundus est ut bona faciamus, proper quod a visuoperabilis actione cesserimus: Declinemus ergo malo quæ nostra sunt, & faciamus bona quæ Christi sunt, quia Dominus in judicio iustos suos non vocat ad premium, quia pauperibus nibil tolerant (sive abstinenter) sed quis nudos vestirent, viscerant infirmos &c. Vides ergo quia non sufficit Christiano a malis abstinere, nisi nitatur bonum quadam operatione perficere. Similia etiam Augustinus apud Prosperum sententia 98. Et Bernardus fermi. 1. Pentecostes: Et Chrysost. in Psalm. 4. ac homil. 16. in epist. ad Ephesios, ubi servi exemplum assert non viciis quidem sed otiosi.

tur, prout est omnis virtus: quamvis etiam justitia hoc modo accepta respiciat quamdam rationem boni specialem, prout scilicet est debitum in ordine ad legem divinam, vel humanam.

Sed justitia, secundum quod est specialis virtus, respicit bohum sub ratione debiti ad proximum: & secundum hoc ad justitiam specialem pertinet facere bonum sub ratione debiti in comparatione ad proximum, & vietare malum oppositum, scilicet quod est no-civum proximo. Ad justitiam vero generalem pertinet facere bonum debitum in ordine ad communilitatem, & ad Deum, & vitare malum oppositum. Dicuntur autem hæc duo partes justitiae generalis, vel specialis, quasi integrales: quia utrumque eorum requiritur ad perfectum actum justitiae. Ad justitiam enim pertinet æqualitatem constituere in his quæ sunt ad alterum, ut ex supra dictis patet (quæst. lviii, art. 2.) Eiusdem autem est constituere aliquid, & constitutum conservare in his quæ sunt ad alterum. Constituit autem quis æqualitatem justitiae, faciendo bonum, idest reddendo alteri quod ei debetur; conservat autem æqualitatem justitiae jam constitutæ, declinando a malo, idest nullum nocumentum proximo inferendo.

Ad primum ergo dicendum, quod bonum, & malum hic accipiuntur sub quadam speciali ratione, per quam appropriantur justitiae: & ideo hæc duo ponuntur partes justitiae secundum aliquam propriam rationem boni, & mali, non autem alicujus alterius virtutis moralis: quia aliæ virtutes morales consistunt circa passiones, in quibus bonum facere est venire ad medium, quod est declinare ab extremis quasi a malis: & sic in idem redit, quantum ad alias virtutes, facere bonum, & declinare a malo. Sed justitia consistit circa operationes, & res exteriores, in quibus aliud est facere æqualitatem, & aliud est factam non corrumpere.

Ad secundum dicendum, quod declinare a malo, secundum quod ponitur pars justitiae, non importat negationem puram, quod est non facere malum: hoc enim non meretur palmam, sed solum vitam pœnam. Importat autem motum voluntatis repudiantis malum ut ipsum nomen declinationis (1) ostendit; & hoc est meritorium, præcipue quando ali-

quis impugnatur, ut malum faciat, & refutat.

Ad tertium dicendum, quod facere bonum, est actus completivus justitiae, & quasi pars principalis ejus; declinare autem a malo, est actus imperfectior, & secundaria (2) pars ejus: & ideo est quasi pars materialis ejus, sine qua non potest esse pars formalis completiua.

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo: quomodo per rationem nem destinas, tanquam in radice, heresim *Amforianorum* dicentium: quod opera bona sunt perniciosa ad salutem; seu (quod idem est) quod facere opera bona est perniciosum ad salutem. Per hoc enim, quod hic monstratur, facere bonum esse partem justitiae, commonistratum relinquitur a fortiori; quod opera bona non sunt perniciosa, neque facere illa est perniciosum ad salutem. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, heresim hanc merito damnari ab August. ut in *argum. contr.* Item a Galat. 5. „ In Christo Iesu neque circuncisio aliquid vallet, neque præputium: sed fides, quæ per dilectionem operatur. Et ad Hebr. 10. Fide Raab meretrix non periit cum incredulis, excipiens (en opera) exploratores cum pace. Item a Martb. 5. sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in celis est. Et a Pet. 2. „ Conversationem vestram inter gentes habentes bonam; ut in eo, quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificant Deum in tempore visitationis, Et ibidem. Hæc est voluntas Dei: ut beneficentes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. „ Item a dictis per veritates aureas super legem veterem, Genes. 2. conclus. 6. Et cap. 4. conclus. 3. & Numer. 14. conclus. 9. Tercio vides: quomodo &c.

A R .

(1) Non tamen Psal. 33. in latina editione in qua tantum *Diverse*, sed Psalm. 36. vers. 27. ubi *Declina*; et si utrobius *excessor* græce.

(2) Ordine dignitatis, non originis; cum ex Castiodoro præmissum sit primum virtutis gradum vel modum esse ut mala declinemus.

ARTICULUS II. 422

Utrum transgressio sit speciale peccatum:

Inf. art. 3. ad 3. & art. 4. ad 3.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod transgressio non sit speciale peccatum. Nulla enim species ponitur in definitione generis. Sed transgressio ponitur in communione definitione peccati: dicit enim Ambrosius quod peccatum est transgressio (1) legis divine. Ergo transgressio non est species peccati.

2. Præterea. Nulla species excedit suum genus. Sed transgressio excedit peccatum quia peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, ut patet per Augustinum XXII. contra Faustum (cap. xxvi. in princ.) transgressio autem est etiam contra naturam, vel consuetudinem. Ergo transgressio non est species peccati.

3. Præterea. Nulla species continet sub se omnes partes in quas dividitur genus. Sed peccatum transgressionis se extendit ad omnia vitia capitalia, & etiam ad peccata cordis, oris, & operis. Ergo transgressio non est speciale peccatum.

Sed contra est quod opponitur speciali virtuti, scilicet iustitia.

Respondeo dicendum, quod nomen transgressionis a corporalibus motibus ad morales actus derivatum est. Dicitur autem aliquis secundum corporalem motum transgredi, ex eo quod graditur trans terminum sibi præfixum. Terminus autem præfigitur homini, ut ultra non transeat in moralibus per præceptum negativum. Et ideo transgressio proprie dicitur ex eo quod aliquis agit aliquid contra præceptum negativum. Quod quidem materialiter potest esse commune omnibus speciebus peccatorum; quia per

quamlibet speciem peccati mortalis homo transgreditur aliquod præceptum divinum.

Sed si accipiatur formaliter, scilicet secundum hanc specialem rationem, quod est facere contra præceptum negativum, sic est speciale peccatum dupliciter. Uno quidem modo secundum quod opponitur ad genera peccatorum opposita aliis virtutibus: sicut enim ad propriam rationem iustitiae legalis pertinet attendere debitum præcepti; ita ad propriam rationem transgressionis pertinet attendere contemptum præcepti. Alio modo secundum quod distinguitur ab omissione, quæ contrariatur præcepto affirmativo.

Ad primum ergo dicendum, quod scilicet iustitia legalis est omnis virtus subiecto, & quasi materialiter; ita etiam iustitia legalis est quasi materialiter omne peccatum: & hoc modo peccatum definit Ambrosius secundum rationem iustitiae legalis.

Ad secundum dicendum, quod inclinatio naturæ pertinet ad præcepta legis naturalis. Consuetudo etiam honesta habet vim præcepti: quia, ut Augustinus dicit in epistola de jejunio sabbati (2) mos populi Dei pro lege habendus est. Et ideo tam peccatum, quam transgressio potest esse contra consuetudinem honestam, & contra inclinationem naturalem.

Ad tertium dicendum, quod omnes enumeratas species peccatorum possunt habere transgressionem, non secundum proprias rationes, sed secundum quamdam specialem rationem, ut dictum est (in corp. art.) Peccatum autem omissionis omnino a transgressione distinguitur.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito a scripturis esse insinuatum quod transgressio est speciale peccatum: Ut Eccl.

(1) Sive paulo aliter lib. de Paradiso cap. 8. Quid est peccatum nisi legis divinae prædicatio & calosum inobedientia præceptorum: Transgressionis autem nomen usurpat Augustinus de civitate Dei lib. 12. cap. 24. cum de Adam & Eva peccatum suum excusatibus, sit: Accusatio postus quam excusatio vera est, ubi mandatis divini est aperta transgressio: Et de consensu Evangelistarum lib. 2. cap. 4. prope finem: Peccatum est legis transgressio (supple divine) Sed quod ex illo subiungitur peccatum esse dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei, sic implice ibi: Factum vel dictum vel concupitum contra legem eternam: Lex vero eterna est

ratio vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari: iubens, perturbari versus. Porro cum ab altera legi lex alia quaecunque derivetur, quidquid etiam contra legem quaecunque (licet humanam tantum positivam) sit, in alteram refundi debet; ut & 1. 2. quæst. 71. art. 6. notatum est.

(2) Scilicet epistola 8o. quam Casuleno Presbytero contra Urbicum quandam scripsit, qui stultissime de hujusmodi jejunio scriperat, ut ibidem notatur; pulsans esse jejunium illud necessarium & ab omnibus observandum, ut omittere vel transgredi sine peccato nemo possit.

Eccles. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit; Ecce quod distinguit transgressionem a ly facere mala, tanquam quoddam speciale. Secundo vides: quomodo &c.*

ARTICULUS III. 423

Utrum omissione sit speciale peccatum.

1. 2. quest. lxxi. art. 5. & II. dist. xxxv.
art. 3. & mal. quest. II. art. 1.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod omissione non sit speciale peccatum. Omne enim peccatum aut est originale, aut aequalē. Sed omissione non est originale peccatum, quia non contrahitur per originem; nec est actuale, quia potest esse absque omni actu, ut supra habitum est (1. 2. quest. lxxi. art. 5.) cum de peccatis in communione ageretur. Ergo omissione non est speciale peccatum.

2. Præterea. Omne peccatum est voluntarium. (1) Sed omissione quandoque non est voluntaria, sed necessaria; puta cum mulier corrupta est, quæ virginitatem vovit: vel cum aliquis amisit rem quam restituere tenet; vel cum sacerdos tenetur celebrare, & habet aliquod impedimentum. Ergo omissione non semper est peccatum.

3. Præterea. Cuilibet speciali peccato est determinare aliquod tempus quando incipit esse. (2) Sed hoc non est determinare in omissione: quia quandocumque non facit, similiter se habet, nec tamen semper peccat. Ergo omissione non est speciale peccatum.

4. Præterea. Omne peccatum speciale speciali virtuti opponitur. Sed non est dare aliquam speciem virtutem cui omissione opponatur: tum quia bonum cuiuslibet virtutis

omitti potest: tum quia iustitia, cui specialis videtur opponi, semper requirit aliquem actu, etiam in declinatione a malo, ut dictum est (art. 1. hu. quest. ad 2.) omissione autem potest esse absque omni actu. Ergo omissione non est speciale peccatum.

Sed contra est quod dicitur Jac. IV. 17. *Scienti bonum, (3) & non facienti, peccatum est illi.*

Respondeo dicendum, quod omissione importat prætermissionem boni, non autem cunctum, sed boni debiti. Bonum autem sub ratione debiti pertinet proprio ad iustitiam: ad legalem quidem, si debitum accipiatur in ordine ad legem divinam, vel humanam; ad specialem autem iustitiam, secundum quod debitum consideratur in ordine ad proximum.

Unde eo modo quo iustitia est specialis virtus, ut supra habitum est (quest. lxxi. art. 6. & 7.) (4) etiam omissione est speciale peccatum distinctum a peccatis quæ opponuntur aliis virtutibus; eo vero modo quo facere bonum, cui opponitur omissione, est quædam specialis pars iustitiae distincta a declinatione mali, cui opponitur transgressio, etiam omissione a transgressione distinguitur.

Ad primum ergo dicendum, quod omissione non est peccatum originale, sed actuale, non quia habet aliquem actum sibi essentialern, (5) sed secundum quod negatio actus reducitur ad genus actus: & secundum hoc non agere accipitur ut agere quoddam, sicut supra dictum est (1. 2. quest. lxxi. art. 6. ad 1.)

Ad secundum dicendum, quod omissione sicut dictum est (in cord. art.) non est nisi boni debiti, ad quod aliquis tenetur. Nullus autem tenetur ad impossibile. Unde nullus si non facit id quod facere non potest, peccat per omissionem. Mulier ergo corrupta quæ virginitatem vovit, non omittit (6) vir-

gini-

(1) *Imo usque adeo voluntarium ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium; ex Augustino lib. de vera Religione cap. 14. ut plenius notatum suo loco.*

(2) *Supple quo tempore incipiat esse peccatum; vel in impressis passim & gothicis & manuferatis aliquod tempus quando incipit esse sive in Medicæ Editione quando incipiat. Non sicut in quibundam aliis nugaciter, aliquod tempus quod incipit esse.*

(3) *Vel scienti bonum facere, ut plenius vulgata legit ver. ultim. & similiter greca εἰδότε καθόπως referendo non ad speculativam tantum, sed ad practicam notitiam; ex qua nihilominus per scientis negligentiam non sequitur actio: Unde majus illius peccatum est, quam ignoranter delinquentis, ut ibi notat Beda.*

(4) *Ubi explicantur quonodo sit iustitia specialis habitus a generali iustitia distinctus.*

(5) *Ut ex professo & plenius explicatum est 1. 2. qu. 71. art. 5. ubi conciliantur qui affirment aliquem actum in qualibet omissione inveniri, & qui e contrario negant.*

(6) *Hoc est non per omissionem peccare ex eo quod amplius non habeat virginitatem, sed ex eo quod ponitentiam non agit de amissa virginitate, vel ad continentiam in posterum seruandam non conatur: Legendum quippe quod non omittit ut reponimus & ut impressa passim ac etiam gothica legunt: non sicut prius in Exemplari meo Pariseni & in ipsomet Manuscripto incepit, non emittit virginitatem non habende.*

ginitatem non habendo, sed non pœnitendo de peccato præterito; vel non faciendo quod potest, ad votum adimplendum per continentiaz observantiam. Sacerdos etiam non tenetur dicere Missam, nisi supposita debita opportunitate; quæ si desit, non omittit. Et similiiter aliquis tenetur ad restitutionem supposita facultate; quam si non habet, nec habere potest, non omittit, dummodo faciat quod potest. Et idem dicendum est de aliis.

Ad tertium dicendum, quod sicut peccatum transgressionis opponitur præceptis negativis, quæ pertinent ad declinandum a malo; ita peccatum omissionis opponitur præceptis affirmativis, quæ pertinent a faciendum bonum. Præcepta autem affirmativa non obligant ad semper, sed ad tempus determinatum: & pro illo tempore peccatum omissionis incipit esse. Potest tamen contingere quod aliquis tunc sit impotens ad faciendum quod debet; quod quidem si sit præter ejus culpam, non omittit quod debet; ut dictum est (in solut. præc. & i. 2. quæst. lxxi. art. 5.) (1)

Si vero sit propter ejus culpam præcedentem, (puta cum aliquis in sero se inebriavit & non potest surgere ad matutinas, ut debet) dicunt quidam, quod tunc incipit peccatum omissionis, quando aliquis se applicat ad actum illicitum, & incompossibilem cum illo actu ad quem tenetur.

Sed hoc non videtur verum: quia dato quod excitaretur per violentiam, & iret ad matutinas, non omitteret: unde patet quod præcedens inebriatio non fuit omissionis, sed omissionis causa.

Unde dicendum est, quod omissionis incipit ei imputari ad culpam, quando fuit tempus operandi; tamen propter causam præcedentem, ex qua omissionis sequens redditur voluntaria.

Ad quartum dicendum, quod omissionis directe opponitur justitiae, ut dictum est (in corp. art.) non enim est omissionis boni alius cuius virtutis, nisi sub ratione debiti, quod pertinet ad justitiam. (2) Plus autem requiri-

Summ. S. T. b. Tom. VII.

ritur ad actum virtutis meritorum quam ad demeritum culpæ: quia bonum est ex integra causa, malum autem ex singulis defectibus. (3) Et ideo ad justitiae meritum requiritur actus, non autem ad omissionem.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, quod omissionis est speciale peccatum. Ut Jacob. 4. secundum quod dicitur in arg. contr. Item Matth. 3. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Ecce, quod non tantum arbor, quæ facit fructum malum, excidetur, sed etiam illa, quæ non facit bonum. Per id ergo monstratur, quod omissionis, & non solum transgressio, est peccatum speciale. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 324

Utrum peccatum omissionis sit gravius quam peccatum transgressionis.

Mal. quest. II. art. 1. ad 4. & art. 9. cor.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod peccatum omissionis sit gravius quam peccatum transgressionis. Delictum enim videtur idem esse quod *derelictum*; (4) & sic per consequens videtur idem esse omissionis. Sed delictum est gravius quam peccatum transgressionis, quia majori expiatione indigebat, ut patet Levit. v. Ergo peccatum omissionis est gravius quam peccatum transgressionis.

2. Præterea. Majori bono majus malum opponitur, ut patet per Philosopum in VIII. Eth. (5) Sed *facere bonum*, cui opponitur omissionis, est nobilior pars justitiae, quam *declinare a malo*, cui opponitur transgressio, ut ex supradictis patet (art. i. hu. quæst. ad 3.) Ergo omissionis est gravius peccatum quam transgressio.

Gg

3. Præ-

(1) Ubi dicitur omissionis non habere rationem peccati, si causa ejus potestati hominis non subjaceat; puta cum propter absolutam impotentiam, sive gravem infirmitatem, ad Ecclesiam ire prætermittit.

(2) Non alterius cujuscunque debiti, ad honestatem puta pertinentis.

(3) Colligitur ex libro de divinis nominibus cap. A. post medium, seu §. 30. in Editionibus modernis.

(4) Sic Augustinus quæst. 20. in Leviticum: *Si*

vocabulum discussiatur quid aliud sonat delictum nisi derelictum? Et qui delinquit quid derelinquit nisi bonum?

(5) Äquivalenter saltem cap. 12. græco-latino vel cap. 10. in antiquis & apud S. Thomam lect. 10. ubi pessimum id vocatur quod est oppositum optimo, indeque concluditur pessima esse dominatio tyrannica ut opposita regno.

3. Præterea . Peccatum transgressionis potest esse & veniale , & mortale . Sed peccatum omissionis videtur esse semper mortale quia opponitur præcepto affirmativo . Ergo omissionis videtur esse gravius peccatum quam sit transgressio .

4. Præterea . Major poena est poena damni , scilicet carentia visionis divinae , quæ debetur peccato omissionis , quam poena sensus , quæ debetur peccato transgressionis , ut patet per Chrysostomum super Matth. (1) Sed poena proportionatur culpa . Ergo gravius est peccatum omissionis , quam transgressionis .

Sed contra est quod facilius est abstinere a malo faciendo , quam implere bonum . Ergo gravius peccat qui non abstinet a malo faciendo , quod est transgreedi , quam qui non implet bonum , quod est omittere .

Respondeo dicendum , quod peccatum instantum est grave , in quantum a virtute distat . Contrarietas autem est maxima distantia , ut dicitur in X. Metaph. (tex. 13. & 14.) Unde contrariuni magis distat a suo contrario quam simplex ejus negatio , sicut nigrum plus distat ab albo quam simpliciter non album : omne enim nigrum est non album , sed non convertitur . Manifestum est autem quod transgressio contrariatur actui virtutis ; omissionis autem importat negationem ipsius : puta peccatum omissionis est , si quis debitam reverentiam parentibus non exhibeat ; peccatum autem transgressionis , si contumeliam , vel quacumque injuriam eis inferat .

Unde manifestum est quod simpliciter & absolute loquendo , transgressio (2) est gravius peccatum quam omissionis ; licet aliqua omissionis possit esse gravior aliqua transgressioni .

Ad primum ergo dicendum , quod delictum communiter sumptum significat quacumque omissionem ; quandoque tamen stricte accipitur pro eo quod omittitur aliquid de his quæ pertinent ad Deum ; vel quando scienc-

ter , & quasi cum quodam contemptu derelinquit homo id quod facere debet : & sic habet quamdam gravitatem , ratione cuius majori expiatione indiget . (3)

Ad secundum dicendum , quod ei quod est bonum facere , opponitur & non facere bonum quod est omittere , & facere malum , quod est transgreedi ; sed primum contradictorie , secundum contrarie , quod importat majorem distantiam : & ideo transgressio est gravius peccatum .

Ad tertium dicendum , quod sicut omissionis opponitur præceptis affirmativis , ita transgressio opponitur præceptis negativis : & ideo utrumque , si proprie accipiatur , importat rationem peccati mortalis . Potest autem large dici transgressio , vel omissionis , ex eo quod aliquid fit præter præcepta affirmativa , vel negativa , disponens ad oppositum ipsorum : & sic utrumque large accipiendo , potest esse peccatum veniale .

Ad quartum dicendum , quod peccato transgressionis responderet & poena damni propter aversionem a Deo , & poena sensus propter inordinatam conversionem ad bonum commutabile . Similiter etiam omissioni non solum debetur poena damni , sed etiam poena sensus , secundum illud Matth. vii. 19. Omnis arbor que non facit fructum bonum , excideatur , & in ignem mittetur : & hoc propter radicem ex qua procedit , licet non habeat ex necessitate actualem conversionem ad aliquod bonum commutabile .

A P P E N D I X

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito esse a scripturis insinuatum : quod peccatum omissionis , ceteris paribus , non est ita grave , sicut transgressio . Ut Psal. 24. Delicta juventutis mee , & ignorantias meas ne memineris . Quasi dicat , secundum expositionem ibi Divi Thomae .
Peto

(1) Velut ex homilia 47. ad populum Antiochenum prius indicabatur ad marginem : Sed homilia illa , præter unam supra viginti , ut in græca Editione recententur , sunt farrazines tantum & fragmenta , quæ repetuntur ex variis ejusdem locis , & compinguntur simul . Notari vero ex homil. 24. super Matthæum debuerat , ubi sic ait : Si quis mille gebennas ponat , nihil tale est ac excidere a regno Dei , sive a beata illa gloria (τις μακαριας εκτιν δοκει) quæ in præmium promittitur .

(2) Quæ peccatum commissonis 1. 2. qu. 72. art. 6. dicta est , ubi ejus & peccati omissionis differenzia explicatur .

(3) Nec tamen liquet ex Levit. 5. major illa expiatio necessaria : Nam et si plures pro delicto ceremoniæ subindicantur observandæ , non tamen major vel dignior hostia offerenda , cum pro delicto agna tantum vel capra vers. 4. aries autem immaculatus pro peccato transgressionis vel prævaricationis vers. 15. jubeatur offerri . Præterquam quod ibidem promiscue peccatum pro delicto ponitur , & vicissim delictum pro peccato , vel pro prævaricatione propter prævaricantis ignorantiam vel errorem , ut partim vers. 5 partim 15. & sequentibus videtur est : Quamvis Levit. 7. vers. 7. distinguatur hostia pro peccatis & pro delicto ut Augustinus , ubi supra , explicat .

Peto misericordiam: quia babeo peccata; que, ut sic loquar, sunt digna misericordia. Et ponit tria, quæ faciunt ad dimissionem peccati: & primo genus peccati, quod est duplex, unum transgressionis, aliud omissionis; & hæc, scil. peccata omissionis, vocantur delicta, quasi leviora, & aliquo modo magis veniam digna; quia difficile est, quod homo a delicto se totaliter custodiat. Et ideo dicit;

Delicta. Galat. ult. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: voi, qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis. Hæc ibi. Unde & per Apostolum significatur idem ex modo etiam loquendi; ut consideranti patet. Secundo vides: quomodo &c.

Q U A E S T I O LXXX.

De partibus potentialibus justitiae.

DEINDE considerandum est de partibus potentialibus justitiae, idest de virtutibus ei annexis: & circa hoc duo sunt consideranda. Primo quidem quæ virtutes justitiae annexantur. Secundo considerandum est de singulis virtutibus justitiae annexis.

ARTICULUS UNICUS. 425

Utrum convenienter assignentur virtutes justitiae annexæ.

Sup. quest. lviii. art. ii. ad i. & 2. & infr. quest. cxxii. art. i. corp. & III. dist. xxxiii. quest. iii. art. 4.

AD primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur virtutes justitiae annexæ. Tullius enim (Lib. II. de invent. aliquant. ante fin.) enumerat sex, scilicet religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem. Vindicationem videtur species esse commutativa justitiae, secundum quam illatis injuriis vindicta rependitur, ut ex supra dictis patet (quest. lxi. art. 4.) Non ergo debet ponи inter vir-

tutes justitiae annexas.

2. Præterea. Macrobius super somnium Sciponis (Lib. I. cap. viii. cir. med.) (1) ponit septem, scilicet innocentiam, amicitiam, concordiam, pietatem, religionem, affectum, humanitatem, quarum plures a Tullio prætermittuntur. Ergo videtur, insufficienter enumeratas esse virtutes justitiae adiunctas.

3. Præterea. A quibusdam aliis ponuntur quinque partes justitiae, scilicet obedientia respectu superioris, disciplina respectu inferioris, equitas respectu æqualium, fides, & veritas respectu omnium; de quibus a Tullio non ponitur nisi veritas. (2) Ergo videtur insufficienter enumerasse virtutes justitiae annexas.

4. Præterea. Andronicus Peripateticus ponit novem partes justitiae annexas, scilicet liberalitatem, benignitatem, vindicativam, eu-gnomosynam, (3) eusebiam, eucharistiam, sanctitatem, bonam commutationem, legispositivam; ex quibus etiam Tullius manifeste non ponit nisi vindicativam. Ergo videtur insufficienter enumerasse.

5. Præterea. Aristoteles in V. Ethic. (4) ponit epikējam justitiae adjunctam, de qua in nulla præmissarum assignationum videtur mentione esse facta. Ergo insufficienter sunt enumeratae virrutes justitiae annexæ.

Respondeo dicendum, quod in virtutibus quæ adjunguntur alicui principali virtuti, duosunt consideranda: primo quidem, quod virtutes illæ in aliquo cum principali virtute convenientant; secundo, quod in aliquo deficiant a perfecta ratione ipsius. Quia vero justitia ad alterum est, (5) ut ex supra dictis patet (quest. lviii. art. 2.) omnes virtutes quæ ad alterum sunt, possunt ratione convenientia justitiae annexari.

Ratio vero justitiae consistit in hoc quod alteri reddatur quod ei debetur secundum æqualitatem, ut ex supra dictis patet (quest. lviii. art. 10. & 11.) Dupliciter ergo aliqua virtus ad alterum existens a ratione justitiae deficit: uno quidem modo, in quantum deficit a ratione æqualis; alio modo, inquantum

G g 2 tum

(1) Ait: *De justitia veniunt innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas.*

(2) Loco jam indicato ubi ultimam eam ponit, num. 13. & 36. ac deinceps.

(3) Juxta græcum ἀγαθόν, quasi bonum animi propositum vel sententia, ut 3. Sent. explicatum est; & iterum explicabitur infra cum adjunctis.

(4) Non cap. 10. sicut prius indicabatur ad mar-

ginem, sed cap. 14. græco-lat. vel cap. 16. in antiquis & apud sanctum Thomam lect. 16. ubi ex græco item ἀγαθά moderatio quendam vel æquitas intelligitur, ut & infra.

(5) Hinc alienum bonum (ἀλλοτριον εὐεργέτη) a Philosopho appellatur quasi ad alterius utilitatem ordinata; ut Eth. 5. cap. 2. in antiquis vel 3. græco-lat. videre est & apud S. Thomam lect. 2.

tum, deficit a ratione debiti. Sunt enim quædam virtutes quæ debitum quidem alteri redundunt, sed non possunt reddere æquale. Et primo quidem quicquid ab homine Deo redditur, debitum est, non tamen potest esse æquale, ut scilicet tantum homo ei reddat, quantum debet, secundum illud Psal. cxv. 12.

(1) *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Et secundum hoc adjungitur justitiae religio, quæ, ut dicit Tullius (loc. cit. in arg. 1.) superioris cuiusdam nature, quam divinam vocant, curam, ceremoniamque (*) affert, Secundo parentibus non potest secundum æqualitatem recompensari quod eis debetur, ut patet per Philosophum in VIII. Eth. (cap. ult. a med.) & sic adjungitur justitiae pietas, per quam, ut Tullius dicit (loc. cit.) sanguine junctis, patriæque benevolis officium, & diligens tribuitur cultus. Tertio non potest secundum æquale præmium recompensari ab homine virtus, ut patet per Philosophum in IV. Ethic. (cap. IIII. ante med.) & sic adjungitur justitiae observantia, per quam, ut Tullius dicit (loc. sup. cit.) homines aliqua dignitate antecedentes quodam cultu, & honore (**) dignantur.

A ratione vero debiti justitiae defectus potest attendi, secundum quod est duplex debitum, scilicet morale, & legale. Unde & Philosophus in VIII. Ethic. (cap. IIII. circ. med.) secundum hoc duplex justum assignat. Debitum quidem legale est ad quod reddendum aliquis lege adstringitur: & tale debitum proprie attendit justitia, quæ est principalis virtus. Debitum autem morale est quod aliquis debet ex honestate virtutis. Et quia debitum necessitatem importat, ideo tale debitum habet duplum gradum. Quod-

dam enim est sic necessarium ut sine eo honestas morum conservari non possit: & hoc habet plus de ratione debiti. Et potest hoc debitum attendi ex parte ipsius debentis: & sic ad hoc debitum pertinet quod homo talam se exhibeat alteri in verbis, & in factis, qualis est. Et ideo adjungitur justitiae veritas, per quam, ut Tullius dicit (loc. cit.) immutata ea (***) que sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Potest etiam attendi ex parte ejus cui debetur, prout scilicet aliquis recompensat alicui secundum ea quæ fecit: quandoque quidem in bonis; & sic adjungitur justitiae gratia, in qua, ut Tullius dicit (ibid.) amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur: quandoque autem in malis; & sic adjungitur justitiae vindicatio, per quam, ut Tullius dicit (ibid.) vis, aut injuria, & omnino quicquid (****) obscurred est, defendendo, aut ulciscendo propulsatur.

Aliud vero debitum est necessarium, sicut conferens ad majorem honestatem, sine quo tamen honestas conservari potest: quod quidem debitum attendit liberalitas, affabilitas, sive amicitia, aut alia hujusmodi, quæ Tullius prætermittit in predicta enumeratione, quia parum habent de ratione debiti.

Ad primum ergo dicendum, quod vindicta quæ fit auctoritate publicæ potestatis, secundum sententiam judicis, pertinet ad justitiam commutativam; sed vindicta quam quis facit proprio motu, non tamen contra legem, vel quam quis a judice requirit, pertinet ad virtutem justitiae adjunctam.

Ad secundum dicendum, quod Macrobius videtur attendisse ad duas partes integrales justitiae; scilicet declinare a malo, ad quod per-

(1) Ad retributionis æqualitatem impossibilem refert etiam Chrysostomus in sermone quomodo primus homo sit prelatus omnibus creaturis, ut videre est tom. I. latino: Cassiodorus autem post Augustinum ad id solum quod nihil Deo rependere de nostro valamus, cum nihil haçemus nisi ex ejus dono: Sed ad ignorantiam convenientis officii retribuendi Theodoretus post Basilium ibi sic proptermodum explicat. Quod quem subiungitur ex Eth. 4. & passim ad marginem ex cap. 3. indicatur, sumptum est ex cap. 7. græco-lat. vel in antiquis 9. & apud S. Thomam lect. 9. ubi dicitur quod integræ virtutis vel perfectæ, (τετταῦ) nullus est dignus honor: sive ut græcum τιμὴ sumi potest, pretium nullum: Gratus porro ex 1. Ethic. Exemplaria quædam citant, ubi dicitur tantum quod virtutis præmium quiddam opitionem esse debet (scilicet felicitas) & quod laus

ad virtutem pertinet, sed ad opitiones quosque aliquid majus; ut cap. 10. vel cap. 12. græco-lat. videre est, vel cap. 14. & 18. in antiquis, ac apud S. Thomam lect. 14. & 18. respective. Denique justum duplex quod ex 8. Eth. notatur paulo infra, tum ex cap. 15. græco-latino tum ex cap. 13. in antiquis & apud S. Thomam lect. 13. desumptum est.

(*) Ita cum codicibus Nicolaj, Voes vel cultum. quæ hic leguntur in multis edit. ex margine mss. in textum translate perperam fuere.

(**) Ita cum codd. Alcan. & Rom. edit. veteres & Pasav. Garcia, Theologi, & Nicolaj dignior.

(***) Ita mss. & editi passim. Al. deest quæ sunt.

(****) Ita cum codicibus edit. veteres; & Garcia. Nicolaj, & edit. Pasav. obfuturum.

pertinet *innocentia*, & facere *bonum*, ad quod pertinent sex alia: quorum duo videntur pertinere ad *æquales*, scilicet *amicitia* in exteriore convictu, & *concordia* interius; duo vero ad *superiores*, scilicet *pietas* ad parentes, & *religio* ad Deum; duo vero ad *inferiores*, scilicet *affectus*, inquantum placent bona eorum, & *humanitas*, per quam subvenitur eorum defectibus. Dicit enim Isidorus in Lib. X. Etymol. (1) quod *humanus* dicitur aliquis, quod *babeat circa hominem amorem*, & *miserationis affectum*: unde *humanitas* dicta est, qua nos invicem tuemur. Et secundum hoc *amicitia* sumitur, prout ordinat exteriorem convictum, sicut de ea Philosophus tractat in IV. Ethic. (2) Potest etiam *amicitia* sumi, secundum quod proprie respicit affectum, prout determinatur a Philosopho in VIII. & IX. Ethic. & sic ad amicitiam pertinent tria, scilicet *benevolentia*, quæ hic (*) dicitur *affectus*, & *concordia*, & *beneficentia*, quæ hic vocatur *humanitas*. Hæc autem Tullius prætermisit, quia parum habent de ratione debiti, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod *obedientia* includitur in *observantia*, quam Tullius ponit: nam præcellentibus personis debetur & reverentia honoris, & *obedientia*. *Fides* autem, per quam sunt dicta, includitur in veritate quantum ad observantium promissorum. *Vero* autem in plus se habet, (3) ut infra patet (quæst. cix. art. 1. & 3.) *Disciplina* autem non debetur ex debito necessitatis: quia inferiori non est aliquis obligatus, inquantum est inferior; potest tamen aliquis superior (4) obligari, ut inferioribus provideat, secundum illud Matth. xxiv. 45. *Fidelis servus*, & *prudens*, quem constituit do-

minus super familiam suam: & ideo a Tullio prætermittitur. Potest autem contineri sub humanitate, quam Macrobius ponit; *equitas* vero sub epiceja, vel amicitia.

Ad quartum dicendum, quod in illa enumeratione ponuntur quædam pertinentia ad particularem iustitiam, quædam autem ad legalem: ad particularem quidem *bona commutatio*; de qua dicit, quod est habitus in commutationibus æqualitatem custodiens: ad legalem autem iustitiam, quantum ad ea quæ communiter sunt obseruanda, ponitur *legispositiva*; quæ, ut ipse dicit, est scientia commutationum politicarum ad communitatem relatarum. Quantum vero ad ea quæ quandoque particulariter agenda occurunt, præter communes leges, ponitur *eugnomosyne*, quasi *bona gnome*, quæ est in talibus directiva, ut supra habitum est (quæst. li. art. 4.) in tractatu de prudentia: & ideo dicit de ea, quod est *voluntaria iustificatio*, quia scilicet ex proprio arbitrio, id quod iuslum est, homo secundum eam servat, non secundum legem scriptam. Attribuuntur autem hæc duo prudentiae secundum (**) directionem, iustitiae vero secundum executionem. *Eusebia* vero dicitur, quasi *bonus cultus*, unde est idem quod *religio*: ideo de ea dicit, quod est *scientia Dei famularis*: & loquitur secundum modum quo Socrates dicebat, omnes virtutes esse scientias (5). Et ad idem reducitur *sancitas*, ut postea diceretur (quæst. seq. art. 8.) *Eucharistia* autem est idem quod *bona gratia*, quam Tullius ponit, sicut & vindicativam. *Benignitas* autem videtur esse idem cum *affectu*, quem ponit Macrobius. Unde & Isidorus dicit in Lib. X. Etymol. (6) quod *benignus* est vir sponte ad bene facien-

(1) Vel Originum lib. 10. cap. 8. alludit implicite ad græcum φιλάνθρωπος quod idem est ac *homini* *amator*, & *humanus* latine reddi solet.

(2) Non sicut prius ad marginem cap. 6. sed vel 12. græco-latino, vel in antiquis 14. & apud S. Thomam lect. 14. ubi non tam amicitia quam similitudine amicitiae dicitur esse, ac proprio nomine designari non posse.

(*) Ita mss. & edit. passim. Al. perperam dicuntur.

(3) Idest *Iustus patet*; non sicut prius in Exemplari Parisiensi & Duacensi præpostere legitur, in se plus habet.

(4) Pro quo alia passim Exemplaria perperam habent, *superiori obligari*: Sensus enim est quod licet superior non obligetur inferiori ut sic ad obsequendum; obligatur nihilominus ad providendum ipsi vel

ministrandum illud quo indiget, ut ex verbis Matthæi colligitur; quia qui super familiam constituitur ut *dedit cibum in tempore* (vers. 41.) vel *strictè menjuram* (Luc. 12. vers. 42.) significatur esse superior, quamvis alteri quoque superiori (nempe domino constituenti ad officium illud obligetur).

(**) Ita mss. & editi libri castigati. Al. directionem iustitiae, non secundum excusationem.

(5) Quod Philosophus tamen 6. Eth. refellit versus finem.

(6) Sive (ut supra) Originum lib. 10. cap. 2. ex quo restituimus, *dulcis eloquio*, non sicut prius passim *dulcis ad eloquium*: addit porro quod ad præsentem quoque sensum spectat, ut sub affectu benignitatem comprehendendi tacite significet: *Non autem multum diffas benignus a bono*, quis & ipse ad beneficendum videretur expositus: In eo tamen differt quod

oiondum patens, & dulcis colloquio. Et ipse Andronicus dicit, quod *benignitas* est habitus voluntarie beneficivus. *Liberalitas* autem videtur ad humanitatem pertinere.

Ad quintum dicendum, quod *epikeja* non adjungitur *justitiae* particulari, sed legali; & videtur esse idem cum ea quæ dicta est *eugenemosyne* (*).

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, quod *justitiae* sunt annexæ multæ virtutes. Ut Matth. 4. *Debet implere omnem justitiam: omnem*, inquit, ad significandum, quod multiplex est *justitia*, seu quod multiplex est virtus *justitiae* annexa. Item Sap. 8. *Sobrietatem, prudentiam, Justitiam, & virtutem docet.* Hoc est. *Justitiam*, virtutem sibi annexam multipliciter habentem. Secundo vides &c.

Q U E S T I O LXXXI.

De religione,

In octo articulos divisæ.

DEinde considerandum est de singulis partibus prædictarum virtutum, quantum ad præsentem intentionem pertinet: & primo considerandum est de religione; secundo de pietate; tertio de observantia; quarto de gratia; quinto de vindicta; sexto de veritate; septimo de amicitia; octavo de liberalitate; nono de epikeja. De aliis autem hic enumeratis supra dictum est, partim in tractatu de caritate, scilicet de concordia, & aliis hujusmodi; & partim in hoc tractatu de *justitia*, sicut de bona commutatione, & innocentia. De legispositiva autem in tractatu de prudentia.

quod *bonas potest esse strictior & bene quidem facere ac præstare quod poscit, sed non suavis esse novis consorsio, benignus autem sua cunctis novis invitare dulcedine:* Quamvis cap. 5. ad Galatas vers. 22. benignitas a bonitate numeratur seorsim inter fructus Spiritus sancti, ubi veluti *bonam ignitatem propter effectum diffusivum dictam esse* vult S. Thomas: alii tamen ut a bene gignendo derivatam potius putant: Sed parum referunt.

(*) *Hic Nicolajus in textu addit sequentia: quia ista prudenter determinat quid expedit magis; illa moderamen adhibet quale agnoscit expedire, ut quæst. cxx. patebit.*

Circa religionem vero tria consideranda occurunt.

Primo quidem de ipsa religione secundum se. Secundo de actibus ejus. Tertio de viis oppositis.

Circa primum queruntur octo.

Primo, utrum religio consistat tantum in ordine ad Deum.

Secundo, utrum religio sit virtus.

Tertio, utrum religio sit una virtus.

Quarto, utrum religio sit specialis virtus.

Quinto, utrum religio sit virtus theologia.

Sexto, utrum religio sit preferenda aliis virtutibus moralibus.

Septimo, utrum religio habeat exteriores actus.

Octavo, utrum religio sit eadem sanctitati.

A R T I C U L U S I. 526

Utrum religio ordines hominem solum ad Deum (1).

Inf. quæst. lxxxiv. art. I. ad I.

AD primum sic proceditur. Videtur quod religio non ordinet hominem solum ad Deum. Dicitur enim Jac. 1. Religio munera, & immaculata arid Deum, & Patrem hæc est, visitare pupilos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Sed visitare viduas, & pupilos dicitur secundum ordinem ad proximum: quod autem dicit, *immaculatum se custodiare ab hoc seculo*, pertinet ad ordinem quo ordinatur homo in seipso. Ergo religio non solum dicitur in ordine ad Deum.

2. Præterea. Augustinus dicit in X. de civ. Dei (cap. 1. a med.) quod *quia latina loquendi consuetudine* (2) non imperitorum tantum, verum etiam doctissimorum, cognitionibus humanis, atque affinitatibus, & quibuscumque necesse

(1) Ideft *sancrum ad Deum vel nonni ad Deum*. Unde planius transposita constructione dici potest *ad Deum solum*: Sicut & in indice articulorum præmissum est, *utrum consistori sancrum in ordine ad Deum*.

(2) Quam & Cicero ipse pro debito quolibet aliquando usurpat, ut cum *passeri masorumque sanguinis magnam religionem* dicit Orat. pro Roscio, *privati officii religionem* Orat. pro Scylla, & *omnium officiorum religionem se obstrictum* existimatæ in administrandis Magistratibus quos accepereat, lib. 5. vel act. 7. in *Vetere &c.*

necessitudinibus dicitur exhibenda religio , non eo vocabulo vitatur ambiguum , cum de cultu Divinitatis vertitur quæstio ; ut fidenter dicere valcamus , religionem non esse nisi cultum Dei . Ergo religio dicitur non solum in ordine ad Deum , sed etiam in ordine ad propinquos .

3. Præterea . Ad religionem videtur latria pertinere : latria enim interpretatur servitus , ut Augustinus dicit in X. de civ. Dei (cap. 1. ad fin.) Servire autem non solum debemus Deo , sed etiam proxinis , secundum illud Galat. v. 13. *Per caritatem spiritus servite ad invicem . Ergo religio importat ordinem etiam ad proximum .*

4. Præterea . Ad religionem pertinet cultus . Sed homo dicitur non solum colere Deum , sed etiam proximum , secundum illud Catonis , *Cole parentes .* (1) Ergo etiam religio nos ordinat ad proximum , & non solum ad Deum .

5. Præterea . Omnes in statu salutis existentes Deo sunt subjecti . Non autem dicuntur religiosi omnes qui sunt in statu salutis , sed solum illi qui quibusdam votis , & obseruantibus , & ad obediendum aliquibus hominibus se adstringunt . Ergo religio non videtur importare ordinem subjectionis hominis ad Deum .

Sed contra est quod Tullius dicit II. Rhetor. (sc. de invent. aliquant. ante fin.) quod (*) religio est virtus , que superioris cuiusdam nature , quam divinam vocant , cæmoniam , cultumque affert .

Respondeo dicendum , quod , sicut Isidorus dicit in Lib. X. Etymol. (ad lit. R.) Religiosus , ut ait Cicero , (**) a relectione appellatus est , qui retractat , & tamquam relegit ea quæ ad cultum divinum pertinent : & sic religio videtur dicta a relegendo ea quæ sunt divini cultus : quia hujusmodi sunt fre-

querter in corde revolvenda , secundum illud Prov. 111. 6. *In omnibus viis suis cogita illum .* Quamvis etiam possit intelligi religio ex hoc dicta ; quod Deum reeligere debemus , quem amiseramus negligentes , sicut Augustinus dicit in X. de civ. Dei (cap. iv. ante med.) Vel potest intelligi religio a religando dicta : unde Augustinus dicit in Lib. de vera religione (prope fin.) *Religet nos religio uni omnipotenti Deo .*

Sive autem religio dicatur a frequenti reflectione , sive ex iterata electione ejus quod negligenter amissum est , sive dicatur a religatione ; religio proprie importat ordinem ad Deum . Ipse enim est cui principaliter alligari debemus tamquam indeficienti principio ; ad quem etiam nostra electio assidue dirigi debet sicut in ultimum finem ; quem etiam negligentes peccando amittimus , & credendo , & fidem protestando recuperarē debemus .

Ad primum ergo dicendum , quod religio habet duplices actus : quosdam quidem proprios , & immediatos , quos elicit , per quos homo ordinatur ad solum Deum , sicut sacrificare , adorare , & alia hujusmodi ; alios autem actus habet , quos producit mediatis virtutibus quibus imperat , ordinans eos ad divinam reverentiam : quia scilicet virtus , ad quam pertinet finis , imperat virtutibus ad quas pertinent ea quæ sunt ad finem . Et secundam hoc actus religionis per modum imperii ponitur esse , *visitare pupilos , & viadas in tribulatione eorum ;* quod est actus elicitus a misericordia : *immaculatum autem se custodire ab hoc seculo , imperative quidem est religionis , elicitive autem temperantia , vel alicuius hujusmodi virtutis .*

Ad secundum dicendum , quod religio re-fer-

(*) Ita ex Tullio recentes editiones cum Nicolajō , qui habet cultum cæmoniamque . Antiquæ editiones cum Rom. religio est quedam tuitio nature , quam divinam vocant , que cultum , vel cæmoniam affert . Cod. Alcan. religio est quedam tuitio nature que doctrinam (in voce enim abbreviata est a que in verbo divinum locum non habet) cultum , cæmoniamque affert .

(**) Ita post Nicolajum editiones passim , & quidam codicess . Cod. Alcan. edit. Rom. aliaeque vetustæ a religione .

(1) Sive , Parentes ama , Cognatos cole : In moralibus documentis quæ puerorum rudimentis apponi solent , & a gravibus tamen ac eruditis viris non iudicata existimari quæ ipsimet usurpent ; ut alibi notamus de quibusdam . Hæc porro loquutio etiam Est .

her. 13. verf. 6. ab Affuero usurpatur , cum sit quem parentis loco colimus (nempe Arman) Ut & Prov. 19. verf. etiam 6. *Mulci colunt personam portentis &c.* Quod autem ex Tullio velut 2. Rethororum subhuncgitur , jam ex libro 2. de rhetorica inventione paulo alter notatum est , nempe quod cūrsum ceremoniamque affers , ut Ciceronis textus habet , ac pro cura etiam ponit metrum eodem lib. cum de religione primum agit : Sed & ethymon Religiosi ab Isidoro hic notatum ex Etymologiarum vel Originum lib. 10. lit. R. habet idem Tullius vel Cicero lib. 2. de natura Deorum num. 72. Tametsi Laetanius refellit lib. 4. divinarm̄ institutionum cap. 28. & Augustinus lib. 1. Retractat. cap 13. minus probat , mavultque (ut & ille) a religando religionem dici .

fertur ad ea quæ exhibentur cognitionibus humanis, extenso nomine religionis, non autem secundum quod religio proprie dicitur. Unde Augustinus parum ante verba inducta præmittit : (1) *Religio distinctius non quemlibet, sed Dei cultum significare videtur.*

Ad tertium dicendum, quod cum servus dicatur ad dominum, necesse est quod ubi est propria & specialis ratio dominii, ibi sit specialis & propria ratio servitutis. Manifestum est autem quod dominium convenienter Deo secundum propriam & singularem quamdam rationem, quia scilicet ipse omnia fecit, & quia summum in omnibus rebus obtinet principatum: & ideo specialis ratio servitutis ei debetur: & talis servitus nomine latria designatur apud Græcos; & ideo ad religionem proprie pertinet.

Ad quartum dicendum, quod colere dicimus homines quos honorificatione, vel recor-datione, vel præsentia frequentamus: & etiam aliqua quæ nobis subjecta sunt, coli a nobis dicuntur, sicut agricultoræ dicuntur ex eo quod colunt agros, & incolæ dicuntur ex eo quod colunt loca quæ inhabitant. Quia tamen specialis honor debetur Deo tamquam principio omnium principio, etiam specialis ratio cultus ei debetur, quæ græco nomine vocatur *Eusebia*, vel *Theosebia*, ut patet per Augustinum in X. de civ. Dei (cap. 1. a med.)

Ad quintum dicendum, quod quamvis religiosi dici possunt communiter omnes qui Deum colunt; specialiter tamen religiosi dicuntur qui totam vitam suam divino cultui dedicant, a mundanis negotiis se abstrahentes sicut etiam contemplativi dicuntur, non qui contemplantur, sed qui contemplationi totam vitam suam deputant. Hujusmodi autem non se subjiciunt homini propter hominem, sed propter Deum, secundum illud Apostoli Ga-

lat. 1v. 14. *Sicut Angelum Dei exceperis me, sicut Cbrisum Jesum.*

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito a scripturis, & Tullio faisse insinuatum, quod religio ordinat hominem solum ad Deum. Ut Exod. 12. *Quæ est ista religio? victimæ transitus Domini est.* Et c. 29. *Erunt mibi sacerdotes, religione perpetua.* Ecce, quod de ordinatione solum ad Deum fit mentio; quando tractatur de religione. A Tullio autem insinuatur idem per definitionem religionis, quæ est hæc. *Religio est, qua superioris cuiusdam naturæ, quam divinam vocant, curam, ceremoniamque affert.* Vide q. 70. art. 1. append. notationem pro lectoribus & serva Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 427

Utrum religio sit virtus.

L P. quest. ix. art. 3. cor. & III. diff. xxxiii. quest. iii. art. 4. quest. 1. cor. & opus. xix. cap. iv.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod religio non sit virtus. Ad religionem enim pertinere videtur Deo reverentiam exhibere. Sed revereri est actus timoris qui est donum, ut ex supra dictis patet (quest. xix. art. 9.) Ergo religio non est virtus, sed donum.

2. Præterea. Omnis virtus in libera voluntate consistit, unde dicitur *habitus eleborus*, vel *voluntarius*. Sed, sicut dictum est (art. præc. ad 3.) ad religionem pertinet latria quæ servitutem quamdam importat. Ergo reli-

(1) Seu, quamvis distinctius (vel distinctius) non quemlibet sed Dei cultum significare videatur, tamen quia latina loquendi conuentudine quibusque necessitudinibus dicuntur exhibenda religio, non eo vocabulo vitatur ambiguum ut fidenter dicere valesmus religionem non esse nisi Dei cultum, quoniam videatur hoc verbum a significanda obseruantia propinquitatis humana insolenter auferri; hoc est præter folium usum &c. Latriam quoque apud græcos (λατρείαν) dici propriæ cultum vel servitutem Dei narrat iterum August. lib. 15. contra Faustum cap. 9. Non quod ex impositione ipsa vocis hoc significet, cum & apud prophanos usurpetur pro servitute quæ servitur vel hominibus vel tempori; sed ex accommodatione usus tantum: Nec unmerito: Tum quia

vocabulum hoc a vehementi quodam timore derivatur (ex verbo τρόπῳ, quod est tremere adjuncto) quod significationem auget, ut Thesau-ro lingue græcae notatur: Tum quia servitutem conductitiam sive mercenariam significat, ut & idem Thesaurus ac Suidas explicant, quasi ei dumtaxat exhibitam a quo sperari potest merces: Tum quia emptiis vel mancipiis tantum convenient, hoc est servis qui totum quod sunt, suis dominis debent: Et eatenus recte accommodatur servituti solius Dei, quem timere debemus quasi qui solus vita & mortis habet potestatem, qui solus merces nostra & spes est, cuius pretium sumus, & cui soli totum quod sumus exhibere debemus.

religio non est virtus.

3. Præterea. Sicut dicitur in II. Ethic. (cap. i. circ. princ.) aptitudo virtutis inest nobis a natura: unde ea quæ pertinent ad virtutes, sunt de dictamine rationis naturalis. Sed ad religionem pertinet cæremoniæ divinæ naturæ afferre: cæremonia autem, ut dictum est supra (i. 2. quæst. xcix. art. 3. ad 2. & quæst. ci.) non sunt de dictamine rationis naturalis. Ergo religio non est virtus.

Sed contra est quia connumeratur aliis virtutibus, ut ex præmissis patet (quæst. præc.)

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. lviii. art. 3. & i. 2. quæst. lv. art. 3. & 4.) virtus est que bonum facit habentem, & opus ejas bonum reddit: & ideo necesse est dicere, omnem actum bonum ad virtutem pertinere.

Manifestum est autem quod reddere debitum alicui habet rationem boni: quia per hoc quod aliquis alteri debitum reddit, constituitur in proportione convenienter respectu ipsius, quasi convenienter ordinatus ad ipsum. Ordo autem ad rationem boni pertinet, sicut & modus, & species, ut per Augustinum patet in Libro de natura boni (cap. iii.) Cum ergo ad religionem pertineat reddere honorem debitum alicui, scilicet Deo; manifestum est quod religio virtus est.

Ad primum ergo dicendum, quod reverenti Deum est actus Doni timoris. (1) Ad religionem autem pertinet facere aliqua propter divinam reverentiam. Unde non sequitur quod religio sit idem quod donum timoris, sed quod ordinetur ad ipsum sicut ad aliquid principalius: sunt enim dona principaliora virtutibus moralibus, ut supra habitum est (quæst. ix. art. 1. ad 3. & i. 2. quæst. lxviii. art. 8.)

Ad secundum dicendum, quod etiam servus potest voluntarie exhibere domino suo quod debet; & sic facit de necessitate virtus.

Summ. S. Th. Tom. VII.

tem, debitum voluntarie reddens: & similiter exhibere Deo debitam servitatem potest esse actus virtutis, secundum quod homo voluntarie hoc facit.

Ad tertium dicendum, quod de dictamine rationis naturalis est quod homo aliqua faciat ad reverentiam divinam. Sed quod hæc determinate faciat, vel illa, istud non est de dictamine rationis naturalis, sed de institutione juris divini, vel humani.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis insinuatum, & Tullio, quod religio est virtus. A Tullio quidem q. 80. art. 1. corpor. A scripturis autem per dictum Eccl. i. Timer Domini scientia religiositas. Et c. 23. Nihil melius est, quam timor Domini. Vide respon. ad 1. Secundo vides &c.

A R T I C U L U S III. 428

Utrum religio sit una virtus,

Inf. art. 4. ad 1. & 2.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod religio non sit una virtus. Per religionem enim ordinamus ad Deum, ut dictum est (art. 1. hujus quæst.) In Deo autem est accipere tres personas, & iterum multa attributa, quæ saltem ratione differunt. Diversa autem ratio objecti sufficit ad diversificandum virtutes, ut ex supra dictis patet (2) Ergo religio non est una virtus.

2. Præterea. Unius virtutis unus est actus habitus enim distinguuntur secundum actus. Religionis autem multi sunt actus, sicut colere, & servire, vovere, orare, sacrificare, & multa hujusmodi. Ergo religio non est una virtus.

3. Præterea. Adoratio ad religionem per-

Hh tinet.

(1) Hinc passim in Scriptura vocatur *Deum timens* qui eum colit ac reveretur; vel timere pro reverenti usurpatum: Exod. 18. vers. 21. Levit. 19. vers. 14. & 32. Levit. 25. vers. 17. & 36. Deuter. 6. vers. 2. 13. & 14. Deut. 10. vers. 12. & 20. Tobiae 9. vers. 9. Judith. 8. vers. 29. Job. 1. vers. 8. Prov. 14. vers. 2. Ecclesiastici primo vers. 13. 20. & 25. Ut & Ecclesiastici sexto decimo vers. 3. Daniel. 13. vers. 2. Act. 10. vers. 2. ubi *religiosus ac timens Deum* Centurio vocatur &c.

(2) Partim ex questione 23. art. 5. ubi ex eo

probatur quod charitas est una virtus: Partim ex questione 47. art. etiam 5.. ubi ex eo probatur quod prudentia est specialis virtus: Partim ex questione 50. art. 2. ad 2. ubi ex eo probatur quod politica non est idem cum prudentia qualicunque, quia objectis distinguuntur: Quod *mediate* subintelligi debet: *Immediata* quippe distinguuntur per actus ut & mox indicatur, sed ipsis actus distinctionem suam ab objectis defumunt: unde habitus quoque *mediate* distinguuntur per objecta.

tinet. Sed adoratio alia ratione adhibetur imaginibus, & alia ipsi Deo. Cum ergo diversa ratio distinguat virtutes, videtur quod religio non sit una virtus.

Sed contra est quod dicitur Ephes. 1v. 5. *Unus Deus una fides.* Sed vera religio protestatur fidem unius Dei. Ergo religio est una virtus.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra habitum est (1. 2. quest. liv. art. 2. & 3.) habitus distinguunt secundum diversam rationem objecti. Ad religionem autem pertinet exhibere reverentiam uni Deo secundum unam rationem, in quantum scilicet est primum principium creationis, & gubernationis rerum. Unde ipse dicit Malach. 1. 6. *Si ego pater, ubi honor meus?* Patris enim est & producere, & gubernare. Et ideo manifestum est quod religio est una virtus.

Ad primum ergo dicendum, quod tres personæ divinæ sunt unum principium creationis, & gubernationis rerum: & ideo eis una religione servitur. Diversæ autem rationes attributorum concurrunt ad rationem primi principii, quia Deus producit omnia & gubernat sapientia, voluntate, & potentia bonitatis suæ. (1) Et ideo religio est una virtus.

Ad secundum dicendum, quod eodem actu homo servit Deo, & colit ipsum: nam cultus respicit Dei excellentiam, cui reverentia debetur; servitus autem respicit subjectionem hominis, qui ex sua conditione obligatur ad exhibendam reverentiam Deo. Et ad hæc duo pertinent omnes actus qui religioni attribuuntur: quia per omnes homo protestatur divinam excellentiam, & subjectionem sui ad Deum, vel exhibendo aliquid ei, vel etiam (2) assumendo aliquid divinum.

Ad tertium dicendum, quod imaginibus non exhibetur religionis cultus, secundum quod in seipsis considerantur, quasi res quædam, sed secundum quod sunt imagines ducentes in Deum incarnatum. (3) Motus autem qui est in imaginem, prout est imago, non

consistit in ipsa, sed tendit in id cujus est imago. Et ideo ex hoc quod imaginibus Christi exhibetur religionis cultus, non diversificatur ratio latræ, nec virtus religionis.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis fuisse insinuatum, quod religio est virtus una. Ut Eph. 4. *unus Deus, una fides,* ut in argumento contr. Hoc est. Illa virtus, quæ unam fidem in unum Deum protestatur, est una: utpote habens tantum objectum unum & formaliter unum: sed religio est illa virtus, quæ protestatur unam fidem in unum Deum, ut habetur ex ad secundum ergo religio est virtus una. En radicaliter intentum ex Apostolo. Secundo vides quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 429

Utrum religio sit specialis virtus ab aliis distincta.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod religio non sit specialis virtus ab aliis distincta. Dicit enim Augustinus X. de civ. Dei (cap. vi. in princ.) *Verum sacrificium est omne opus quod geritur, ut sancta societas Deo jungamus.* Sed sacrificium pertinet ad religionem. Ergo omne opus virtutis ad religionem pertinet; & sic non est specialis virtus.

2. Præterea. Apostolus dicit I. ad Cor. x. 31. *Omnia in gloriam Dei facite.* Sed ad religionem pertinet aliqua facere ad Dei reverentiam, ut supra dictum est (art. 1. hujus quest. ad 1. & art. 2.) Ergo religio non est specialis virtus.

3. Præterea. Caritas qua diligitur Deus, non est virtus distincta a caritate qua diligitur proximus. Sed, sicut dicitur in VIII. Ethic. (cap. viii. circ. princ.) *honorari propinquum est ei quod est amari* (4) Ergo religio

(1) Sicut omnia passim Exemplaria legunt: Quid si legatur, *potentia, sapientia, & bonitate voluntatis?* vel *potentia, voluntate, sapientia, bonitate?*

(2) Sic omnino legendum non dubito, potius quam in aliis passim vel iterum.

(3) Idest in cogitationem vel considerationem ejus, veluti mysterium incarnationis representantes, ut imagines humanitatis Christi, de quibus tantum agit modo, ut adjuncta explicant: Quid vero de aliis, quæ representant Sanctos, ipse sentiat, notabitur obiter qu. 94. art. 2. ad 1. & cur de illis mentio-

nem expressam non fecerit 3. part. qu. 25. sicut de reliquiis fecit.

(4) Sive potius e converso, *amari propinquum est ei quod est honorari;* ut cap. 8. in antiquis & apud S. Thomam legit. 8. videre est, sed in græco-latiniis cap. 9. ubi habet ἐν δὲ φιλοσοφίᾳ ἔγγρ. τὶ δουέτ το τιμωρία: hoc est, *amari autem propinquum quiddam esse videtur ejus quod est honorari:* Nempe quia nemo aliquem amat nisi quem dignum opinatur: hoc ipsum est honorare: Sed nec vere honorat quidam quam nisi amet.

ligio qua honoratur Deus , non est virtus specialiter distincta ab observantia , vel dulia vel pietate , quibus honoratur proximus . Ergo non est virtus specialis .

Sed contra est quod ponitur pars justitiae ab aliis ejus partibus distincta .

Respondeo dicendum , quod cum virtus ordinetur ad bonum , ubi est specialis ratio boni , ibi oportet esse speciale virtutem . Bonum autem ad quod ordinatur religio , est exhibere Deo debitum honorem . Honor autem debetur alicui ratione excellentiae . Qeo autem competit singularis excellentia , in quantum omnia in infinitum transcendit secundum omnimodum excessum . Unde ei debetur specialis honor ; sicut in rebus humanis videmus quod diversis excellentiis personarum diversus honor debetur , alius quidem patri aliis regi , & sic de aliis .

Unde manifestum est quod religio est specialis virtus .

Ad primum ergo dicendum , quod omne opus virtutis dicitur esse sacrificium , in quantum ordinatur ad Dei reverentiam (1) . Unde ex hoc non habetur quod religio sit generalis virtus , sed quod imperet omnibus aliis virtutibus , ut supra dictum est (art . 1. hujus quest. ad 1.)

Ad secundum dicendum , quod omnia , secundum quod in gloriam Dei sunt , pertinent ad religionem , non quasi ad eliciendam , sed quasi ad imperantein ; illa autem pertinent ad religionem eliciendam quae secundum rationem suę speciei pertinent ad reverentiam Dei .

Ad tertium dicendum , quod objectum amoris est bonum ; objectum autem honoris , vel reverentiae est aliquid excellens . Bonitas autem Dei communicatur creaturæ , non au-

tem excellentia bonitatis ejus . Et id caritas qua diligitur Deus , non est virtus distincta a caritate qua diligitur proximus . Religio autem qua honoratur Deus , distinguitur a virtutibus quibus honoratur proximus (2) .

A P P E N D I X .

EX agt. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito esse insinuatum a scripturis , & Tullio : quod religio est virtus distincta ab aliis . A Tullio quidem , ut in q. 80. cor. secundum quod hic innuitur in arg. cont. A scripturis autem , ut Deuter. 6. & Matth. 4. *Dominum Deum tuum adorabis . & illi soli servies . Nota ly soli . Ubi loquitur de servitute latræ : de qua vide a. i. ad tertium . Secundo vides : quomodo &c.*

A R T I C U L U S V . 430

Urum religio sit virtus theologica .

AD quintum sic proceditur . Videtur quod religio sit virtus theologica . Dicit enim Augustinus in Enchir . (cap. III.) quod *Deus colitur fide , spe , & caritate* , quæ sunt virtutes theologicae . Sed cultum Deo afferre pertinet ad religionem . Ergo religio est virtus theologica .

2. Præterea . Virtus theologica dicitur quæ habet Deum pro objecto . Religio autem habet Deum pro objecto , quia ad solum Deum ordinat , ut dictum est (art . 1. hujus quest.) Ergo religio est virtus theologica .

3. Præterea . Omnis virtus vel est theologica , vel intellectualis , vel moralis , ut ex supradictis patet (1. 2. quest. lvii. lviij. & lxii.)

Hh 2 & lxii.

(1) Ut ad ultimum finem ad quem referri principalius debet : Unde subiungit ibi Augustinus , quod & ipsa misericordia quo homini agens subvenitur , si propter Deum non sit , non est sacrificium &c. Quin hoc ipsum intelligitur in proximo qui notatus est fide . Us sancta societas Deo &c.

(2) Quia utique propter bonum proprium honoratur proximus , & non propter divinum ; ut in questionibus disputatis de caritate art . 4. ad 7. respondeat S. Thomas ; amatur autem ex caritate propter bonum divinum non proprium , ut ad 5. præmisit : Vel quia illud bonum divinum ut objectum formale a caritate respicitur ; sed ab aliis virtutibus velut ultimus finis tantum ; ut art . 5. ad 2. respondeat : Sed si honor aliquis exhibitus proximo , supponatur nonnulli propter justitiam & sanctitatem ejus exhibeti (qualis est quem Beatis exhibet Ecclesia) . quid-

ni dicatur ad eandem religionem secundario pertinere ? Hinc & religiosum Augustinus appellat lib . 20. contra Faustum cap . 21. ubi *memorias Martyrum religiosa solemnitate celebrari* exprefit dicit : Quamvis propria , stricta , & primaria significacione religionem accipiendo e contrario dicat lib . de vera religione cap . 55. Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum : Quia si pie vixerunt , non sibiabenus ut tales querant honores ; sed illum a nobis collis volunt , quo illuminante levantur nos meriti sui esse consordes : Honordi ergo fuis propter imitationem ; non adorandi propter religionem . Loquitur autem S. Thomas de illo cultu quo directe proxirum honoramus propter alias causas quam divinas , puta propter cognationem naturalem vel dignitatem sæcularem ; ut ex prædictis patet : Unde merito illum a religione absolute distinguunt .

& Irat.) Manifestum est autem quod religio non est virtus intellectualis , quia ejus perfectio non attenditur secundum considerationem veri : similiter etiam non est virtus moralis , cuius proprium est tenere medium inter superfluum , & diminutum : non enim aliquis potest superflue Deum colere , secundum illud Eccli. xiiii. 33. *Benedicentes dominum exaltate illum , quantum potestis : major enim est omni laude.* Ergo relinquitur quod sit virtus theologica .

Sed contra est quod ponitur pars justitiae , quae est virtus moralis .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. præc.) religio est quæ Deo debitum cultum afferit . Duo ergo in religione considerantur . Unum quidem quod religio Deo afferit , scilicet cultus : & hoc se habet per modum materiæ , & objecti ad religionem . Aliud autem est id cui afferitur , scilicet Deus , cui cultus exhibetur , non quod actus quibus Deus colitur , ipsum Deum attingant ; sicut cum credimus Deo , credendo Deum attingimus . Propter quod dictum est (quæst. i. art. i. 2. & 4.) quod Deus est fidei objectum , non solum inquantum credimus Deum , sed inquantum credimus Deo .

Affertur autem Deo debitus cultus , inquantum actus quidam quibus Deus colitur , in Dei reverentiam fiunt , puta sacrificiorum oblationes , & alia hujusmodi . Unde manifestum est quod Deus non comparatur ad virtutem religionis sicut materia , vel objectum , sed sicut finis . Et ideo religio non est virtus theologica , cuius objectum est ultimus finis ; sed est virtus moralis , cuius est esse circa ea quæ sunt ad finem .

Ad primum ergo dicendum , quod semper potentia , vel virtus quæ operatur circa finem , per imperium movet potentiam , vel virtutem operantem ea quæ ordinantur in finem illum . Virtutes autem theologicae , scilicet fides , spes , & caritas , habent actum circa Deum sicut circa proprium objectum : & ideo suo imperio causant actum religionis , quæ operatur quedam in ordine ad Deum . Et ideo Augustinus dicit , quod *Deus colitur fide , spe , & caritate* .

Ad secundum dicendum , quod religio ordinat hominem in Deum , non sicut in objectum , sed sicut in finem .

Ad tertium dicendum , quod religio non est virtus theologica , neque intellectualis , sed moralis , cum sit pars justitiae ; & medium in ipsa accipitur , non quidem inter passiones , sed secundum quamdam æqualitatem inter operationes quæ sunt ad Deum . Dico autem æqualitatem non absolute , quia Deo non potest tantum exhiberi , quantum ei debetur ; sed secundum quamdam considerationem humanæ facultatis , & divinæ acceptationis . Superfluum autem in his quæ ad divinum cultum pertinent , esse potest , non secundum circumstantiam quanti , sed secundum alias circumstantias ; puta quia cultus divinus exhibetur cui non debet exhiberi , vel quando non debet , vel secundum alias circumstantias , prout non debet .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a Scripturis , & Tullio fuisse insinuatum , quod religio non est virtus theologica . A Tullio quidem sup. q. 8. art. i. corp. Nam inter morales eam annumerat ; ut dicitur hic in arg. cont. Præterea ille non cognovit theologicas : & ideo non potuit eam inter theologicas ponere . A Scripturis vero , ut i. Cor. 13. *Manent fides , spes , caritas ; tria haec* . Nota emphasm in tria haec . Ac si dicat . Tria haec sunt quid supremum inter omnes virtutes , nec in ipsorum ordine reponuntur aliqua alia virtutes ; sed tanquam leorsum per se manent . Per hoc ergo denotavit Apostolus : quod nulla alia virtus , & consequenter nec religio est virtus theologica . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S VI . 43

Utrum religio sit preferenda aliis virtutibus moralibus .

Inf. quæst. lxxxviii. art. 6. corp. & quæst. clxxxix. art. 2. corp. & III. con. corp. xviii. corp. fin. & quæst. vi. art. II. corp.

AD sextum sic proceditur . Videtur quod religio non sit preferenda aliis virtutibus moralibus . Perfectio enim virtutis moralis consistit in hoc quod attingit medium , ut patet in II. Ethic. (1) Sed religio deficie-

in

(1) Capite quidem s. græco-lat. versus finem , sed in antiquis cap. 6. & apud S. Thomam lœt. 6. ubi

etiam in qualibet exercitatione vel scientia suo modo dicuntur idem observari , maxime autem in virtute .

in attingendo medium justitiae , quia non reddit Deo omnino aequale . Ergo religio non est potior aliis virtutibus moralibus .

2. Præterea . In his quæ hominibus exhibentur , tanto videtur aliquid esse laudabilis , quanto magis indigenti exhibetur : unde dicitur Isa . lvi . 7. *Frangere esurienti panem tuum* . Sed Deus non indiget aliquo , quod ei a nobis exhibeat , secundum illud Psal . xv . 2. *Dixi Domino : Deus meus es tu , quoniam bonorum meorum non eges* (1) . Ergo religio videtur minus laudabilis aliis virtutibus , per quas hominibus subvenitur .

3. Præterea . Quanto aliquid fit ex majori necessitate , tanto minus est laudabile , secundum illud I. ad Corinth . ix . 16. *Si evangelizavero , non est mihi gloria : necessitas enim mibi incumbit* . Ubi autem est majus debitum , ibi est major necessitas . Cum ergo Deo maxime sit debitum quod ei ab homine exhibetur , videtur quod religio sit minus laudabilis inter virtutes humanas .

Sed contra est quod Exodi xx . ponuntur primo præcepta ad religionem pertinentia , tamquam præcipua (2) . Ordo autem præceptorum proportionatur ordini virtutum , quia præcepta legis dantur de actibus virtutum . Ergo religio est præcipua inter virtutes morales .

Respondeo dicendum , quod ea quæ sunt ad finem , sortiuntur bonitatem ex ordine in finem : & ideo quanto sunt fini propinquiora , tanto sunt meliora . Virtutes autem morales , ut supra habitum est (art. præc. in corp. & ad i. & quæst. iv. art. 7.) sunt circa ea quæ ordinantur in Deum sicut in finem . Religio autem magis de propinquuo accedit ad Deum quam aliæ virtutes morales , in quantum operatur ea quæ directe & immediate ordinantur in honorem divinum .

Et ideo religio præminent inter alias virtutes morales .

Ad primum ergo dicendum , quod laus virtutis in voluntate consistit , non autem

in potestate ; (3) & ideo deficere ab aequalitate , quæ est medium justitiae , proper defectum potestatis , non diminuit laudem virtutis , si non fuerit defectus ex parte voluntatis .

Ad secundum dicendum , quod in his quæ exhibentur aliis propter eorum utilitatem , est exhibitus laudabilior quæ fit magis indigenti , quia est utilior . Deo autem non exhibetur aliquid propter ejus utilitatem , sed propter ejus gloriam , nostram autem utilitatem (4) .

Ad tertium dicendum , quod ubi est necessitas , tollitur gloria supererogationis ; noui autem excluditur meritum virtutis , si adsit voluntas . Et propter hoc ratio non sequitur .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum suis se a scripturis , quod religio præminent aliis virtutibus . Exod . 20. secundum quod extenditur in arg . contr . In illo enim capitulo mandat Deus in primis ea , quæ directe concernunt honorem suum : id , quod utique ad religionem proprie pertinet , art . i. Nam ibi dicit tria , scilicet . Non habebis Deos alienos coram me , per quod & affirmativum intelligitur præceptum , scilicet : dominum Deum tuum adorabis , & illi soli servios . Non assumes nomen Dei tui in vanum . Memento , us diem sabbati sanctifices . Item Matth . 22. idem insinuat per hoc , quod post ly *Diligite dominum Deum tuum* , subditur ly *Hoc est maximum , & primum mandatum* . Ac si , in proposito , dicatur . Virtus , quæ immediatus honorem divinum concernit , idest religio , est inter alias morales prima , & maxima . De his vide veritates aureas super legem veterem , Exod . 20. concl . 24. & Compênd . Alber . Mag . lib . 5. c . 58. 60. 61. 62: cum schol . Secundo vides : quomodo &c.

A R-

(1) Ut ex persona Christi sua omnia referentis ad Patrem Augustinus explicat , & post illum Cassiodorus ibi : Sed non minus ad omnes potest quantum ad appendicem istam pertinere .

(2) Nempe de Deo uno adorando & alienis diis execrandis ; de nomine unius veri Dei non in vanum per juramentum assumendo ; & de Sabbathi die propter ipsius Dei reverentiam & honorem sanctificando , idest sancte ac pie celebrando : Sicut et Deut . 5. aliis quidem verbis aliquantulum , sed eadem serie repetitur .

(3) Idest , non propterea commendari meretur vir-

tus quod multa possit vel faciat , sed quod facere multa velit vel vellat , & facultas adferat faciendi .

(4) Hinc Augustinus ep . 49. qu . 3. *Nobis prodest colere Deum , non ipsi Deo* : *Cum ergo inspiras & doces quomodo sit colendus , non solum sua nulla indigentia facit , sed nostra maxima utilitate* ; Proindeque nonnisi uni Deo sacrificium offerri oportere præmittit : non quod illo egest Deus , cum scriptum sit , bonorum meorum non eges (Psal . 15.) sed quod etiam in his percipiepsis nonnisi hominibus complacat &c.

A R T I C U L U S VII. 432

Utrum religio habeat aliquem exteriorem actum.

Inf. quest. lxxxiv. art. 1. & quest. lxxxv. art. 2. cor. & III. cont. cap. cx.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod religio non habeat aliquem exteriorem actum. Dicitur enim Joan. iv. 24. *Deus spiritus est, & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate adorare oportet.* Sed exteriore actus non pertinent ad spiritum, sed magis ad corpus. Ergo religio, ad quam pertinet adoratio, non habet actus exteriore, sed interiores.

2. Præterea. Religionis finis est Deo reverentiam, & honorem exhibere. Sed ad irreverentiam alicujus excellentis pertinet, si sibi exhibeantur quæ proprie ad inferiores pertinent. Cum ergo ea quæ exhibit homo corporalibus actibus, proprie videantur ad indigentias hominum ordinari, vel ad reverentiam inferiorum creaturarum; ideo videtur quod non congrue possunt assumi in divinam reverentiam.

3. Præterea. Augustinus in VI. de civ. Dei (1) commendat Senecam de hoc quod viruperat quosdam, qui idolis ea exhibebant quæ solent hominibus exhiberi, quia scilicet immortalibus non convenient ea quæ sunt mortalium. Sed hæc multo minus convenient Deo vero, qui est *exclusus super omnes deos*. Ergo videtur reprehensibile esse quod aliquis corporalibus actibus Deum colat. Non ergo habet religio corporales actus.

Sed contra est quod in Psal. lxxxiiii. 3. dicitur: *Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Sed sicut interiores actus pertinent ad cor, ita exteriore actus pertinent ad membra carnis. Ergo videtur quod

Deus sit colendus non solum interioribus actibus, sed etiam exterioribus.

Respondeo dicendum, quod Deo reverentiam, & honorem exhibemus, non propter seipsum, quia ex seipso est gloria plenus, cui nihil a creatura adjici potest; sed propter nos, quia videlicet per hoc quod Deum reveremur, & honoramus, mens nostra ei subiicitur; & in hoc ejus perfectio consistit: qualibet enim res perficitur per hoc quod subditur suo superiori; sicut corpus per hoc quod vivificatur ab anima, & aer per hoc quod illuminatur a Sole. Mens autem humana indiget, ad hoc quod conjungatur Deo, sensibilium manuductione: quia *invisibilia Dei per ea que facta sunt, intellecta conspicuntur*, ut Apostolus dicit Rom. i. 20. Et ideo in divino cultu necesse est aliquibus corporalibus uti, ut eis quasi signis quibusdam mens hominis excitetur ad spirituales actus, quibus Deo conjungitur.

Et ideo religio habet quidem interiores actus quasi principales, & per se ad religionem pertinentes; exteriore vero actus, quasi secundarios, & ad interiores actus ordinatos.

Actum primum ergo dicendum, quod Dominus loquitur quantum ad id quod est principale, & per se intentum in cultu divino. (2)

Ad secundum dicendum, quod hujusmodi exteriora non exhibentur Deo, quasi his indigeat, secundum illud Psal. xl ix. 13. *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem bircorum porabo?* sed exhibentur Deo tamquam signa quedam interiorum, & spiritualium operum, quæ per se Deus acceptat. Unde Augustinus dicit in X. de civ. Dei (cap. v. parum a princ.) *Sacrificium visibile invisibilis sacrificii sacramentum, id est sacramentum signum est.*

Ad tertium dicendum, quod idololatriæ deidentur ex hoc quod ea quæ ad homines pertinent, idolis exhibebant, non tamquam signa excitantia eos ad aliqua spiritualia, sed tam-

(1) Ut cap. 10. videtur est, ubi sic ait; *In eo libro quem contra superstitiones condidit (vel edidit) cum de simulacris ageret, Sacros (inquit) immortales inviolabilesque deos in materia vilissima & ignobili (vel immobili seu omnis motus incapaci) dedicant &c.* Tum recensere varia pergit quæ in eorum obsequiis vel patiuntur vel faciunt, & ea ridet: *Proinde illum de hujusmodi superstitione perorantem a Gentilibus reprehensum Tertullianus in Apologetico cap. 12. notat. Sed Lactantius lib. 2. divinarum Institutionum cap. 2. velut ex libris mora-*

libus ejusdem ita refert: Simulacula deorum venerantur, supplices illis genu posito &c. Tametsi neuter locus apud Senecam extat modo: ut nec libri morales vel de superstitione, qui cum aliis exciderunt.

(2) Contra Samaritanos & Judæos qui de spirituali cultu parum curare videbantur, & velut carnaliter Deum colebant; quia nec adorabant illum in veritate sed in figura tantum; ut in Joannem hom. 31. Chrysostomus interpretatur, & in Catena sua refert S. Thomas.

tamquam per se eis accepta ; & præcipue quia erant vana , & turpia . (1)

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & directam , & indirectam ; hoc semper in omnibus appendicibus subintelligitur per ly. rationem , destruas errores sectariorum dicentium : cæmonias nullas debere esse in ecclesia . Et aliquorum aliorum dicentium ; quod cultus externus in templis nihil juvat . Et Trinitariorum dicentium : adorare in solo spiritu debemus Deum , quia Deus spiritus est . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , hos merito damnari a Concilio Trid. sess. 22. cap. 5. Cum natura hominum ea sit , ut non facile queat sine admirabilis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustoll : propterea pia mater ecclesia ritus quosdam , ut scilicet quedam submissa voce , alia vero elatiore , in Missa pronunciarentur , instituit . Cæmonias item adhibuit ; ut mysticas benedictiones , lumen , thymiamata , vestes , aliaque id genus multa , ex Apostolica disciplina , & traditione , quo & Majestas tanti sacrificii commendaretur , & mentes fidelium per hæc visibilitia religionis , & pietatis signa ad rerum altissimarum , que in hoc sacrificio latent , contemplationem excitarentur . Hæc ibi . Item can. 7. & in Decreto de observandis , & evitandis in celebratione Missæ . Ubi inter alia , dicit . Ab ecclesiis musicas eas , ubi sive organo sive cantu lascivum , aut impurum aliquid miscetur , item seculares omnes actiones , vanae , atque adeo profana colloquia Ordinarii locorum arceant , &c. Item merito damnari a dictis per veritates aureas super legem veterem lib. Exod. 25. concl. 4. & c. 26. concl. 1. & c. 38. concl. 1. Item Numer. 18. concl. 2. & c. 10. concl. 2. & c. 8. concl. 8. Item Levit. 26. concl. 1. Vide etiam prædictos errores damnari ab Elucidat. super Addit. articulorum num. 310. Item a Psal. 83. Cor meum , &c.

ut in argumento contr. Item damnari merito hæresim Trinitariorum a Christo ; qui ut homo , adorat Deum procidendo in faciem suam , & genuflectendo : Matb. vigesimo sexto . Luke vigesimo secundo . Tertio vides : quomodo , &c.

A R T I C U L U S VIII. 433

Utrum religio sit idem sanctitati .

AD octavum sic proceditur . Videtur quod religio non sit idem sanctitati . Religio enim est quædam specialis virtus , ut habitum est (art. 5. hujus quæst.) Sanctitas autem dicitur esse generalis virtus : est enim faciens fideles , & servantes ea que ad Deum sunt justa , ut Andronicus dicit . Ergo sanctitas non est idem religioni .

2. Præterea . Sanctitas munditiam importare videtur : dicit enim Dionysius xii. cap. de div. Nom. quod sanctitas est ab omni immunditia libera , & perfecta , & omnino immaculata munditia . (2) Munditia autem maxime videtur pertinere ad temperantiam , quæ turpitudines corporales excludit . Cum ergo religio ad justitiam pertineat , videtur quod sanctitas non sit idem religioni .

3. Præterea . Ea quæ dividuntur ex opposito , non sunt idem . Sed in quadam enumeratione partium justitiae sanctitas condividitur religioni , ut supra habitum est (quæst. lxxx.) Ergo sanctitas non est idem quod religio .

Sed contra est quod dicitur Luc. i. 75. Serviamus illi in sanctitate , & justitia . Sed servire Deo pertinet ad religionem , ut supra habitum est (art. 1. hujus quæst. ad 3. & art. 3. ad 2.) Ergo religio est idem sanctitati .

Respondeo dicendum , quod nomen sanctitatis duo videtur importare . Uno quidem modo munditiam ; & huic significacioni competit nomen græcum : dicitur enim ἅγιος , quasi sine terra . (3) Alio modo importat firmitatem : unde apud antiquos sancta dicebantur

(1) Quippe cum non hominum tantum sed & ferarum ac pescium habatum præse ferrent , que si accepto spiritu occurrerent , subito monstra haberentur , ut ibidem ex illo addit Augustinus ; & inferius hoc servari tamquam legibus iussa non tamquam diis grata .

(2) Vel ex moderna versione ab omni scelere (ἄγνε) libera & omnimode inconstaminata puritas , ad vitandum concursum illum identicarum dictiōnum ab omni immunditia libera munditia : Nam & Budæus ἅγιος interpretatur scelus inter alia significata

eius vocis ; quamvis & inter illa ponit immunditiam , sicut & Suidas μίαρη . Sed ob cautam prædictam reddi saltem potuit , ab omni faditate , sordore , inquinamento pura , libera , & omnino remota munditia .

(3) Sic Origenes in Leviticum homil. 11. usitat pat super illud sancti esto ; quamvis allusione quædam potius quam etymologia ; cum ἅγιος quod significat sanctum , aspiretur spiritu quem asperum appellant , sed ἀγνός γῆς (vel sine terra) spiritu leni ; et si facilis utrinque commutatio . Sequens autem si-

bantur quæ legibus erant munita , ut violari non deberent . Unde & dicitur aliquid esse sanctum , quia est lege firmatum . Potest etiam secundum Latinos hoc nomen *sanc&us* ad munditiam pertinere ; ut intelligatur *sanc&us* , quasi *sanguine tinctus* , eo quod antiquitus illi qui purificari volebant , *sanguine bovis* tingerbantur , ut Isidorus dicit in Lib . X . Etymolog . (ad lit . S .)

Et utraque significatio competit , ut sanctitas attribuatur his quæ divino cultui applicantur ; ita quod non solum homines , sed etiam templum , & vas , & alia hujusmodi sanctificari dicantur ex hoc quod cultui divino applicantur . Munditia enim necessaria est ad hoc quod mens Deo applicetur : quia mens humana inquinatur ex hoc quod inferioribus rebus conjungitur ; sicut qualibet res ex immixtione pejoris sordebit , ut argentum ex immixtione plumbi . Oportet autem quod mens ab inferioribus rebus absrahatur , ad hoc quod supremæ rei possit conjungi . Et ideo mens sine munditia Deo applicari non potest . Unde ad Hebr . xii . 14 . dicitur : *Pacem sequimini cum omnibus , & sanctimoniam , sine qua nem videtur Deum* . Firmitas etiam exigitur ad hoc quod mens Deo applicetur : applicatur enim ei sicut ultimo fini , & primo principio : hujusmodi autem oportet maxime immobilia esse . Unde dicebat Apostolus Rom . viii . 38 . *Certus sum quod neque mors , neque vita . . . separabit me a caritate Dei* .

Sic ergo sanctitas dicitur per quam mens hominis seipsum , & suos actus applicat Deo . Unde non differt a religione secundum essentiam , sed solum ratione . Nam religio dicitur , secundum quod exhibit Deo debitum simulatum in his quæ pertinent specialiter ad cultum divinum , sicut in sacrificiis , oblationibus , & aliis hujusmodi ; sanctitas autem dicitur , secundum quod homo non solum hæc , sed aliarum virtutum opera referit in Deum , vel secundum quod homo se disponit

per bona quædam opera ad cultum divinum . (*) Ad primum ergo dicendum , quod sanctitas est quædam specialis virtus secundum essentiam ; & secundam hoc est quodammodo eadema religioni . Habet autem quamdam generalitatem , secundum quod omnes virtutum actus per imperium ordinat in bonum divinum ; sicut & iustitia legalis dicitur generalis virtus , (1) inquantum ordinat omnium virtutum actus in bonum commune .

Ad secundum dicendum , quod temperanza munditiam quidem operatur , non tamen ita quod habeat rationem sanctitatis , nisi referatur in Deum . Unde de ipsa virginitate dicit Augustinus in Lib . de virginitate (cap . viii .) quod non quia virginitas est , sed quia Deo dicata est , honoratur .

Ad tertium dicendum , quod sanctitas distincta est a religione propter differentiam predictam , non quia differunt re , sed ratione , ut dictum est (in corp . art .)

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quodammodo per rationem tanquam a simili , destruas errorem Joannis Wicelle dicentis : quod religiones omnes indifferenter introducuntur a Diabolo . Nec obstat : quod Wicelle loquatur de religionibus privatis , non autem de religione communione , puta Christiana , quoniam religiones privatae a religione communione denominantur ar . i . ad 5 . & propterea impugnare religiones privatas est quodammodo a simili impugnare religionem in communione . Per hoc enim quod praesens art . demonstrat , quod religio est idem sanctitati , commonistratum esse voluit , quod religiones privatae sunt introductæ a Deo sanctitatis omnisi amatore , & auctore , & consequenter , quod sunt maxime odibiles diabolo , utpote sanctitatis veræ hosti perpetuo . Per idem ergo demonstratur simul : quod diabolus , si posset , religiones omnes

significatum sanctitatis a firmitate sumptum & facieendi verbo derivatur , quod est firmiter stabilire ; ut sit *sanc&us* quasi *sanc&um* ; sicut dicuntur *sante leges* . Tertium porro ex Isidoro in lib . Etymologicarum (id est Originum lib . 10 . cap . 18 . seu lit . S .) prenotatum quod significat puritatem , a Cicerone quoque usurpatum Officiorum lib . 1 . cum ait *pietate ac sanctitate deos placatos reddi* ; ut & a Virgilio lib . 12 . *Aeneidos* , cum ait : *Sancta ad vos anima atque istius insita culpe Descendam* &c .

(*) Ita ms . & editi melioris nota . Al . additur pertinentia .

(1) Vel causaliter tantum , si ejusmodi iustitia legalis ea intelligitur quæ una est inter virtutes cardinales & quæ unicuique suum reddit , ut hic accipere videtur S . Thomas , vel essentialiter & formaliter , si pro iustitia sumatur quæ omnium virtutum summariam complexionem in se includit ; & *legalis* dicitur quasi conformis legi sive per legem imperata ; ut idem S . Thomas in hac eadem parte quæst . 58 . art . 6 . explicavit . Planius tamen primo sensu , quia posteriori sensu non tam videtur virtus esse quam aggregatum quoddam ac resultans ex virtutibus universis , quarum si una defit , stare non potest iustitia .

nes privatas ab Ecclesia approbatas (de talibus enim loquitur etiam Wicleff. ut patet in concilio Constantiensi) funditus destrueret, & jam destruxisset, tantum abest, ut aliquando eas, vel earum aliquam introducebit. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, errorem ipsum merito damnari a concilio Constantiensi self. 8. ubi recensito eo, ut supra atulimus in catalogo multorum aliorum; contra omnes, ac singulos condemnationem pronunciat. Item a Luc. 1. servamus illi, &c. ut extenditur in arg. constr. Sanctitas enim cum religione privata intantum annexa est, ut sup. art. 1. in resp. ad 5. dictum sit, quod, quamvis religio dici possit, communiter omnes, qui Deum cohaunt, specialiter tamen religio dicuntur, qui totam vitam suam divino cultui dedicant, a mundanis negotiis se abstrahentes. Nescivit ergo Wicleff, aut nescire voluit, aut nescire se finxit, aut scire se (diabolo instigante) vehementer doluit, quid nominis religionum privatuarum, quando errorem prænarratum impudentissime evomuit. Religionis siquidem privatæ, id est, particularis, quid nominis ex præmissis nunc verbis S. Tho. patet; quod scilicet religio particularis est continens homines, qui totam vitam suam divino cultui dedicarunt, a mundanis negotiis se abstrahentes, ut scilicet Deo liberius vacent. Item errorem ipsum merito damnari a dictis per veritates aureas super legem veterem, Ex. 3. concl. 2. Lev. 11. concl. 11. Tertio vides: quomodo, &c.

Q U E S T I O LXXXII.

*De devotione,**In quatuor articulos divisa.*

DEINDE considerandum est de actibus religionis: & primo de actibus interioribus, qui secundum prædicta sunt principaliiores; secundo de actibus exterioribus, qui sunt secundarii. Interiores autem actus religionis videntur esse devotio, & oratio. Primo ergo

Suum. S. Th. Tom. VII.

(1) Sicut Vulgata legit verf. 31. gracie autem apud 70. *πρόδευτος τῷ καρπῷ* quod idem est ac *prompta mente*; sed magis devota quam *quae prompta*, vel *e converso?* Hinc Exod. 35. verf. 20. simul utrumque

de devotione agendum est; secundo de oratione.

Circa primum queruntur quatuor.
Primo, utrum devotio sit specialis actus.
Secundo, utrum sit actus religionis.
Tertio, de causa devotionis.
Quarto, de ejus effectu.

A R T I C U L U S I. 49

Utrum devotio sit specialis actus.

Inf. art. 2. cor. & quest. lxxxii. ans.
3. ad 1.

AD primum sic proceditur. Videtur quod devotio non sit specialis actus. Illud enim quod pertinet ad modum aliorum actuum, non videtur esse specialis actus. Sed devotio videtur pertinere ad modum aliorum actuum: dicitur enim II. Paralip. xxix. 31. *Obeulio universa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente devota.* (1) Ergo devotio non est specialis actus.

2. Præterea. Nullus specialis actus inventur in diversis generibus actuum. Sed devotio inventur in diversis generibus actuum, scilicet in actibus corporalibus, & etiam spiritualibus: dicitur enim aliquis & devote meditari, & devote genuflexere. Ergo devotio non est specialis actus.

3. Præterea. Omnis actus specialis aut est appetitivæ, aut cognoscitivæ virtutis. Sed devotio neutræ earum appropriatur, ut patet discurrenti per singulas species actuum utriusque partis, que supra enumeratæ sunt (I. P. lxxix. & lxxx. & 1. 2. q. xxi. ar. 4.) Ergo devotio non est specialis actus.

Sed contra est quod actibus meremur, ut supra habitum est (1. 2. quest. xxii. art. 3. & 4.) Sed devotio habet specialem rationem merendi. Ergo devotio est actus specialis.

Respondeo dicendum, quod devotio dicitur a devovendo: unde devoti dicuntur qui seipso quodammodo Deo devovent, ut ei se totaliter subdant: propter quod olim apud Gentiles devoti dicebantur qui seipso idolis devovebant in mortem pro sui salute exercitus, sicut de duabus Deciis Titus Livius nar-

I. rat

conjugitur, ut paulo infra refert S. Thomas: Pro quo Editiones quedam gracie legunt *ένεσθαι καρδίαν* id est voluntario seu spontaneo corde 70. vero *άπειπεν καρδίαν* que *κονσερβᾶται*; sive quod in animo fuit &c.

rat. (1) Unde *devotio* nihil aliud esse videtur quam *voluntas quædam prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad Dei servitium*. Unde Exod. xxxv. 21. dicitur, quod *multitudi filiorum Israhel* (2) *obtulit mense promptissima, atque devota primis Domino*. Manifestum est autem quod *voluntas prompte faciendi quod ad Dei servitium pertinet, est quidam specialis actus*.

Unde *devotio* est *specialis actus voluntatis*.

Ad primum ergo dicendum, quod *moyens imponit modum motui mobilis*. *Voluntas autem movet alias vires animæ ad suos actus*; & *voluntas, secundum quod est finis, (2) movet seipsum ad ea quæ sunt ad finem, ut supra habitum est (1. 2. quest. viii. art. 2.)* Et ideo cum *devotio* sit *actus voluntatis hominis offerentis seipsum Deo ad ei seruendum, qui est ultimus finis, consequens est quod *devotio* imponat modum humanis actibus, sive sint ipsius voluntatis circa ea quæ sunt ad finem, sive etiam sine aliarum potentiarum, quæ a voluntate moventur.* (3)

Ad secundum dicendum, quod *devotio* inventitur in diversis generibus actuum, non sicut species illorum generum, sed sicut *motio* *moventis* invenitur virtute in motibus mobilium.

Ad tertium dicendum, quod *devotio* est *actus appetitivæ partis animæ*, & est quidam *motus voluntatis, ut dictum est (in corp. art. 2.)*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuatum a scripturis: quod *devotio* est *specialis actus*, ut Exod. 35. *mente devota obtulerant*: Et 2. Paralip. 29. habetur ex contextu, quod per hoc, quod *mente devota obtulit tunc multitudine laudes domino, averterunt futorem Domini, & misericordiam impetrarunt*. Cum

igitur actibus sit meritum: & *devotio*, ut inde colligitur, habeat specialem rationem merendi, atque a speciali potentia, scilicet mente, idest, voluntate procedat: constat, quod per hujusmodi ibi saltem virtualiter dicta denotatur, quod *devotio* est *specialis actus*. Secundo vides, quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 435

*Utrum *devotio* sit *actus religionis*.*

Inf. quest. lxxxii. art. 3. ad 1. & art. 15. co. & quest. cxxv. art. 3. ad 1.

AD secundum sic proceditur. Videlicet quod *devotio* non sit *actus religionis*. *Devotio* enim, ut dictum est (& art. præc.) ad hoc pertinet quod aliquis se Deo tradat. Sed hoc maxime sit per caritatem: quia, ut Dionysius dicit iv. cap. de div. Nom. (parte 1. lect. 10.) *divinus amor excessim facit, non finens amantes suiporum esse, (4) sed eorum que amant*. Ergo *devotio* magis est *actus caritatis quam religionis*.

2. Præterea. *Caritas præcedit religionem*. Devotio autem videatur præcedere caritatem: quia caritas in Scripturis significatur per ignem, *devotio* vero per pinguedinem, quæ est ignis materia. (Cantic. viii. 6. (5) & Ps. lxiiii. 6.) Ergo *devotio* non est *actus religionis*.

3. Præterea. Per religionem homo ordinatur solum ad Deum, ut dictum est (quæst. præc. art. 1.) Sed *devotio* etiam habetur ad homines; dicuntur enim aliqui esse *devoti aliquibus sanctis viris*; & etiam subditi dicuntur esse *devoti dominis suis*, sicut Leo Papa dicit (serm. viii. de passione Dom. cir. med.) quod *Judei quasi devoti Romanis legibus, dixerunt: Non habemus Regem nisi Cesarem*. Ergo *devotio* non est *actus religionis*.

Sed

(1) *De Decio nimis patre lib. 8. cap. 9. cum Rohanoi pugnarent in Extremis: De Decio filio quasi patris exemplum in sequente, lib. 10. cap. 28. cum pugnarent in Gallos;* Non ut prius dumtaxat ad marginem lib. 8. Decade 1.

(2) *Vulgata obtulerunt.*

(3) Ideft secundum quod in finem inclinatur; ut finis non in casu nominativo sed genitivo intelligatur.

(4) Nempe vel actus eliciti a voluntate delibera-ta quæ media eligit ad consequendum finem; vel ab aliis quidem potentis ut instrumentis eliciti, sed interio voluntatis.

(5) *Vel non permittens ut fui ipso facti sit secundum.*

(6) *Ubi dicitur Lampades ejus (nempe dilectionis), lampades ignis auctio flammorum &c. Psalmus autem 62. 6. Sicut adspicit pinguedine replicatur anima mea: Quod ad spiritualem sapientiam saturatum reficit Augustinus; ad meditationem oraculorum divinorum Theodoretus; ad gratiam Spiritus-sancti Hieronymus, vel sub ejus nomine author alter; Calcidorus autem ad virtutem faginam & misericordiam divinæ pinguedinem, quam anima devota suscipiens dignè tuta demum Deum laudat, quæ prius propter faginam ariditatem pectat ficeam divinis non poterat laudibus occupari.*

A P P E N D I X .

Sed contra est quod devotio a devovendo dicitur, ut dictum est (art. præc.) Sed votum est actus religionis. Ergo & devotio.

Respondeo dicendum, quod ad eamdem virtutem pertinet velle facere aliquid, & promptam voluntatem habere ad illud faciendum: quia utriusque actus est idem objectum. Propter quod, ut Philosophus dicit in V. Ethic. (cap. i. cir. princ.) *justitia est qua voluntates homines, & operantur iusta.* Manifestum est autem quod operari ea qua pertinet ad divinum cultum, seu famulatum, pertinet proprie ad religionem, ut ex prædictis patet (quest. præc. art. i. 2. & 3.) Unde etiam ad eam pertinet habere promptam voluntatem ad hujusmodi exequenda: quod est esse devotum.

Et sic patet quod devotio est actus religionis.

Ad primum ergo dicendum, quod ad caritatem pertinet immediate quod homo tradat seipsum Deo, adhaerendo ei per quamdam spiritus unionem; (1) sed quod homo erat seipsum Deo ad aliqua opera divini cultus, hoc immediate pertinet ad religionem, mediate autem ad caritatem, qua est religionis principium.

Ad secundum, dicendum, quod pinguedo corporalis, & generatur per calorem naturalem digerentem, (*) & ipse naturalis calor habet pinguedinem quasi ejus nutrimentum: & similiter caritas & devotionem causat, in quantum ex amore aliquis redditur promptus ad serviendum amico, & eriam per devotionem caritas munitur; sicut & qualibet amicitia conservatur, & augetur per amicabilium operam exercitum, & meditationem.

Ad tertium dicendum, quod devotio qua habetur ad Sanctos Dei mortuos, vel vivos, non terminatur ad ipsos, sed transitat in Deum, in quantum scilicet in ministris Dei Deum veneremur, (2) Devotio autem quam subditi dicuntur habere ad dominos temporales, alterius est rationis; sicut & temporibus dominis famulari differt a famulatu divino.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis insinuatum, quod devotio est actus religionis. Ut Psal. 75. *Vox vestra, & reddite Domino Deo vestro.* Ubi votum clare ostenditur pertinere ad religionem, tamquam actum ejus: cum ordinetur ad Deum, qu. 81. ar. 1. Pro quo dicto Psalmi sciendum est: quod devotio derivatur a devovendo. Cujus ergo actus erit votum, ejusdem erit & devotio. Per hoc igitur, quod Psal. monstrat, votum esse actum religionis, monstrare intelligitur, devotionem esse actum ejusdem. *Secundo* videt: quomodo &c.

ARTICULUS III. 436

Utrum contemplatio, seu meditatio sit devotionis causa.

*Inf. art. 4. co. & IV. dist. xv. quest. iv.
art. 3. quest. 2. cor. & mal. quest. xi.
art. 2. ad 7.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod contemplatio, seu meditatio non sit devotionis causa. Nulla enim causa impedit suum effectum. Sed subtiles meditationes intelligibilium multoties devotionem impediunt. Ergo contemplatio, seu meditatio (3) non est devotionis causa.

2. Præterea. Si contemplatio esset propria & per se devotionis causa, oporteret quod ea qua sunt altioris contemplationis, magis devotionem excitarent. Hujus autem contrarium apparet: frequenter enim major devotio excitatur ex consideratione passionis Christi, & aliis mysteriis humanitatis ipsius, quam ex consideratione divinae magnitudinis. Ergo contemplatio non est propria devotionis causa.

3. Præterea. Si contemplatio esset propria causa, non esset causa, sed causa causa.

(1) Juxta illud. 1 ad Corinth. 6. vers. 17. *Qui adhaeret Deo, unus spiritus est; supple cum illo, ut etiam Exemplaria quedam exprimunt, & sic supplet ibidem S. Thomas; quia uniuersus ei unitate spirituali ait; & ad eundem sensum refert orationem Christi ut in ipso & Patre: unum simus. (Joan. 17.) per spiritus connexionem nempe; ut subiungit.*

(2) Ita cum pluribus missis edit. veteres, & Patav. Nicolajus: & ipsum calorem naturalem conservat quasi ejus nutrimentum.

causa devotionis, oporteret quod illi qui sunt magis apti ad contemplationem, essent etiam magis apti ad devotionem: cuius contrarium videmus: quia devotio frequenter magis invenitur in quibusdam simplicibus viris, & in femineo sexu, (1) in quibus invenitur contemplationis defectus. Ergo contemplatio non est propria causa devotionis.

Sed contra est quod in Psal. xxxviii. 4. dicitur: *In meditatis mea exardecet ignis.* Sed ignis spiritualis causat devotionem. Ergo meditatione est devotionis causa.

Respondeo dicendum, quod causa devotionis extrinseca, & principalis Deus est: de quo dicit Ambrosius super Lucam (cap. ix. lyp. illud, *Et conversus increpavit &c.*) quod Deus, quos dignatur, vocat; & quem vult, religiosum facit: & si voluisse, Samaritanos ex indecoris devotos fecisset.

Causa autem intrinseca ex parte nostra oportet quod sit meditatione, seu contemplatio. Dictum est enim (art. i. hu. quest.) quod devotione est quidam voluntatis actus ad hoc quod homo prompte se tradat ad divinum obsequium. Omnis autem actus voluntatis ex aliqua consideratione procedit, eo quod bonum intellectum est objectum voluntatis. Unde & Augustinus dicit in Lib. XIV. de Trinitate (cap. viii. & Lib. X. cap. i.) quod voluntas oritur ex intelligentia. Et ideo necesse est quod meditatione sit devotionis causa, in quantum scilicet homo per meditationem concipit quod se tradat divino obsequio.

Ad quod quidem inducit duplex consideratio. Una quidem quae est ex parte divinitatis bonitatis, & beneficiorum ipsius, secundum illud Psal. lxxii. 27. *Mibi adhucere Deo bonum est.* & ponere in Domino Deo spem meam: & haec consideratio excitat dilectionem, quae est proxima devotionis causa. Alia vero est ex parte hominis considerantis suos defe-

ctus, ex quibus indiget ut Deo innitatur, secundum illud Ps. cxx. 1. *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi: auxilium meum a Domino, qui fecit calum, & terram:* & haec consideratio excludit presumptionem, per quam aliquis impeditur ne Deo se subjiciat, dum suæ virtuti innititur.

Ad primum ergo dicendum, quod consideratio eorum quae nata sunt dilectionem Dei excitare, devotionem causat; consideratio vero quorundamque ad hoc non pertinentium, sed ab eis mentem distrahentium, impedit devotionem.

Ad secundum dicendum, quod ea quae sunt Divinitatis, sunt secundum se maxime excitantia dilectionem, & per consequens devotionem, quia Deus est super omnia diligendus; sed ex debilitate mentis humanæ est quod sicut indiget manuductione ad cognitionem divinorum, ita ad dilectionem per alias sensibilita nobis nota; inter quæ precipuum est humanitas Christi, secundum quod in Praesertim dicitur: (2) *Ut, dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibiliu amore ratiemur.* Et ideo ea quae pertinent ad Christi humanitatem, per modum cujusdam manuductionis, maxime devotionem excitant; cum tamen devotio principaliter circa ea quae sunt Divinitatis, consistat.

Ad tertium dicendum, quod scientia, & quidam aliud ad magnitudinem pertinet, ecclesia est quod homo (4) confidat de seipso & ideo non totaliter se Deo tradat. Et inde est quod huiusmodi quandoque occasionaliter devotionem impediunt; & in simplicibus, & mulieribus devotio abundat, elationem comprimendo. Si tamen scientiam, & quancumque aliam perfectionem bono perficie Deo subdat, ex hoc ipso devotio augetur.

A.P.

(1) Ad fiducia ad illud quod publice ab Ecclesia in officio dei pars Virginis decantatur, ipsam interpellando sub his verbis inter cetera, *Intervende pro nostro feminino furo:* An non fortassis tamet de filiis nominati subintelligi possit quae se Deo specialiter professione religiosa devoerunt? Ut sic fratres Christianorum fratres comprehendantur, cum pro populo & pro Clero & pro monialibus interpellatur facta Virgo. Sub Clero quippe subintelligi potest, extense latenter, Regularium status, qui per professionem ipsam suam in specielem Domini fortasse vocati sunt (quod significat clerici ex grecis κλητοι;) & per factos ordines quibus initiantur ut per sacra ministeria quibuscum functiones exercere, Cleri conditione participant: Feminas autem secularles intelli-

gi etiam possunt in populo; quamvis notum sit in plerisque majorem inveniri devotionem quam in viris.

(2) Ea scilicet quae apponitur in Missa de Natale Domini, & in una ex illis novem quam Pelagius Papa secundus in Decretis de consecrat. dist. 1. cap. Invocamus velut antiquo usu consecratae commendat: Invenimus (inquit) *has novem prefationes in sacre Catalogo communmodo recipiendas quas longa retrocessus in Romana Ecclesia fecerunt;* & has tenendas vobis mandamus. Perperam ergo Gregorius creditur eius author qui Pelagii successor fuit.

(3) Ite Garcia, Theologi, Nicolaius, & posterioris edit. communitor. East. veteres cum codicibus Rom. Terrac. Alcan. atque confiderat (& confidet) de seipso.

APPENDIX.

EX art. habes primo : quomodo per rationem & directam , & indirectam , sic semper in appendicibus subintelligitur , ostendas , ita sensu recto intelligas ; quod meditatio , seu contemplatio est causa devotionis . Ut Psal. trigesimo octavo . In meditazione mea exardecet ignis . Hoc est , ignis spiritualis , qui vel est devotio , vel causat devotionem , accendet ex meditatione mea . Vide ad primum . Ab oppositis ergo non meditatio , seu inconsideratio , est causa indevolutionis : quia , sicut affirmatio est causa affirmationis , ita negatio est causa negationis . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS IV. 437

Urum letitia fit devotionis effectus.

AD quartum sic proceditur . Videlur quod letitia non sit devotionis effectus . Quia , ut dictum est (art. præc. ad 2.) passio Christi præcipue ad devotionem excitat . Sed ex ejus consideratione consequitur in anima quedam afflictio , secundum illud Thren. 111. 29. Recordare paupertatis meæ . . . obfinitum , & fellis ; quod pertinet ad passionem (1) : & postea subditur : Memoria memor ero , & rabiaberis in me anima mea . Ergo delectatio , sive gaudium non est devotionis effectus .

2. Præterea . Devotio præcipue consistit in interiori sacrificio spiritus . Sed in Psal. 1. 19. dicitur *Sacrificium Deo spiritus contributus* . Ergo afflictio magis est devotionis effectus quam jucunditas , sive gaudium .

3. Præterea . Gregorius Nyssenus dicit in Lib. de homine (2) quod *sicut risus procedit ex gudio ; ita lacryma , & gemitus sunt signa cordis* . Sed ex devotione contingit quod

aliqui prouerpant in lacrymas . Ergo letitia , vel gaudium non est devotionis effectus .

Sed contra est quod in Collecta dicitur : (3) *Quas jejunis votiva castigans , ipsa quoique devotio sancta letificat* .

Respondeo dicendum , quod devotio per se quidem , & principaliter spiritualis letitiam mentis causat ; ex consequenti autem , & per accidentem causat tristitiam .

Dictum est enim (art. præc.) quod devotio ex duplice consideratione procedit . Principaliter quidem ex consideratione divina beatitudinis : quia ista consideratio pertinet quasi ad terminum motus voluntatis tradentis se Deo : & ex ista consideratione per se quidem sequitur delectatio , secundum illud Psal. lxxvi. 4. *Memor fui Dei , & delectatus sum* : sed per accidentem hæc consideratio tristitiam quamdam causat in his qui nondum plene Deo fruuntur , secundum illud Psal. xl. 3. *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum* : & postea sequitur : *Fuerunt mibi lacryme mee panes &c.* (4) Secundario vero causatur devotio , ut dictum est (art. præc.) ex consideratione propriorum defectuum : nam hæc consideratio pertinet ad terminum , a quo homo per motum voluntatis devotæ recedit , ut scilicet non in se existat , sed Deo se subdat . Hæc autem consideratio e converso se habet ad primam : nam per se quidem nata est tristitiam causare , recognitando proprios defectus ; per accidentem autem letitiam , scilicet propter spem divinæ subventionis . Et sic patet quod ad devotionem primo & per se consequitur delectatio ; secundario autem & per accidentem tristitia quæ est secundum Deum .

Ad primum ergo dicendum , quod in consideratione passionis Christi est aliquid quod contristet , scilicet defectus humanus , propter quem tollendum Christum pati oportuit ; & est

(1) Allegorico sensu iuxta Gloriam ; non literaliter quem ad solam populi Iudaici afflictionem refer ipsemer S. Thomas in eum locum , & ibidem etiam Hieronymus .

(2) Vel de hominis opificio (sive creatione) cap. 12. post medium , ubi plenius id explicat , ut infra .

(3) Nempe feria 5. post Dominicam 4. Quadregesima in Officio matutino ; ubi *votivas jejunias* intelliguntur non ex privato quadam voto sed ex communione obligantia , sicut patet ; iuxta promissiōnem baptismalem que ad servandas Ecclesiæ universalis leges nos astringit , & quodammodo *votum* digni potest : Nisi votivas qualibet ex pietatis affectu desi-

blerata ; sicut in Missa Innocentium , *votivas Nonas* perceptissimæ , ubi desiderata intelliguntur .

(4) Propter dilationem tanti desiderii quo adipisci Deum cupit : *Unde præmitur . Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei* : Tum deinde subjungit cur lacrymas fuerint ei panes dum quotidie nempe dicitur ipsi , *Ubi est Deus tuus ? Quia ex absentia Dei , quem nondum fecit optat affructum est , sic afflue lacrymetur* ; ut & explicat Augustinus . Quamvis non tristitia tantum propter absentiam , sed suavitatem propter desiderium lacrymas intelligit : *Non emoritudo (inquit) sed penitus suavis erant lacrymas fontem sicuti* ; & paulo inferius desiderii lacrymas vocat , quia desiderii suavitatem significant .

& est aliquid quod lætiticer, scilicet Dei erga nos benignitas, quæ nobis de tali liberatione providit.

Ad secundum dicendum, quod spiritus, qui ex una parte contribulatur propter præsentis vitia defectus, ex alia parte condelectatur ex consideratione divinæ bonitatis, & ex spe divini auxili.

Ad tertium dicendum, quod lacrymæ prorumpunt non solum ex tristitia, sed etiam ex quadam affectus teneritudine; præcipue cum consideratur aliquid delectabile cum permixtione alicujus tristabilis: sicut solent homines lacrymari ex pietatis affectu, cum recuperant filios, vel caros amicos, quos extimaverant se perdidisse (1). Et per hunc modum lacrymæ ex devotione procedunt.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito ab ipsa Ecclesia esse insinuatum: quod devotio est cauta latitiae: ut in collecta feriæ quintæ post Dominicam quartam quadragesimæ. Quos, inquit, jejunia castigant, devotio sancta lætiticer. Item in collecta Dominicæ quartæ post octavam SS. Trinitatis. Tuo, inquit, ordine dirigatur: & ecclesia tua tranquilla devotione lætitur. Secundo vides quomodo &c.

Q U Æ S T I O LXXXIII.

De oratione,

In decem & septem articulos divisa.

DEinde considerandum est de oratione: & circa hoc queruntur decem & septem.

Primo, utrum oratio sit actus appetitivæ virtutis, vel cognitivæ.

Secundo, utrum sit conveniens orare Deum.

Tertio, utrum oratio sit actus religionis.

Quarto, utrum solus Deus sit orandus.

Quinto, utrum in oratione sit aliquid de-

terminate petendum.

Sexto, utrum orando debeamus tempora-
lia petere.

Septimo, utrum pro aliis orare debeamus.
Octavo, utrum debeamus orare pro ini-
micis.

None de septem petitionibus orationis do-
minice.

Decimo, utrum orare sit proprium ratio-
nalis creaturez.

Undecimo, utrum Sancti in patria oren-
tio nobis.

Duodecimo, utrum oratio debeat eTe vo-
calis.

Tertiodecimo, utram attentio requiratur
ad orationem.

Quartodecimo, utrum oratio debeat esse
diurna.

Quintodecimo, utrum oratio sit meritoria.
Decimosexto, utrum peccatores orando ali-
quid impetrant a Deo.

Decimoseptimo de speciebus orationis,

A R T I C U L U S I. 438.

*Utrum oratio sit actus appetitiva
virtutis.*

*IV. dist. xv. quest. iv. art. i. quest. i. &
quest. 2. cor. & ad 2.*

AD primum sic proceditur. Videlur quod oratio sit actus appetitivæ virtutis. Oratio enim est exaudiri. Sed desiderium est quod exaudiatur a Deo, secundum illud Psal. ix. 17. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Ergo oratio est desiderium. Sed desiderium est actus appetitivæ virtutis. Ergo & oratio.

2. Præterea. Dionysius dicit in III. cap. de div. Nomin. (lect. i. cir. princ.) (2) *Ante omnia ab oratione incipere est uile, sicut Deo nosipso tradentes, & unientes.* Sed unio ad Deum per amorem fit, qui pertinet ad vim appetitivam. Ergo oratio ad vim app-
petitivam pertinet.

3. Pro.

(1) Sic Genef 45. vers. 14. Joseph amplexatus Benjamin fratrem suum inter amplexus levit, & Genef. 46. vers. 29. in amplexum etiam in Jacob ruens: Ut & Tob. 11. vers. 13. post redditum Tobize junio-
ris pater & mater eius eum deosculantes flent præ gaudio &c. Quia nimur ex gaudio vel voluptate inopinata aliquius eventus fit apertio meatuum cor-
poris per quos humidus vapor in cerebro collectus & illius concavitatem impletus velut guttatione fuit

atque ita lacrymas in oculos effundit; ut ibidem etiam Gregorius Nyssenus insinuat: *Sicut e contra-
rio in tristitia propter præcordiorum constrictiōnem &c.*

(2) Sive paulo aliter & plenius: *Ante quilibet opus (τρόπον ταῦτα), & maxime rheologiam (seu sermonem de Deo) περάρχει θεωρία non ut circu-
tem eius accrescentis qui me sequuntur deo, sed ut nos ipsois divinis commemorationibus & invocationibus
dedomus, committimus, & uniamus &c.*

3. Præterea . Philosophus in III. de Anima (tex. 21.) ponit duas operationes intellectivæ partis : quarum prima est indivisi- bilium intelligentia , per quam scilicet apprehendimus de unoquoque quid est ; secunda vero est *compositio* , & *divisio* , per quam scilicet apprehenditur aliquid esse , vel non esse : quibus terria additur *ratiocinari* , proce- dendo scilicet de notis ad ignota . Sed oratio ad nullam istarum operationum reducitur . Ergo non est actus intellectivæ virtutis , sed appetitivæ .

Sed contra est quod Isidorus dicit in Lib. X. Etymol. (1) quod *orare idem est quod dicere* . Sed dictio pertinet ad intellectum . Er- go oratio non est actus appetitivæ virtutis , sed intellectivæ .

Respondeo dicendum , quod secundum Cas- siodorum (2) oratio dicitur quasi *oris ratio* . Ratio autem speculativa , & practica in hoc differunt , quod ratio speculativa est apprehensiva solum rerum ; ratio vero practica est non so- lum apprehensiva , sed etiam causativa . Est autem aliquid alterius causa dupliciter . Uno quidem modo perfecte necessitatim inducen- do : & hoc contingit quando effectus totaliter subditur potestati causæ . Alio vero mo- do imperfecte solum disponendo , quando scilicet effectus non subditur potestati causæ totaliter .

Sic ergo & ratio dupliciter est causa ali- quorum . Uno quidem modo sicut necessita- tem imponens : & hoc modo ad rationem pertinet non solum imperare inferioribus po- tentiis , & membris corporis , sed etiam ho- minibus subjectis ; quod quidem fit imperan- do . Alio modo sicut inducens , & quodammodo disponens : & hoc modo ratio petit aliquid fieri ab his qui ei non subjiciuntur , sive sint æquales , sive sint superiores .

Utrumque autem horum , scilicet imperante & petere sive deprecari , ordinationem quam- dam important , prout scilicet homo disponit

aliquid per aliud esse faciendum : unde per- tinet ad rationem , cuius est ordinare . Propter quod Philosophus dicit in I. Ethic. (cap. ult. a med.) quod *ad optimam depreca- tur ratio* . (3) Sic autem nunc loquimur de oratione , prout significat quamdam depreciationm , vel petitionem , secundum quod Au- gustinus dicit in Lib. de verb. Dom. (serm. v.) quod *oratio petitio quadam est* : & Da- mascenus dicit in III. Lib. (orth. Fid. cap. xxiv. in princ.) quod *oratio est petitio decen- tium a Deo* . Sic ergo patet quod oratio , de qua nunc loquimur , est rationis actus .

Ad primum ergo dicendum , quod deside- riū pauperum dicitur Dominus exaudire , vel quia desiderium est causa petendi , cum petatio quodammodo sit desiderii interpres : vel hoc dicitur ad ostendendum exauditionis velocitatem , quia scilicet dum adhuc aliquid in desiderio pauperum est , Deus exaudit , antequam orationem proponant , secundum illud Isa. lxv. 24. *Eritque antequam clament* , ego exaudiā eōs .

Ad secundum dicendum , quod , sicut supra dictum est (I. P. quæst. lxxxiiii. art. 4. & i. 2. quæst. ix. art. 1. ad 3.) voluntas mo- vet rationem ad suum finem . Unde nihil prohibet , movente voluntate actum rationis tendere in finem caritatis , qui est Deo uni- ri . Tendit autem oratio in Deum , quasi a voluntate caritatis mota , dupliciter : uno quidem modo ex parte ejus quod petitur , quia hoc præcipue est in oratione petendum ut Deo uniamur , secundum illud Psal. xxv. 4. *Unam petiti a Domino , hanc requiram , ne inhabitem in domo Domini omnibus diebus vi- tæ meæ* : alio modo ex parte ipsius petentis quem oportet accedere ad eum a quo petit vel loco , sicut ad hominem , vel mentis , si- cut ad Deum . Unde dicit ibidem , quod quando orationibus invocamus Deum , revelata mente (4) adsumus ipsi . Et secundum hoc etiam Damascenus dicit (loc. sup. cit.) quod

(1) Vel. Origineum lib. 20. cap. 14. seu it. O- ubi proinde notat quod orator a perorando nominatur , seu a dicerendo ; quia *orare* (inquit) *affidare* .
(2) In Psal. 38. super illud ex versu 16. *Exaudi- di orationem meam Domine* ; ubi pleniori serie quam hic orationem a depreciatione distinguens : *Prius ora- tionem dicit* (inquit) *& post addis depreca- tionem* : *Oratio est oris ratio quam proni allegamus vo- ri nostra pandentes* : *Deprecatio vero est frequens & assidua supplicatio que ab inis pectoris profert ar- cano* . Plus ergo significat quam hic intendit S. Tho- mas , quod sit intellectivæ partis opus .

(3) Juxta veterem versionem quam solam vidit

sequens ad S. Thomam : *et si auspicij explicat* ibi quod ratio ad optimam inducit deprecadendo vel per- faddendo : *Sed posterior & moderna versio que nunc etiam S. Thomæ textu adjungitur , verius reddit quod ratio ad optimam invicte s fieri & reddi potest adhortans (ex greco ταπεινωτα) quod ibi Philoso- phus usurpat* .

(4) Ut veterus Interpres venit : *Modernus au- tem tranquilla mente ; conformius ad graecam vocem περιστατων pro qua forte sibi finierat deputatus* qui revelatam verit , etiam deponit ortum siderum significet .

quod oratio est ascensus mensis in Deum.

Ad tertium dicendum, quod illi tres actus pertinent ad rationem speculativam, sed ulterioris ad rationem practicam pertinet causa-re aliquid per modum imperii, vel per modum petitionis, ut dictum est (in cor. art.)

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito dictum a Casiod. ut in corp. princ. Et ab Isidor. ut in argum. contr. Et a Ps. 26. Petere a Domino. Et a Luc. 16. Petere, & accipietis, Petere enim est actus rationis, ut patet, & tanti valet ly petere, quanti ly orare. Insinuatur itaque in his omnibus, ac singulis: quod oratio procedit a ratione, tanquam actus suus. Secundo vides &c.

A R T I C U L U S II. 439

Utrum sit conveniens orare.

H. dist. xv. quest. iv. art. 1. quest. 3. ad 1. 2. & 3. & ver. quest. v. art. 2. et. & opus. III. cap. cclv.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod non sit conveniens orare. Oratio enim videtur esse necessaria ad hoc quod intinemus ei a quo petimus, id quo indigemus. Sed, sicut dicitur Matth. vi. 32. scilicet Pater noster quia bis omnibus indiges. Ergo non sit conveniens Deum orare.

2. Præterea. Per orationem flectitur animus ejus qui oratur, ut faciat quod ab eo petitur. Sed animus Dei est immutabilis, & inflexibilis, secundum illud I. Reg. xv. 29. Porro triumpbar in Israël non parcer, nec paenitidine flectetur. (1) Ergo non est conveniens quod Deum oremus.

3. Præterea. Liberalius est dare aliquid non petenti, quam dare petenti: quia, sicut Seneca dicit (Lib. II. de benefic. cap. 1.

circ. princ.) (2) nulla res carius emittitur quam que precibus empta est. Sed Deus est liberalissimus. Ergo non videtur esse conveniens quod Deum oremus.

Sed contra est quod dicitur Luc. xviii. 1. Oportet semper orare, & non deficere.

Respondeo dicendum, quod triplex fuit circa orationem antiquorum error. Quidam enim posuerunt, quod res humanæ non reguntur divina providentia; ex quo sequitur quod vanum sit orare, & omnino Deum colere: & de his dicitur Malach. i. 14. Dixisti: Vanus est qui servit Deo. Secunda fuit opinio ponentium, omnia etiam in rebus humanis ex necessitate contingere, sive ex immutabilitate divinæ providentiae, sive ex necessitate stellarum, sive ex connexione cauñarum: & secundum hos etiam excluditur orationis utilitas. Tertia fuit opinio ponentium quidem res humanas divina providentia regi, & quod res humanæ non proveniunt ex necessitate; (3) sed dicebant similiiter dispositionem divinæ providentiae variabilem esse, & quod orationibus, & aliis quæ ad divinum cultum pertinent, dispositio divinæ providentiae immutatur. Hæc autem omnia in I. Lib. improbata sunt (quest. xix. art. 7. & quest. xxii. art. 2. & 4. & quest. cxv. art. 6. & quest. cxvi.)

Et ideo oportet sic inducere orationis utilitatem, ut neque rebus humanis divinæ providentiae subjectis necessitatem imponamus, neque etiam divinam dispositionem mutabilem astemus.

Ad hujus ergo evidentiam considerandum est, quod ex divina providentia non solum disponitur qui effectus fiant, sed etiam ex quibus causis, & quo ordine proveniant. Inter alias autem causas sunt etiam quorundam causæ actus humani. Unde oportet homines agere aliqua, non ut per suos actus divinam dispositionem immitent, sed ut per actus suos implent quoddam effectus secundum ordinem a Deo dispositum: & idem etiam est in naturalibus causis. (4) Et simili-

(1) Sive non punitio ipso, ut græca Editio exprimit.

(2) Ubi plenius: Gratissima sunt beneficia parata, facilia, occurrentia: Optimum est antecedere desiderium cuiuscunque; Proximum sequi: Illud melius, occupare antequam rogemus: Non talis gratia qui cum rogasse acceptis; quoniam quidem (ut majoribus nostris, gravissimis virtus, visum est) nulla res carius confitit quam qua precibus empta est &c.

(3) Hanc rationem in assertores faci Gregorius Nyctenus urget (vel Nemesius cap. 35. de fato ut in

græcotum Patrum Bibliotheca videre est) quod nimis si fatum detur, sint inutiles orationes (avoces) sive insipientes vel inespites, ut veluti ex gracio avros vetus Interpres verit: Sed melius legendum avorti, vel inutiles.

(4) Salvo necessitatis ac libertatis discriminine inter utramque causas; naturales nimisrum quæ divinum ordinem intrinseca necessitate implent, & humanas quæ intrinseca libertate necessitatem omnem excludent; ut suo loco notatum est.

Ita est etiam de oratione: non enim propter hoc oramus ut divinam dispositionem immutemus, sed ut id impetreremus quod Deus disposuit per orationes esse implendum, ut scilicet homines postulando mereantur accipere quod eis Deus omnipotens ante saeculo dispositum datur, ut Gregorius dicit in Lib. I. Dialogorum (cap. viii. a med.)

Ad primum ergo dicendum, quod non est necessarium nos Deo preces porrigitur, ut ei nostras indigentias, vel desideria manifestemus, sed ut nosipsi consideremus, in his ad divinum auxilium esse recurrentem.

Ad secundum dicendum, quod, sicut dictum est (in corp. art.) (1) oratio nostra non ordinatur ad immutationem divinae dispositionis, sed ut obtineatur nostris precibus quod Deus disposuit.

Ad tertium dicendum, quod Deus nobis multa praestat ex sua liberalitate, etiam non petita; sed quod aliqua vult praestare nobis potentibus, hoc est propter nostram utilitatem, ut scilicet fiduciam quamdam accipiamus recurrenti ad Deum, ut recognoscamus eum esse bonorum nostrorum auctorem. Unde Chrysostomus dicit (2) Considera quanta est tibi concessa felicitas, quanta gloria attributa, orationibus fabulari cum Deo, cum Christo miscere colloquia, quod velis, quod desideras posse.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem et directam, et indirectam destrinas heresim Hussitarum dicentium, orationes esse inutiles, & Pelagi dicentis: orationem profusa esse inutilem, nulliusque virtutis. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, heres has merito damnari a Christo, & verbo Luc. 18. ut in arg. contr. Matth. 6. sic orabitis, Pater noster &c. & promissione Luc. 11. Petite, & accipietis, Joann. 16. Summ. S. Th. Tom. VII.

Si quid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, & facto Matth. 14. Ascendit solus orate. Matth. 26. Luc. 22. de oratione in horto, Qui tamen Christus nihil unquam docuit, aut fecit inutile, & de quo legimus Isa. 48. Ego Dominus docens te via. Item & dictis per veritates aureas super legem veterem, Gen. 8. Conc. 6. & c. 20. Conc. 4. Item Exod. 32. Conc. 2. & Num. 13. Conc. 2. Tertio vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 440

Utrum oratio sit actus religionis.

*Bif. art. 15. cor. & IV. diff. xv. quest. iv.
art. 1. quest. 2. & art. 1. quest. 1. ad 2.*

AD tertium sic proceditur. Videlur quod oratio non sit actus religionis. Religio enim, cum sit pars iustitiae, est in voluntate sicut in subjecto. Sed oratio pertinet ad partem intellectivam, ut ex supra dictis patet (art. 1. hu. quest.) Ergo oratio non videtur esse actus religionis, sed doni intellectus, per quod (3) mens ascendit in Deum.

2. Præterea. Actus patriæ cadit sub necessitate præcepti. Sed oratio non videtur eadē sub necessitate præcepti, sed ex mera voluntate procedere; cum nihil aliud sit quam volitorum (4) petitio. Ergo oratio non videtur esse religionis actus.

3. Præterea. Ad religionem pertinere videtur ut quis divinae naturæ cultum, (5) cærementiamque afferat. Sed oratio non videtur aliquid Deo afferre, sed magis aliquid obtainendum ab eo petere. Ergo oratio non est religionis actus.

Sed contra est quod dicitur Psal. cxl. 2. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: ubi dicit Glossa (6) quod,, in,, hujus figuram in veteri lege incensum dicitur offerri in odorem suavem Domino.*"

Kk Sed

(1) Et ex eodem Gregorii loco ante predicta colligitur, indeque in Decretis refertur causa 23. qu. 4. cap. *Obstineri*, nempe quod ea que orando faciunt sancti, sic sunt prædestinata ut precibus obtineantur.

(2)

&

2.

de oratione,

tum homil.

30.

in Genesim,

tum hom.

de confusionali,

& in sermone quadam de Moyse.

(3)

Supple donum;

vel per quem supple intellectum,

ut supra.

(4)

Convenienter

tamen

seu decenter,

sicut ex

Damasceno

supra.

(5) Sive curam ut in Tullii textu, id est motum divinitatis, ut & notatum prius.

(6) Expresse quidem vetus manuscripta, sed impli- ciente tantum nova vel impressa, tum ex Cassiodoro, tum ex Theodoreto & Euthymio in hunc Psalmum; consentanea ad id quod Numerorum 28. vers. 5. & innumeris aliis locis tam eius libri quam Levitici repetitur; sive intensum usurpando pro thure quod simul cum victimis adoleri solebat; sive accipiendo pro ipfisne victimis que incendi debebant: Nam utrumque per græcum εὐπίταμα significari potest, derivatum a verbo εύειν quod significat immolare.

Sed hoc pertinet ad religionem . Ergo oratio est religionis actus .

Respondeo dicendum , quod ; sicut supra dictum est (quæst. lxxxii. art. 2. & 4.) ad religionem proprie pertinet reverentiam , & honorem Deo exhibere : & ideo omnia illa per quæ Deo reverentia exhibetur , pertinent ad Religionem . Per orationem autem homo Deo reverentiam exhibit , inquantum scilicet ei se subjicit , & profitetur orando se eo indigere sicut auctore suorum bonorum . Unde manifestum est quod oratio est proprie religionis actus .

Ad primum ergo dicendum quod voluntas movet alias potentias animæ in suum finem , sicut supra dictum est (art. 1. hu. quæst. ad 2.) & ideo religio , quæ est in voluntate , ordinat actus aliarum potentiarum ad Dei reverentiam . Inter alias autem potentias animæ intellectus altior est , & voluntati propinquior : & ideo post devotionem , quæ pertinet ad ipsam voluntatem , oratio quæ pertinet ad partem intellectivam , est præcipua inrer actus religionis , per quam religio intellectum hominis movet in Deum .

Ad secundum dicendum , quod non solum petere quæ desideramus , sed etiam recte aliquid desiderare , sub præcepto cadit . Sed desiderare quidem cadit sub præcepto caritatis , (1) petere autem sub præcepto religionis : quod quidem præceptum ponitur Matth. vii. 7. ubi dicitur : Petite , & accipietis .

Ad tertium dicendum , quod orando tradit homo mentem suam Deo , quam ei per reverentiam subjicit , & quodammodo præsentat , (2) ut patet ex autoritate Dionysii prius inducta (art. 1. hu. quæst. arg. 2.) Et ideo sicut mens humana præminet exterioribus , (*) vel corporalibus membris , vel exterioribus rebus , quæ ad Deo servitium applicantur ; ita etiam oratio præminet aliis actibus religionis .

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem , tamquam in radice , destruas errorum Averrois (ut refert Directorium in-

A R T. III. & IV.

quisitorum , 2. part. q. 4.) dicentes , quod orationes comprehenduntur sub ordine naturæ . Per hoc enim , quod oratio est actus religionis , quæ est virtus præcipua ordinans hominem ad Deum . quæst. 81. articul. 1. 2. 6. constat , quod orationes non comprehenduntur sub ordine naturæ , sed gratiæ : ordinant siquidem nos ad finem supernaturalem . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , errorem illum merito damnari per dictum Threnorum Hierem. capit. 3. Sedebe solitarius , & raccibit : quia levavit se super se . Si enim orans , de quo ibi per talem descriptionem loquitur , levat se super se : utique oratio non continetur sub , sed super ordinem naturæ . Item per hoc , quod , cum de oratione fit sermo in scripturis , per elevationem oculorum in montes , vel manuum , vel animæ ad Deum , passim designatur , ut Psalm. 24. 62. 85. 120. 142. Quæ loquendi phrasis proculdubio approbat intentum , errorernque illum contrarium eodem tenore condemnat . Item per ly Dirigatur oratio mea , &c. ut in argument. contr. extenditur , si novis ex antedictis applicare , Tertio vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 441

Utrum solus Deus debeat orari .

IV. dist. xv. quæst. iv. art. 5. quæst. i. & dist. xxxviii. quæst. i. art. i. quæst. i. ad 4.

AD quartum sic proceditur . Videtur quod solus Deus debeat orari . Oratio enim est actus religionis , ut dictum est (art. præc.) Sed solus Deus est religione colendus . Ergo solus Deus est orandus .

2. Præterea . Frustra porrigitur oratio ad eum qui orationem non cognoscit . Sed solus Dei est orationem cognoscere : tum quia plerumque oratio magis agitur interiori actu , quem solus Deus cognoscit , quam voce , secundum illud quod Apostolus dicit I. ad Corinth. xiv. 15. Orabo spiritu , orabo & mente : tum etiam quia , ut Augustinus dicit in Lib. de cura pro mortuis agenda (3) ne-

(1) Ex adjuncto , quia non potest quisquam bene affici erga Deum qui est essentialis rectudo , si quid ab eo desideret quod rectum non sit .

(2) Sic ergo quiddam assert Deo ut requirebat argumentum ; supponens nempe intelligendum in dativo quod ex Tullio referebatur ; sed genitivam esse sicut dicavimus & pro cultu legendam esse curam .

(*) Ita mfs. Editi & corporalibus .

(3) Ex cap. 13. deinceps paulo aliis verbis & pleniari dissertatione colligitur ; ubi ex ipsa matre sua exemplum sumit quod id probet , quia filium quem in vita tam diligenter quaesierat , post mortem defebat ; ut 1. part. quæst. 89. art. 8. notatum est .

nefciant mortui , etiam sancti , quid agant vivi , etiam eorum filii . Ergo oratio non est nisi Deo porrigena .

3. Præterea . Si aliquibus Sanctis orationem porrigitimus , hoc non est nisi in quantum sunt Deo conjuncti . Sed quidam in hoc mundo viventes , vel in purgatorio etiam existentes , sunt multum Deo conjuncti per gratiam : ad eos autem non porrigitur oratio . Ergo nec ad Sanctos qui sunt in paradiſo , debemus orationem porrigenere .

Sed contra est quod dicitur Job v. 1. *Voca , si est qui tibi respodat , & ad aliquem Sanctorum convertere* (1).

Respondeo dicendum , quod oratio porrigitur alicui duplicitate : uno modo , quasi per ipsum implenda ; alio modo sicut per ipsum imperanda . Primo quidem modo soli Deo orationem porrigitimus : quia omnes orationes nostræ ordinari debent ad gratiam , & gloriam consequendam ; quæ solus Deus dat , secundum illud Psal. lxxxiii. 12. *Gratiā , & gloriā dabit Dominus* .

Sed secundo modo orationem porrigitimus sanctis Angelis , & hominibus ; non ut per eos Deus nostras petitiones cognoscat ; sed ut eorum precibus , & meritis orationes nostræ fortiantur effectum . Et ideo dicitur Apocal. VIII. 4. quod *ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo* . Et hoc etiam patet ex ipso modo quo Ecclesia uititur in orando : nam a Sancta Trinitate petimus ut nostri misereatur ; ab aliis autem Sanctis quibuscumque petimus ut orent pro nobis (2) .

Ad primum ergo dicendum , quod illi soli impendimus orando religionis cultum , a quo querimus obtainere quod oramus , quia in hoc protestamur eum bonorum nostrorum auctorem ; non autem eis quos requiremus quasi interpellatores nostros apud Deum .

Ad secundum dicendum , quod mortui ea quæ in hoc mundo agantur , considerata eorum naturali conditione , non cognoscunt , & præcipue interiores motus . Sed Beatis , ut

Gregorius dicit in XII. Moral. (cap. xiv. ante med.) (3) in Verbo manifestatur illud quod decet eos cognoscere de eis quæ circa nos aguntur , etiam quantum ad interiores motus cordis , maxime autem excellentiam eorum decet ut cognoscant petitiones ad eos factas vel voce , vel corde : & ideo petitio-nes , quas ad eos dirigimus , Deo manifestante cognoscunt .

Ad tertium dicendum , quod illi qui sunt in hoc mundo , aut in purgatorio , nondum fruuntur visione Verbi , ut possint cognosce-re ea quæ nos cogitamus , vel dicimus : & ideo eorum suffragia non imploramus oran-do , sed a vivis petimus colloquendo .

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem destruas hæresim Eustachii , Huff , Oecolampadii , dicentium , sanctos non esse orandos . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , hanc merito damnari a Job 5. ut in argum. contr. Item a Concilio Aurelianensi cap. 23. *Rogationes , idest litanias , ante ascensionem Domini placuit celebrari* . Hæc ibi . Litanias etiam approbat concilium Tolestanum quintum cap. 1. Sextum cap. 2. Gerundense cap. 3. Bracarense cap. 9. Item a Gangreni cap. 20. si quis oblationes , que in locis , & basilicis martyrum celebrantur , sperandas esse crediderit , memoriasque sanctorum contenen-das : *Anathema sit* : Hæc ibi . Item a dictis per veritates aureas super legem veterem , Exod. 23. conclus. 3. & Numer. 21. conclus. 1. Tertio vides : quomodo &c.

Kk 2

A.R.

(1) De Angelis interpretatur Augustinus lib. unico annotationum in Job & eos invocando hinc insinuat : Quippe cum nondum tunc in cœlo sancti homines essent , non poterant (directe saltem) invocari sicut nunc ; Nec refert quod hæc dicat Eli-phias tantum Themanites , quia non minus invocationis illius usum probant : Sed en de re ac de hoc ipso loco qu. 172. art. 2. plura ex profeso dicentur .
(2) Quamvis in Agripina quadam ad B. Virginem Ecclesie inclameret , *Pecatorum misereare* , sed car-

tenuit tantum quia *mater misericordis* propter Christi partum est ; nec misericordia sensu dicitur quo Trinitas , quasi autoritatem habens .

(3) Non de motibus tamen cordis expresse ibi sed solummodo de actibus externis ; cum sic ait : *Quæ inuenis (nempe mentes) omnipotentis Dei claritatem uidens ; nullo modo credendum est quia sic foris ali-quit quod ignorent* : Etsi per ea quæ sunt foris , comparative ad essentiam Dei ; subintelligi potest quidquid ad creaturam spectat .

ARTICULUS. V. 442

*Utrum in oratione debeamus aliquid determinate
a Deo petere.*

*IV. dist. xv. quest. iv. art. 4. quest. i. &
opusc. iii. cap. cxi.*

AD quintum sic proceditur. Videtur quod in oratione nihil determinate a Deo petere debeamus. Quia, ut Damascenus dicit (Lib. III. Fid. orth. cap. xxiv. in princ.) *oratio est petitio decentiae a Deo*: unde inefficax est oratio per quam petitur id quod non expedit, secundum Illud Jac. IV. 3. *Petitis, & nos accipitis, eo quod male petatis* (1). Sed, sicut dicitur Rom. VIII. 26. *quid oremus, sicut oportet, nescimus*. Ergo non debemus aliquid orando determinate petere.

2. Præterea. Quicunque aliquid determinate ab alio petit, inititur voluntatem ipsius inclinare ad faciendum id quod ipse vult. Non autem ad hoc tendere debemus ut Deus velit quod nos volumus, sed magis ut nos velimus quod ipse vult, ut dicit Glossa (ord. Aug.) super illud Psal. xxxii. *Exultate justi in Domino* (2). Ergo non debemus aliquid determinate a Deo in oratione petere.

3. Præterea. Mala a Deo petenda non sunt; ad bona autem Deus nos invitat. Frustra autem ab aliquo petitur ad quod accipiendum invitatur. Ergo non est determinate aliquid a Deo in oratione petendum.

Sed contra est quod Dominus Matth. VI. & Luc. XI. docuit discipulos determinate petere ea quæ continentur in petitionibus orationis dominicae (3).

Respondeo dicendum, quod, sicut Maximus Valerius refert (4). *Socrates nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quans ut bona tribuerent: quia bi demum sci-*

rent, quid unicuique esset utile; nos autem plerumque id votis experimus quod non impetrasse melius foret.

Quæ quidem sententia aliqualiter vera est, quantum ad illa quæ possunt malum evenitum habere, quibus etiam homo potest male, & bene uti; sicut sunt dicitur, que, ut ibidem dicitur, *multis exitia fuere; bonores, qui complures pessimum dederunt; regna, quorum exitus sepe miserabiles cernuntur; splendida conjugia, que nonnumquam funditus domos eversunt.*

Sunt tamen quædam bona quibus homo male uti non potest, quæ scilicet malum eventum habere non possunt: hæc autem sunt quibus beatificamur, & quibus beatitudinem meremur: quæ quidem Sancti orando absolute petant, secundum illud Psal. lxxix. 4. *Ostende faciem tuam, & salvi erimus; & iterum Psal. cxviii. 35. Deduc me in semper mandatorum tuorum.*

Ad primum ergo dicendum, quod licet homo ex se scire non possit quid orare debat; Spiritus tamen, ut ibidem dicitur, in hoc adjuvat infirmitatem nostram, quod inspirando nobis sancta desideria, recte poluisse nos facit. Unde Dominus dicit Joan. IV. 24. (5) *quod veros adoratores adorare oportet in spiritu, & veritate.*

Ad secundum dicendum, quod cum orando petimus aliqua quæ pertinent ad nostram salutem, conformamus voluntatem nostram voluntati Dei: de qua dicitur I. ad Timoth. 2. *quod vult omnes homines salvos fieri.*

Ad tertium dicendum, quod sic ad bona Deus nos invitat, quod ad ea non passibus corporis, sed piis desideriis, & devotis orationibus accedamus.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu sane intelligi-

(1) *Quia nempe infinita tantum bona queruntur, nec ad sustentationem humanae fragilitatis, aut ibidein Beda, sed ad redundantiam libera voluntatis: ut & ex textu factio colligitur.*

(2) Propter id quod sequitur ibidem *Rector debet collaudatio;* quia recti sunt qui dirigunt eos secundum Dei voluntatem, ut ait ibi Augustinus ex quo sumpta est Glossa illa.

(3) *Paulo aliter tamen & plenius Matth. 6. vers. 9. quam Luc. 11. vers. 2. ac deinceps; ubi petitio-nes quædam defunt.*

(4) *Hoc est Valerius Maximus lib. 7. de sapientia dicit aut factus cap. 2. tit. de externis augo. 4.*

exemplis hic subjunctis præmittens: *Densissimis te- nebris involuta mortalium mens in quam latè patentes errores cascas precationes suas spargis! Tum subhiciens, Define igitur, stulen fucuris malorum roborum caulis quasi fallacissimis rôbus inhiaci regue totam celestium arbitrio committi; quia qui tribuerent bona ex facili solent; etiam eligere aptissima possunt.*

(5) *Sive paulo aliter & plenius. Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate: Spiritus est Deus; & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet. Veluti per instinctum Spiritus sancti verum cultum docentis doc.*

telligas, merito insinuatum in Scripturis, quod aliquid determinate a Deo postulare debemus. Ut Matth. 6. & Luc. 11. de petitib[us] sepm in oratione Dominica. Ibi sunt illa, quæ ad primam; & illa, quæ ad secundam conclusionem pertinent (ut videre est applicando articulum nonum) & ideo dixi ly per rationem in sensu sano intelligas. Seconde vides: quomodo &c.

ARTICULUS VI.

Utrum bono debeat temporalia posere a Deo orando.

IV. dist. xv. quest. iv. ex. 5. quest. L.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod homo non debeat temporalia petere a Deo orando. Quia enim orando peccamus, querimus. Sed temporalia non debemus querere: dicitur enim Matth. vi. 33. *Primum querite regnum Dei, & iustitiam ejus;* (1) & *hoc omnia adjicientur vobis,* scilicet temporalia: quæ non querenda dicit, sed adjicienda queritis. Ergo temporalia non sunt in oratione a Deo petenda.

2. Præterea. Nullus petit nisi ea de quibus est sollicitus. Sed de temporalibus sollicitudinem habere non debemus, secundum quod dicitur Matth. vi. 25. *Nolite solliciti esse anime vestre, quid manduceris.* Ergo temporalia petere non debemus orando.

3. Præterea. Per orationem nostram mens debet elevari in Deum. Sed petendo temporalia, descendit ad ea quæ infra se sunt, contra id quod Apostolus dicebat II. ad Cor. xvi. 18. *Non contemplans nobis quæ videntur, sed quæ non videntur:* quæ enim videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, eterna. Ergo non debet homo temporalia in oratione a Deo petere.

4. Præterea. Homo non debet petere a Deo nisi bona, & utilia; Sed quandoque temporalia habita sunt nociva, non solum spiritualiter, sed etiam temporaliter. Ergo non sunt in oratione a Deo petenda.

Sed contra est quod dicitur Prov. xxx. 8. *Tribue tantum, viciui meo necessaria.*

Respondeo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit ad Probam de orando Deum (epist. cxxx. al. cxxi. cap. xii.) (2) *Hoc licet orare quod licet desiderare.* Temporalia autem licet desiderare, non quidem principaliter, ut in eis finem constituamus, sed sicut quædam adminicula, quibus adjuvamur ad tendendum in beatitudinem, in quantum scilicet per ea vita corporalis sustentatur, & in quantum nobis organice deserviunt ad actus virtutum, ut etiam Philosophus dicit in L. Ethic. (3) Et ideo pro temporalibus licet orare.

Et hoc est quod Augustinus dicit ad Probam (loc. cit. cap. vi. & vii.) quod sufficientiam vita non indecenter vult quisquis eam vult, & non amplius: que quidem non appetitur propter seipsum, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis, ut non sit inconveniens eis cum quibus vivendum est. Ista ergo cum habentur, us neantur; cum non habeantur, us habentur orandum est.

Ad primum ergo dicendum, quod temporalia non sunt querenda principaliter, sed secundario. Unde Augustinus dicit in Lib. II. de serm. Dom. in monte (4) *Cum dixit, Illud primo querendum est* (scilicet regnum Dei) significavit, quia hoc (scilicet temporale bonum) posterius querendum est, non tempore, sed dignitate; illud tamquam bonum nostrum, hoc tamquam necessarium nostrum.

Ad secundum dicendum, quod non queri licet sollicitudo rerum temporalium est prohibita, sed superflua, & inordinata, ut supra habi-

(1) Non iustitiam Dei, quamvis ita explicat Gloria, ut per eum non per nos iusti simus; imo & Augustinus de sermone Domini in monte lib. 2. cap. 16. sic intelligat cum hinc infert quod iustitia Dei bonum nostrum est: Sed iustitiam regni Dei, ut ex græco contextu patet, ubi habetur nempe ðικαιοῦμενοῖς referendo ad foemineum βασιλεῖα non autem ἀντί, quasi ad ipsum Deum referatur: Et iustitiam regni Dei explicat author operis imperfecti super Matthæum homil. 18 viam pietatis per quam iter ad regnum; Inter opera Chrysostomi cuius nomine inscribitur, sed suppositio.

(2) Vel implicite tantum: *Pudent falso petere inquit* (quod non puden cupere.

(3) Velut ex cap. 8. prius indicabatur ad marginem, sed ex cap. 9. græco-latino vel cap. 13. in antiquis & apud S. Thomam leet. 13. colligitur; ubi proinde felicitas dicitur bonis externis non indigere.

(4) Nempe cap. 24. iuxta præcas Editiones, ut & prius indicabatur ad marginem; sed cap. 16. in modernis. Porro *necessarium nostrum* quoad præfens appellat propter necessitatem hujus vitæ: Alioqui *necessarium nostrum* vere ac simpliciter felicitas aeterna; ut ipsemet serm. 27. de verbis Domini super illud Luc. 10. *Unum est necessarium*, insinuat: Sed 26. exprefsis: *Unum necessarium, unum illud supernum &c.* Et familius Beda ibi solum *bamini necessarium* vocat.

habitum est (quæst. iv. art. 6.)

Ad tertium dicendum, quod quando mens nostra intendit temporalibus rebus, ut in eis quiescat, remanet in eis depressa; sed quando intendit eis in ordine ad beatitudinem consequendam, non ab eis deprimitur, sed magis elevatur sursum.

Ad quartum dicendum, quod ex quo non petimus temporalia tamquam principaliter quæsita, sed in ordine ad aliud, eo tenore a Deo petimus ipsa, ut nobis concedantur, secundum quod expedient ad salutem.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, insinuatum a Scripturis, quod a Deo licet petere temporalia orando. Ut Proverb. 30. secundum quod in argum. contr. Et Luc. 11. *Panem nostrum da nobis*, idest victualia, & vestimenta nobis necessaria da nobis. Item Genes. 28. ubi, etiam voto adjuncto (quod est intensissimi desiderii signum) oravit Jacob, dicens; *si dederit mibi Deus panem ad edendum, & vestimentum, quo operiar, &c.* Vide Veritates aureas super totam legem veterem, Gen. 28. concl. 4. pulcherrime exponentes *panem ad edendum*, &c. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S VII. 444

Utrum debeamus pro aliis orare.

III. P. quæst. XXI. art. 3. ad 3. & IV. dist. XV. quæst. IV. art. 4. quæst. 3.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod non debeamus pro aliis orare. In orando enim sequi debemus formam quam Dominus tradidit. Sed in oratione dominica petitiones pro nobis facimus, non pro aliis, dicentes, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie &c.* Ergo non debemus pro aliis orare.

2. Præterea. Ad hoc oratio fit ut exaudiatur. (1) Sed una de conditionibus quæ requiruntur ad hoc quod oratio sit exaudiibilis, est ut aliquis oret pro seipso: unde super illud Joan. XVI. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, Augustinus dicit (tract. cxi. a princ.) (2) „Exaudiuntur omnes pro seipsis, non autem „pro omnibus: unde non simpliciter dictum „est, *dabit*, sed *dabit vobis*. “ Ergo videtur quod non debeamus pro aliis orare, sed solum pro nobis.

3. Præterea. Pro aliis, si sint mali, prohibemur orare, secundum illud Hier. vii. 16. *Tu ergo noli orare pro populo hoc . . . & non obsecras mihi, quia non exaudiām te.* Pro bonis autem non oportet orare, quia ipsi pro se ipsis orantes exaudiuntur. Ergo videtur quod non debeamus pro aliis orare.

Sed contra est quod dicitur Jacobi v. 16. *Orate pro invicem, ut salvemini.* (3)

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) illud debemus orando petere quod debemus desiderare. Desiderare autem debemus bona non solum nobis, sed etiam aliis: hoc enim pertinet ad rationem dilectionis quam proximis debemus impendere, ut ex supra dictis patet (quæst. xxv. & xxvi.) Et ideo caritas hoc requirit ut pro aliis oremus.

Unde Chrysostomus (alius Auctor) dicit super Math. (hom. xiv. in op. imperf. parum a princ.) *Pro se orare necessitas cogit: pro altero autem caritas fraternalis sortatur.* Dulcior autem ante Deum est oratio, non quam necessitas transmittit, sed quam caritas fraternalis commendat.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Cyprianus dicit in Lib. de oratione dominica (inter princ. & med.) (4) ideo non dicimus Pater meus, sed noster, nec Da mihi sed da nobis, quia unitatis magister noluit privatim precem fieri, ut scilicet quis pro se tantum precetur: unum enim orare pro omnibus voluit, quoniam in uno omnes ipse portavit.

Ad

(1) Ex orantis intentione promissis Christi tam frequentibus nixa.

(2) Paulo aliter: *Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis; non autem pro omnibus vel amicis vel inimicis &c.*

(3) Vel juxta græcum ianæ ut sanemini: Sed intelligi quoque de sanitate mentis debet, juxta id quod præcedit, *Confitemini alteriusrum peccata verba:* Unde in lib. 50. homiliarum homil. 12. sic ex professo Augustinus, usurpans illud Pial. 40. *Jana*

animam meam &c.

(4) Sive paulo plenius & alia serie: *Pacis docto* atque unitatis magister signatim noluit & privatisse precem fieri, ut quis cum precatur, pro se tantum precetur: Non enim dicimus, Pater mens Da mihi, &c. Publica nobis & communis est oratio non pro uno sed pro toto populo &c. Deus pacis & concordie magister sic orare unum pro omnibus volebat quomodo in uno omnes ipse portavit.

Ad secundum dicendum, quod pro se orare ponitur conditio orationis, non quidem necessaria ad effectum merendi, sed sicut necessaria ad indeficientiam impetrandi. Contingit enim quandoque quod oratio pro alio facta non impetrat, etiamsi fiat pie, & perseveranter, & de pertinentibus ad salutem, propter impedimentum, quod est ex parte ejus pro quo oratur, secundum illud Hier. xv. 1. *Si sterint Moyses, & Samuil coram me, non est anima mea ad populum istum.* Nihilominus tamen oratio meritoria erit oranti, qui ex caritate orat, secundum illud Psal. xxxiv. 13. *Oratio mea in sinu meo converetur:* Glossa (interl.),, idest etsi non „eis prospicit, ego tamen non sum frustratus „mea mercede. (1)“

Ad tertium dicendum, quod etiam pro peccatoribus orandum est, ut convertantur, & pro justis, ut perseverent, & proficiant. Orantes tamen non pro omnibus peccatoribus exaudiuntur, sed pro quibusdam. Exaudiuntur enim pro praedestinatis, non autem pro praescitis ad mortem: sicut etiam correctio, qua fratres corrigitur, effectum habet in praedestinatis, non in reprobatis, secundum illud Eccle. vii. 14. *Nemo potest corrigerre quem Deus despicerit.* Et ideo dicitur I. Joan. v. 16. *Qui fecit fratrem suum peccare peccato non ad mortem, petat;* & dabitur ei vita peccantis non ad mortem. Sed sicut nulli, quandiu vivit hic, subtrahendum est correctionis beneficium, quia non possumus praedestinatos distinguere a reprobatis, ut Augustinus dicit in Lib. de corrept. & gratia (cap. xv. parum a princ.) ita etiam nulli est negandum orationis suffragium. Pro iustis etiam est orandum triplici ratione. Primo quidem quia multorum preces facilius exaudiuntur: unde super illud Rom. xv. *Adjucetis me in orationibus vestris,* dicit Glossa (2), Bene rogit Apostolus minores pro se „orare: multi enim minimi dum congregantur unanimes, fiunt magni; & multorum preces impossibile est quod non impetrant, illud scilicet quod est impetrabile. Secundo

ut ex multis gratia agatur Deo de beneficiis quae conferuntur iustis; quae etiam in utilitatem multorum vergunt, ut patet per Apostolum II. ad Corinth. 1. Tertio ut maiores non superbiant, dum considerant se minorum suffragiis indigere.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem tum directam, tum indirectam destruas errorem Joan. Wickeff. dicentis: orandum non esse pro aliqua particulari persona: Ergo nec pro aliis. Et haeresim Pelagii dicentis, orationes, quas facit Ecclesia pro infidelibus, & aliis peccatoribus, ut convertantur: sive pro fidelibus, ut perirent, frustra fieri. Ergo, cum nihil frustra debeat fieri orando, non est, secundum Pelagium, orandum pro aliis quibuscumque. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hos errores merito damnari a Domino Matth. 6. pater noster, &c. Vide ad primum & a Jacob. 5. ut in arg. cont. Et a veritatis aureis super legem veterem, Gen. 8. concl. 6. & c. 20. concl. 4. Item Exod. 8. concl. 3. Tertio vides: quoniam &c,

A R T I C U L U S VIII. 445

Utrum debamus pro inimicis orare.

III. dist. xxx. art. 2. corp. & vir. quest. II,
art. 8. corp. fin.

AD octavum sic proceditur. Videtur quod non debeamus pro inimicis orare. Quia ut dicitur Rom. xv. 4. *quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Sed in sacra Scriptura inducuntur multæ imprecatio[n]es contra inimicos: dicitur enim in Psalm. vi. 11. *Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei;* convertantur, (3) *& erubescant valde velociter.* Ergo & nos debemus orare

(1) Sic sola vetus manuscripta expresse: Sed moderna impresa interlinearis implicite dumtaxat sub his verbis, *Non sum frustratus: Collateralis autem ex Basilio, A Dso que potebam accipi: Et ex Theodoro: Pro precibus recipi postulata & gremium meum implivi: Ex ex Caffodoro quod oratio Christi non accepta Iudeis (quippe quem suscipere non querens) ab eum redieris.*

(2) Quantum ad initium quidem vetus dumtaxat Manuscripta: Quantum ad ea vero quae sequuntur quod multi &c. non vetus tantum sed moderna, ex Ambrosii suppositiū Commentario qui sub Ambrosiī distinctiona notio[n]e citari solet.

(3) Ex greco επιστραγίαις veluti subvortantur, & ad confusione[n]em, tempore conuersio[n]em, habeant qui eam soluerunt habere ad salutem.

orare contra inimicos nostros magis quam pro eis.

2. Præterea . Vindicare de inimicis , in malum inimicorum cedit . Sed Sancti vindictam de inimicis petunt , secundum illud Apoc. vi. 10. *Uisquequo non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra ?* (1) unde & de vindicta impiorum lètantur , secundum illud Psalm. lvii. 11. *Lètabitur iustus , cum viderit vindictam .* Ergo non est orandum pro inimicis , sed magis contra eos.

3. Præterea . Operatio hominis , & ejus oratio non debent esse contraria . Sed homines quandoque licite impugnant inimicos : alioquin omnia bella essent illicita ; quod est contra supra dicta (quest. xl. art. 1.) Ergo non debemus orare pro inimicis .

Sed contra est quod dicitur Matth. v. 44. *Orate pro persequentiibus , & calumniantibus vos .*

Respondeo dicendum , quod orare pro alio caritatis est , sicut dictum est (art. præc.) Unde eodem modo quo tenemur diligere inimicos , tenemur pro inimicis orare .

Qualiter autem teneamur inimicos diligere , supra habitum est in tractatu de caritate (quest. xxv. art. 8. & 9.) ut scilicet in eis diligamus naturam , non culpam : & quod diligete inimicos in generali est in præcepto ; in speciali autem nos est in præcepto , nisi secundum præparationem animi . ut scilicet homo esset paratus etiam specialiter inimicum diligere , & eum juvare in necessitatibus articulo , vel si veniam peteret . Sed in speciali absolute inimicos diligere , & eos juvare , perfectionis est .

Et similiter necessitatis est ut in communib[us] nostris orationibus , quas pro aliis facimus , inimicos non excludamus . Quod autem pro eis specialiter oremus , perfectionis est , non necessitatis , nisi in aliquo casu speciali .

Ad primum ergo dicendum , quod imprecatio[nes] que in sacra Scriptura ponuntur ,

quadrupliciter possunt intelligi . Primo secundum quod Prophetæ solent in figura imprecantis futura predicare , ut Augustinus dicit in Libr. I. de sermone Domini in monte (cap. xxii. circ. med.) (2) Secundo prout quedam temporalia mala peccatoribus quandoque a Deo in correctionem mittuntur . Tertio quia intelliguntur petere non contra ipsos homines , sed contra regnum peccati , ut scilicet correctione hominum peccata destruantur . Quarto conformando voluntatem suam divisione iustitiae circa damnationem perseverantium in peccato .

Ad secundum dicendum , quod , sicut in eodem Libro (3) Augustinus dicit , *vindicta Martyrum est ut evertatur regnum peccati , quo regnante tanta perpeccati sunt : vel , sicut dicitur in Libro de Qq. veteris , & novi testamenti (quest. lxviii.) postulant se vindicari , non voce , sed ratione ; sicut sanguis Abel clamavit de terra . Lètantur autem de vindicta non propter eam , sed propter divinam iustitiam .*

Ad tertium dicendum , quod licitum est impugnare inimicos , ut compescantur a peccatis ; quod cedit in bonum eorum , & aliorum : & sic etiam licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorum , ut corrigantur . Et sic oratio , & operatio non erunt contraria .

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem a fortiori destruas errorem *Pseudeorum* , ut refert Directorium inquis. 2. p. q. 5. dicentium ; quod inimicis obesse , licitum est . Et errorem *Gregorum* dicentium ; quod decipere inimicum , eique damnum inferre non est peccatum ; etiamsi ad id agendum perjuris , aut quovis mendacio quis jubarvet . Secundo habes : quomodo per rationem a fortiori ostendas , hoc merito damnari a Matth. 5. *Orate pro persequentiibus vos .* Item a Domino per exemplum suum , dum pro Actua-

(1) In persona interfectorum propter verbum *Dei* propter testimonium Jesu quod habebant ; nempe Martyrum beatorum qui per excellentiam testes Christi vocantur , ut ipsummet Martyrum nomen grecce sonat : Specialiter tamen sanctis Innocentibus applicat Augustinus , veluti loco Christi iussu Herodis interfectis ; ut videre est serm. 1. versus finem , sed expressius in serm. 3. qui est 73. in appendice de diversis : Et sic etiam Ecclesia usurpat in publico de illis officio quasi ad eos putet specialiter pertinere : Quamvis ad omnes quoque , qui martyrium propter Christum passi sunt , extendatur ; ut & ibidem insi-

nuat generaliter Augustinus , quantumvis præcipue subintelligi de primis illis velit .

(2) Vel in antiquis Augustini Exemplaribus 42. ubi præmittit quod Propheta (scilicet David) similia imprecatus est , non operantis vero , sed spiritus providens .

(3) Eodem ubi supra sermone versus finem cap. 22. in modernis vel 43. in antiquis . Quod autem subjungitur ut ex questionibus veteris & novi Testamenti , habetur quidem quest. 68. sed Augustini non est . Non voce porro sed ratione postulare dicuntur , quia ipse sanguis effusus id postulat , ut subjungitur ibi .

actualiter , atque immanissime se persequentibus , modisque quibusvis vilissime calumniantibus , oravit affectu maximo in Cruce ad Patrem , Exod. 23. Item a dictis supra , articulorum nu. 143. 227. Item a veritatis aureis super legem veterem , Exod. 23. conclus. 1. & Deut. 23. concl. 4. Tertio vides : quomodo &c.

ARTICULUS IX. 446

Utrum convenienter septem petitiones orationis dominicae assignentur.

III. dist. XXXIV. quest. I. art. 6. Et opus. III. cap. CCLIV. usque in fin. Et opus. VII.

AD nonum sic proceditur . Videtur quod inconvenienter septem petitiones orationis dominicae assignentur . Vanum enim est petere sanctificari illud quod semper est sanctum . Sed nomen Dei semper est sanctum , secundum illud Luc. 1. 49. *Sanctum nomen ejus :* (1) regnum etiam ejus est sempiternum , secundum illud Psalm. cxlv. 13. *Regnum tuum , Domine , regnum omnium secularium :* voluntas etiam Dei semper impletur , secundum illud Isa. xlvi. 10. *Omnis voluntas mea fiet .* Vanum ergo est petere quod nomen Dei sanctificetur , quod regnum ejus adveniat , & quod voluntas ejus fiat .

2. Præterea . Prius est recedere a malo , quam consequi bonum . Inconvenienter ergo videntur præordinari petitiones quæ pertinent ad consequendum bonum , petitionibus quæ pertinent ad amotionem mali .

3. Præterea . Ad hoc aliquid petitur ut donetur . Sed præcipuum donum Dei est Spiritus sanctus , & ea quæ nobis per ipsum dantur . Ergo videntur inconvenienter ponit petitiones , cum non respondeant donis Spiritus sancti .

Summ. S.Tb. Tom. VII.

(1) In Cantico B. Deiparæ Virginis Deum propter magna quæ sibi fecit magnificantis : Præter alia plura loca in quibus Dei nomen sic appellatur , sicut Psalm. 32. vers. 21. Psalm. 102. vers. 1. Psalm. 104. vers. 3. Psalm. 105. vers. 47. Psalm. 110. vers. 9. Psalm. 137. vers. 2. Psalm. 144. vers. 21. Sap. 10. vers. 20. Ecclesiast. 47. vers. 12. Esaiæ 57. vers. 15. &c.

(2) Puta , *Sanctificetur nomen tuum :* *Adveniat regnum tuum :* *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie :* *Dimitte nobis peccata nostra , sicutidem & sp̄c dimittimus omni debenti nobis :* *Et ne nos inducas in tentationem .*

4. Præterea . Secundum Lucam in oratione dominica ponuntur solum quinque petitiones , ut patet Luc. xi. (2) Superfluum ergo fuit quod secundum Matthæum septem petitiones ponuntur .

5. Præterea . Vanum videtur captare benevolentiam ejus qui benevolentia sua nos prævenit . Sed Deus sua benevolentia nos prævenit , quia ipse prior dilexit nos , ut dicitur I. Joan. IV. 19. Superflue ergo præmittitur petitionibus : *Pater noster , qui es in celis :* quod videtur ad benevolentiam captandam pertinere .

Sed in contrarium sufficit auctoritas Christi orationem instituentis . (3)

Respondeo dicendum , quod oratio dominica perfectissima est : quia , sicut Augustinus dicit ad Probam (epist. cxxx. al. cxxi. cap. xii.) *si recte , & congrueret oramus , nihil aliud dicere possumus , quam quod in ista oratione dominica possumus est .* Quia enim oratio est quodammodo desiderii nostri interpres apud Deum , illa recte solum orando petimus , quæ recte desiderare valemus . In oratione autem dominica non solum petuntur omnia quæ recte desiderare possumus , sed etiam eo ordine quo desideranda sunt ; ut sic haec oratio non solum instruat postulare , sed etiam sit informativa totius nostri affectus . Manifestum est autem quod primo cadit in desiderio nostro finis , deinde ea quæ sunt ad finem . Finis autem noster Deus est ; in quem noster affectus tendit dupliciter : uno quidem modo , prout volumus gloriam Dei ; alio modo , secundum quod volumus frui gloria ejus : quorum primum pertinet ad dilectionem qua Deum in seioso diligimus ; secundum vero pertinet ad dilectionem qua diligimus nos in Deo . Et ideo prima petitio ponitur , *Sanctificetur nomen tuum , per quam petimus gloriam Dei ;* secunda vero proponitur , *Adveniat regnum tuum , per quam petimus ad gloriam ejus pervenire .*

L1

Ad

(3) Hinc Cyprianus in Tract. de oratione dominica ut supra : *Quæ vera magis apud Patrem praetatio quam quæ a Filio qui est veritas de ejus ore prolatæ est ? Ut aliter orare quam docuit non ignorans sola sit , sed & culpa (Nempe contraria petendo quam docuit , vel substantiam petitionum immutando) Et mox : Oremus ergo sicut magister Deus docuit : Amica oratio est Deum de suo rogare , ad aures ejus ascendere Christi orationem : Agnoscas Pater filii sui verba ; & cum ipsum habeamus apud Patrem advocationum pro peccatis nostris , quando petimus pro delictis nostris , advocati nostri verba promamus &c.*

Ad finem autem prædictum nos ordinat aliquid dupliciter: uno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem bonum quod est utile in finem. Est autem aliquid utile in finem beatitudinis dupliciter. Uno modo directe, & principaliter (*) secundum meritum, quo beatitudinem meremur, Deo obediendo; & quantum ad hoc ponitur: *Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra.* Alio modo instrumentaliter, & quasi coadiuvans nos ad merendum; & ad hoc pertinet quod dicitur: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:* sive hoc intelligatur de pane sacramentali, cuius quotidianus usus proficit homini. (1) in quo etiam intelliguntur omnia alia sacramenta: sive etiam intelligatur de pane corporali, ut per panem intelligatur omnis sufficientia victus, sicut dicit Augustinus ad Probam (ut sup. cap. xi. in med.) quia & Eucharistia est præcipuum sacramentum, & panis est præcipius cibus: unde & in Evangelio Matthæi scriptum est, *Supersubstantiale*, idest *præcipuum*, ut Hieronymus exponit (super cap. vi. Matth.) (2)

Per accidens autem ordinamur in beatitudinem per remotionem prohibentis. Tria autem sunt quæ nos a beatitudine prohibent. Primo quidem peccatum, quod directe excludit a regno, secundum illud I. ad Cor. vi. 9. *Neque fornicari, neque idolis servientes &c. regnum Dei possidebunt.* & ad hoc pertinet quod dicitur: *Dimitte nobis debita nostra.* Secundo tentatio, quæ nos impedit ab observantia divina voluntatis; & ad hoc pertinet quod dicitur: *Et ne nos inducas in temptationem:* per quod non perimus ut non tentemur, sed ut a temptatione non vincamur, quod est in temptationem induci. Tertio pœnalitas præfens, ut quæ impedit sufficientiam vitæ, & quantum ad hoc dicitur: *Libera nos a malo.*

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut

Augustinus dicit in Lib. II. de serm. Dom. in monte (cap. v. in fin.) cum dicimus, *Sanctificetur nomen tuum, non hoc petitur;* quasi non sit sanctum nomen Dei, sed ut sanctum ab hominibus habeatur; quod pertinet ad Dei gloriam in hominibus propagandam. Quod autem dicitur, *Adveniat regnum tuum,* non ita dictum est, quasi Deus nunc non regnet; sed, sicut Augustinus dicit ad Probam (ut sup. cap. xi. ante med.) *desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut illud nobis veniat, atque in eo regnemus.* Quod autem dicitur, *Fiat voluntas tua,* recte intelligitur, ut obediat præceptis tuis: *sicut in celo, & in terra,* idest sicut ab Angelis, ita ab hominibus. Unde haec tres petitiones perfecte complebuntur in vita futura; aliz vero quatuor pertinent ad necessitatem vitæ præsentis, sicut Augustinus dicit in Enchir. (cap. cxv.)

Ad secundum dicendum, quod cum oratio sit interpres desiderii, ordo petitionum non respondet ordini executionis, sed ordini desiderii, sive intentionis; in quo prius est finis quam ea quæ sunt ad finem, & consecutio boni quam remotio mali.

Ad tertium dicendum, quod Augustinus in Libro II. de sermone Domini in monte (cap. xi.) adaptat septem petitiones donis, & beatitudinibus, dicens: *Si timor Dei est, quo beati sunt pauperes spiritu, petamus ut sanctificetur nomen Dei in hominibus timore casto.* *Si pietas est, quo beati sunt mites, petamus ut veniat regnum ejus, ut mitescamus, nec ei resisteremus.* *Si scientia est, quo beati sunt qui lugent, oremus ut fiat voluntas ejus;* & sic non lugebimus. *Si fortitudo est, quo beati sunt qui cœlunt, oremus ut panis noster quotidianus datur nobis.* *Si consilium est, quo beati sunt misericordes, debita dimittamus, ut nobis nostra dimittantur.* *Si intellectus est, quo beati sunt mun-*

(*) Nicolaj scilicet meritum quod beatitudinem meretur.

(1) Alludendo ad illud Ambrosij de Sacramentis lib. 5. cap. 4. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? Accipe quotidie quod quotidie tihi profitis: Sic vive ut quotidie merearis accipere.*

(2) Seu a Symmacho expositum indicat: *Quod nos* (inquit) *supersubstantiale expressimus, in greco habetur εὐινός quod verbum το.* Interpretes τεινον frequentissime transferunt (quasi circumsubstantiale) Consideravimus ergo in Hebreo, & ubique illi repūtōs expreſſerunt, nos invenimus Sogolla quod Symmachus ἐκάπετο (idest præcipuum egregium) translatis; licet in quodam loco peculiare sit interpretatus (quasi seorsim sepositum, sicut peculiaria vel præcipua solent) Quando ergo pessi-

mus ut peculiarem vel præcipuum nobis Deus tribuat panem, illum perimus qui dixit. Ego sum panis vivus quæ de calo descendit: Et mox: Pascimus & aliter supersubstantiale panem intelligere qui super omnes substanzias sit & omnes superer creaturas: Quasi sit idem ac supernaturalis, ut & alii putant. Quidni tamen intelligamus cum Augustino lib. de verbis Domini serm. 18. substantia advenientem sive superadditum, quia est substantia adjiciendus ad illius deperditionem restaurandam? Hoc enim significat εὐινός quod Matthæus & Lucas aequæ habent: Unde idem est apud illum supersubstantialis quod apud istum quotidianus, & ad nutritionem corporalem literaliter spectat, etiæ mystico sensu spiritualem, sive Eucharistiam significat.

Utrum orare sit proprium rationalis creaturae.

IV. dist. xv. quest. iv. art. 6. quest. 1. & 3.

AD decimum sic proceditur. Videtur quod orare non sit proprium rationalis creaturae. Ejusdem enim videtur esse petere, & accipere. Sed accipere convenit etiam personis increatis, scilicet Filio, & Spiritui sancto. Ergo etiam eis convenit orare: nam & Filius dicit Joan. xiv. 16. *Ego rogado Patrem meum:* & de Spiritu sancto dicit Apostolus (Rom. viii. 26.) *Spiritus postulat pro nobis.*

2. Præterea. Angeli sunt supra rationales creature, cum sint intellectuales substantiae. Sed ad Angelos pertinet orare: unde in Psalm. xcvi. 8. dicitur: *Adorate eum omnes Angeli ejus* (2). Ergo orare non est proprium rationalis creaturae.

3. Præterea. Ejusdem est orare cuius est invocare Deum; quod præcipue fit orando. Sed brutis animalibus convenit invocare Deum, secundum illud Psalm. cxlv. 9. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & puluis corvorum invocantibus eum.* Ergo orare non est proprium rationalis creaturae.

Sed contra. Oratio est actus rationis, ut supra habitum est (art. 1. hujus quest.) Sed rationalis creatura a ratione dicitur. Ergo orare est proprium rationalis creaturae.

Respondeo dicendum, quod, sicut ex supra dictis patet (ibid.), oratio est actus rationis, per quem aliquis superiore deprecatur, sicut imperium est actus rationis, quo inferior ad aliquid ordinatur. Illi ergo proprius competit orare cui convenit rationem habere, & superiorem, quem deprecari possit. Divinis autem personis nihil est superiorius; bruta autem animalia non habent rationem.

Unde neque divinis personis, neque brutis animalibus convenit orare; sed proprium est rationalis creaturae.

L 1 2 Sed

(1) Quia vel hoc est a diabolo liberari (ut intelligunt Greci ἀνὸ τοῦτο a maligno) vel a quo-cunque malo quo nos premittat ut tenter, sicut explicat Cyprianus: *Comprehendentes (inquit) adversa cuncta que contra nos mulierit inimicus, ut nos ab illis Deus liberet &c.*

(2) Nec male adorare probantur ut probentur orare: Nemo enim adorat qui non oret: Vel certe ne-

mo ejus conditionis est ut adoret, qui non sit ejus quoque conditionis ut egeat orare pro se vel pro aliis eum quem adorat: Sicut & e conversi quisquis orat, adorationem orationi jungit ut decentius oret, vel facilius impetrare quod orat possit: Unde adoratio & oratio passim simul junguntur in Scriptura: Ut Esaiæ 45. vers. 14. *Te adorabunt, seque deprecabuntur:* Matth. 20. vers. 30. *Adorans & petens &c.*

Ad primum ergo dicendum, quod divinis personis convenit accipere per naturam; orare autem est accipientis per gratiam. Dicitur autem Filius rogare, vel orare secundum naturam assumptam, scilicet humanam, non secundum divinam; Spiritus autem sanctus dicitur postulare, quia postulantes nos facit (1).

Ad secundum dicendum, quod intellectus, & ratio non sunt in nobis diversæ potentiaz, ut in I. habitum est (quest. lxxix. art. 8.) differunt autem secundum perfectum, & imperfectum. Et ideo quandoque intellectuales creaturæ, quæ sunt Angeli, distinguuntur a rationalibus, quandoque autem sub rationalibus comprehenduntur. Et hoc modo dicitur orare esse proprium rationalis creaturæ.

Ad tertium dicendum, quod (2) pulli corvorum dicuntur invocare Deum, propter naturale desiderium, quo omnia suo modo desiderant consequi bonitatem divinam. Sic etiam bruta animalia dicuntur Deo obediens, propter naturalem instinctum, quo a Deo moventur.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem, quasi ex suppositione, exclusas eritores *Gnosticorum*, & *Manicheorum* dicentium: bestias omnes esse rationis capaces; & æque, ut hominem, non solum sentire, sed etiam intelligere. Per hoc enim, quod concluditur hic: bruta nulla posse orare ex eo quod non habent rationem: supponitur e diametro contrarium erroris predicti; atque ideo error ipse tanquam ex suppositione damnatur. Secundo habes: quomodo per conclusum hic, scilicet per hoc, quod bruta non orant, ostendas, errorem illum merito dannari a dictis in I. p. q. 75. ar. 3. & q. 93. ar. 2. cum *Elucid.* Item a Veritaribus aureis super legem veterem, Gen. I. concil. 15. Tercio vides: quomodo &c.

(1) Prout in nobis recta desideria causat, quæ per orationem explicamus; quia nihil aliud est oratio quam desideriorum explicatio; sicut in eum locum ipsomet S. Thomas explicat lect. 5.

(2) Vel. sicut ibi Theodoretus, Clamor emissus propter necessitatem petitionem imitatur; cum alioquin non sit natura corvorum rationis particeps, nec rationis ductu opificem invocet: Sed sic ibidem: Augustinus. Ne cogiteris (inquit) irrationalē animam invocare Deum: Non novit anima invocare Deum nisi sit rationalis: In figura hoc accipe diuum:

Utrum Sancti qui sunt in patria, orant pro nobis.

IV. diff. XV. quest. IV. art. 6. quest. 2. & xlvi. quest. III. art. 3.

AD undecimum sic proceditur. Videtur quod Sancti qui sunt in patria, non orant pro nobis. Actus enim alicujus magis est meritorius sibi quam aliis. Sed Sancti qui sunt in patria, non merentur sibi, nec pro se orant, quia jam sunt in termino constituti. Ergo etiam neque pro nobis orant.

2. Præterea. Sancti perfecte suam voluntatem Deo conformant; ut non velint nisi quod Deus vult. Sed illud quod Deus vult, semper impletur. Ergo frustra Sancti pro nobis orarent.

3. Præterea. Sicut Sancti qui sunt in patria, sunt superiores nobis, ita & illi qui sunt in purgatorio, quia jam peccare non possunt. Sed illi qui sunt in purgatorio, non orant pro nobis, sed magis nos pro eis. Ergo nec Sancti qui sunt in patria, pro nobis orant.

4. Præterea. Si Sancti qui sunt in patria, pro nobis orarent, superiorum Sanctorum esset efficacior oratio. Non ergo debet implorari suffragium orationum Sanctorum inferiorum, sed solum superiorum.

5. Præterea. Anima Petri non est Petrus. Si ergo animæ Sanctorum pro nobis orarent, quandiu sunt a corpore separatae, non deberemus interpellare sanctum Petrum ad ordinum pro nobis, sed animam ejus: cuius contrarium Ecclesia facit. Non ergo Sancti, ad minus ante resurrectionem, orant pro nobis.

Sed contra est quod dicitur II. Machab. ult.

Nempe de Gentilibus qui sunt pulli corvorum quia fides illorum ex Judæis, ut ibi prolixus explicat. Paulo aliter autem Cassiodorus pullos corvorum qui vescuntur celesti rore ac paternos futuros beneficio etatis ignorant, intelligit filios perversorum qui paternam vitam innocentem munera non sequuntur: Additum quod bi foli Deum invocant qui regulas Scripturarum nulla heretica pravitate subvertunt: Tunc concludit: Hoc nisi ad homines referas, invocare Dominum quomodo potest pullis convenire corvorum?

ult. 14. (1) *Hic est qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate, Hieremias Propheta Dei.*

Respondeo dicendum, quod, sicut Hieronymus dicit (Lib. cont. Vigilant. ante med.) Vigilantii error fuit, quod *dum vivimus, mutuo pro nobis orare possumus; postquam autem mortui fuerimus, nullius pro alio sit exaudienda oratio; praeferim cum Martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes impetrare ne queant.*

Sed hoc est omnino falsum: quia cum oratio pro aliis facta ex caritate proveniat, ut dictum est (art. 7. & 8. hujus quest.) quanto Sancti qui sunt in patria sunt perfectioris caritatis, tanto magis orant pro viatoriis, qui orationibus juvari possunt; & quanto sunt Deo conjunctiores, tanto eorum orationes sunt magis efficaces: habet enim hoc divinus ordo, ut ex superiorum excellentia in inferiora refundatur, sicut ex claritate Solis in aerem. Unde & de Christo dicitur Hebr. viii. 25. (*) *Accedens per semetipsum ad Deum ad interpellandum pro nobis.* Et propter hoc Hieronymus contra Vigilantium (loc. sup. cit.) dicit: *Si Apostoli, & Martyres abduc in corpore constituti, quando pro se abduc debent esse solliciti, pro aliis orant; quanto magis post coronas, victorias, & triumphos?*

Ad primum ergo dicendum, quod Sanctis qui sunt in patria, cum sint beati, nihil deest beatitudinis, nisi gloria corporis, pro qua orant. Orant autem pro nobis, quibus deest beatitudinis ultima perfectio (2): & eorum orationes habent efficaciam impetrandi ex praecedentibus eorum meritis, & ex divina acceptatione.

Ad secundum dicendum, quod Sancti impetrant illud quod Deus vult fieri per orationes eorum: & hoc petunt, quod estimant eorum orationibus implendum secundum Dei voluntatem.

Ad tertium dicendum, quod illi qui sunt in purgatorio, et si sunt superiores nobis propter impeccabilitatem, sunt tamen inferiores quantum ad peccatas quas patiuntur; & secundum hoc non sunt in statu orandi, sed magis ut oretur pro eis.

Ad quartum dicendum, quod Deus vult inferiora per omnia superiora juvari: & ideo oportet non solum superiores, sed etiam inferiores Sanctos implorare; alioquin esset solius Dei misericordia imploranda. Contingit tamen quandoque quod imploratio inferioris Sancti efficacior sit, vel quia devotius imploratur, vel quia Deus vult ejus sanctitatem declarare.

Ad quintum dicendum, quod quia Sancti viventes meruerunt ut pro nobis orarent, ideo invocamus eos nominibus quibus hic vocabantur, quibus etiam nobis magis innotescunt: & iterum propter fidem resurrectionis insinuandam, sicut legitur Exod. iii. 6. *Ego sum Deus Abraham &c. (3).*

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a Scripturis insinuatum: quod sancti orant pro nobis; ut 2. Macb. ult. Secundum quod jacet in arg. cont. Et 2. Pet. 1. *Dabo operam; & frequenter babere vos post obitum meum.* Ubi ad planam litteram promittit orationes suas fidelibus, postquam mortuus fuerit. Unde ex B. Hieron. de viris illustribus, & Egesippo, & Lino habentur ista verba: „*Simeon Petrus migravit ad Christum. Mox autem apparuerunt ibi viri sancti, nimio splendore accincti, quos nemo unquam viderat; qui dixerunt ad populum: Gaudete, quia intercessorem magnum, & continuum meruiflis habere apud Christum.* „ Hæc ex illis antiquissimis Patribus. Item contra similes Vigilan-

tio

(1) In ea nempe visione Onis Pontificis quam suis militibus Judas Machabæus narravit, ut ad pugnam cum Nicanore committendam eos fortius animaret. Machabœorum porro libros Augustinus lib. 29. de Civit. Dei cap. 36. canonicos agnoscit & agnoscit ab Ecclesia notat, sicut in Hebraeorum canone non sint: Ut & lib. 2. contra epistolam Gaudentii cap. 23. *Sanctam scripturam* illos vocat; sicut & ante ipsum Cyprianus divinam appellavit; ut epist. 54. seu lib. 1. Epistolarum epist. 3. videtur est; ubi ut in Scriptura divina dictum refert, *Es verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in terra erit & in verme:* Habetur autem lib. 1. Machab. cap. 2. vers. 6.:

(2) *Vulgata*: Salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis.

(3) Essentialis puta, quam ipsi jam in celo per visionem Rei beatificam consequuti sunt; quamvis ultima perfectio accidentalis eis deficit, quia corporis gloriam complectitur. Orant ergo pro nobis ut eandem qua jam fruuntur felicitatem attingamus: quippe jam de sua immortalitate securi, sed abduc de nostra salute solliciti, ut libro de mortalitate verius finem loquitur Cyprianus; præter alia quæ hac de re in Supplemento qu. 71. ex professo dicentur.

(3) Ex quo infertur Matth. 22. vers. 32. *Non est Deus mortuorum sed viventium.*

tio hæreses negantes , orare sanctos pro nobis : vide Veritates aureas super legem veterem , Numer. II. concl. I. Item supra in hac 2. 2. artic. num. 44L Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS XII. 449

Utrum oratio debeat esse vocalis.

*III. dist. IX. quest. I. art. 3. quest. 3. ad 3.
& IV. dist. XV. qu. IV. ar. 2. quest. I.*

AD duodecimum sic proceditur.. Videtur quod oratio non debeat esse vocalis. Oratio enim , sicut ex dictis patet (art. 4. hujus quest.) (1) principaliter Deo porrigitur . Deus autem locutionem cordis cognoscit . Frustra ergo vocalis oratio adhibetur .

2. Præterea . Per orationem mens hominis debet in Deum ascendere , ut dictum est (art. I. hujus quest. ad 2.) Sed voces retrahunt homines ab ascensu contemplationis in Deum , sicut & alia sensibilia . Ergo in orationibus non est vocibus utendum .

3. Præterea . Oratio debet offerri Deo in occulto , secundum illud Matth. vi. 6. *Tu autem cum oraveris , intra in cubiculum tuum , & clauso ofcio ora Patrem tuum in abscondito* (2). Sed per vocem oratio publicatur . Ergo oratio non debet esse vocalis .

Sed contra est quod dicitur in Psalm. cxli. 1. *Voce mea ad Dominum clamavi , voce mea ad Dominum deprecatus sum.*

Respondeo dicendum , quod duplex est oratio , communis , & singularis . Communis quidem oratio est quæ per ministros Ecclesiæ in persona totius fidelis populi Deo offertur : & ideo oportet quod talis oratio innoteat toti populo , pro quo profertur ; quod non posset fieri , nisi esset vocalis : & ideo rationabiliter institutum est ut ministri Ecclesiæ hujusmodi orationes etiam alta voce pronun-

tient , ut ad notitiam omnium possint pervenire .

Oratio vero singularis est quæ offertur a singulari persona cuiuscumque , sive pro se , sive pro aliis orantibus : & de huiusmodi orationis necessitate non est quod sit vocalis .

Adjungitur tamen vox tali orationi , tripli ratione . Primo quidem ad excitandam interiorem devotionem , qua mens orantis elevetur in Deum : quia per exteriora signa sive vocum , sive etiam aliquorum factorum movetur mens hominis secundum apprehensionem , & per consequens secundum affectionem . Unde Augustinus dicit ad Probam (epist. cxxx. al. cxxi. cap. ix. circ. princ.) quod *verbis , & aliis signis ad augendum desiderium sanctum nosipos acrius excitamus* . Et ideo in singulari oratione tantum est vocibus & hujusmodi signis utendum , quantum proficit ad excitandum interius mentem . Si vero mens per hoc distrahatur , vel qualitercumque impediatur , est a talibus cessandum : quod præcipue contingit in his quorum mens sine hujusmodi signis est sufficienter ad devotionem parata . Unde Psalmista Psal. xv. 8. dicebat : *Tibi dixit cor meum , exquisivit te facies mea : & de Anna legitur I. Reg. I. 13. quod loquebatur in corde suo . Secundo adjungitur vocalis oratio , quasi ad redditionem debiti , ut scilicet homo Deo serviat secundum illud totum quod ex Deo habet , id est non solum mente , sed etiam corpore : quod præcipue competit orationi , secundum quod est satisfactoria . Unde dicitur Olez ultim. 3. *Omnem aufer iniquitatem , & accipe bonum ; & reddemus vitulos tabiorum nostrorum* (3). Tertio adjungitur vocalis oratio ex quadam redundantia ab anima in corpus , ex vehementi affectione , secundum illud Psalm. xv. 9. *Lactatum est cor meum , & exaltavit lingua mea.**

Ad primum ergo dicendum , quod vocalis oratio non profertur ad hoc quod aliquid ignotum Deo manifestetur ; sed ad hoc quod mens

(1) Juxta definitionem orationis ex Damasceno ibi allatum , quod sit *ascensus mentis in Deum* &c.

(2) Sic dictum putat Cyprianus (orationem dominicam explicans) ut si uiam Dominum sue plenissime maiestatis occulta penetrare : Isaac Abb. 5. apud Cassianum Collat. 9. ut silenter orantes insidiosibus nostræ salutis inimicis petitionis nostræ intentionem occultemus ; vel in penetratia nostri cordis intrantes ab affectu temporalium , que per sensum carnalem intrant , intentionem nostram retrahimus : Author operis imperfici , ut non clamosa voce sed po-

tius recta conscientia Deum oremus : Hieronymus , non tantum ut inanem gloriam fugiamus orando , sed compressis labiis & inclusa pectoris cogitatione instar Annae precemur &c. Ejus nempe de qua mox , & quæ sua oratione Samuelem filium impetravit .

(3) Quasi sacrificia labiorum ex hebraico Parim , pro quo 70. Peerim similitudine vocabuli legentes rediderunt fructum labiorum καρπὸν κείμενον ut Hieronymus ibi notat , & sic etiam ad Hebreos 13. vers. 15. ab Apostolo usurpatur .

mens orantis, vel aliorum excitetur in Deum.
Ad secundum dicendum, quod verba ad aliud pertinentia distrahunt mentem: & impediunt devotionem orantis; sed verba significantia aliud ad devotionem pertinens, excitant mentes, præcipue minus devotas.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Chrysostomus (alias Auctor.) dicit super Matth. (hom. xiiii. in op. imperf. inter med. & fin.) eo proposito Dominus verat in conventu orare, ut a conventu videatur. Unde transnibil novum facere debet, quod aspiciunt homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus expandendo. Nec tamen, ut Augustinus dicit in Lib. II. de sermone Domini in monte (cap. iiiii. in princip.) (1) videri ab hominibus nefas est; sed ideo hoc agere, ut ab hominibus videaris.

A P P E N D I X.

Ex articulo habes primo : quomodo per rationem destruas hæresim *Turris lupinorum* dicentium : orandum non esse vocaliter , sed mentaliter tantum . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , hæresim hanc merito damnari a *Psi.* ut in arg. *contr.* Item a *Jo.* 17. *Sublevatis oculis JESUS in celum dixit :* *Pater, venit hora, clarifica filium tuum &c.* super quo *D. Aug.* in hom. inquit . „ Poterat Dominus noster unigenitus , & coæternus patri , in forma servi , & ex forma servi si hoc opus esset , orare silentio : sed ita se Patri exhibere voluit precatorem , ut minisset se esse nostrum doctorem . Prinde , quam fecit orationem pro nobis , notam fecit & nobis : quoniam tanti magistri nostri non solum apud ipsos sermocinatio , sed etiam pro ipsis ad Patrem oratio , discipulorum est ædificatio . „ Hæc ille . Item ab *Hebr.* 5. „ Qui in diebus carnis suæ preces , supplicationesque ad eum , qui posset illum salvum facere a morte , cum clamore valido , & lacrymis offerens , exauditus est pro sua reverentia . „ De hoc clamore valido

(1) Vel in antiquis Editionibus cap. 6. ut prius ad marginem; ubi ostium quoque quod claudi debet carnalem sensum interpretatur, cui resistendum est cum oramus.

(2) Vel sicut supra ex Damasco *ascensus mentis* juxta græcum rū. Sed perinde est vel parum refert: Nisi quod mentis nomen magis expresse ad affectum referri simul potest.

(3) Nempe in constitutionibus monasticis ad Cœnobitas & ad Solitarios pertinentibus, cap. 1. cuius

in orationibus factis in cruce habemus *Matth.*
26. *Mar.* 15. *Luc.* 23. *Joann.* 19. Item ab ecclesiæ
sanctæ Catholicæ universalissima antiquissima,
utpote a tempore Apostolorum incepta,
consuetudine decantandi horas psal. Davidici,
orando communiter, cui orationi astantes po-
puli respondebant, *Amen*. Et quomodo re-
spondissent, immo & respondere potuissent
orationibus Antistitum, *Amen*: nisi oratio-
nes illas audissent? & quomodo illas externis
auribus audissent, nisi Primores illi sancti
vocaliter exterius illas protulissent? Legant
hist. eccles. tripartitam, constitutiones Apo-
stol. libris per Papam *Clem. I.* sanctum, &
mart. digestas *Turritupini* cum asseclis suis:
si forte a brutali suo ululatu contra vocales
orationes, vel ignominioso pudore suffusi
convertantur in bonum. Vide sup. art. nu.
432. Tertio vides quomodo &c.

ARTICULUS XIII. 450

*Utrum de necessitate orationis sit quod sit
assenta.*

AD decimum tertium sic proceditur. Videatur quod de necessitate orationis sit quod sit attenta. Dicitur enim Joan. IV. 24. *Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare.* Sed oratio non est in spiritu, si non sit attenta. Ergo de necessitate orationis est quod sit attenta.

2. Præterea . Oratio est *ascensus intellectus* (2) *in Deum* . Sed quando oratio non est at-tenta , intellectus non ascendit in Deum . Ergo de necessitate orationis est quod sit at-tenta .

3. Præterea . De necessitate orationis est quod careat omni peccato . Sed non est absque peccato quod aliquis orando evagatio- nem mentis patiatur : videtur enim deridere Deum ; sicut si alicui homini loqueretur , & non attenderet ad ea quæ ipse proferret : unde Basilius dicit (3) quod *divinum auxilium* est

*titulus ac tenor est quod oratio debet rebus omnibus
anteponi: Non in sermone cuius titulus est, Institu-
tio ad vitam perfectam nec de orando Deum ut no-
tabatur prius. Quid autem argumento Sed contra
subiungitur, ad cordis delinquum ex vehementi qua-
dam afflictione pertinere literaliter adjuncta insinuat:
Sed hoc accommodari potest, ut ad evagationem per-
tineat. Hinc Augustinus ibi: Quid mirum est si cor
a Deo desertum sit quando seipsum deseruit?*

est implorandum non remisso , nec mente buc vel illuc evagante ; eo quod talis non solum non impetrabit quod petit , sed etiam magis Deum irritabit . Ergo de necessitate orationis videtur quod sit attenta .

Sed contra est quod etiam sancti viri orando quandoque evagationem mentis patiuntur , secundum illud Psal . xxxix . 13 . *Cor meum dereliquit me .*

Respondeo dicendum , quod quæstio hæc præcipue habet locum in oratione vocali . Circa quam sciendum est , quod necessarium dicitur aliquid dupliciter . Uno modo per quod melius pervenitur ad finem : & sic attentio absolute orationi necessaria est .

Alio modo aliquid dicitur necessarium sine quo res non potest confequi suum effectum . Est autem triplex effectus orationis . Primus quidem communis omnibus actibus caritate informatis , quod est mereri : & ad hunc effectum non ex necessitate requiritur quod attentio adit orationi per totum ; sed vis primæ intentionis , qua aliquis ad orandum accedit , reddit totam orationem meritoram , sicut in aliis meritoriis actibus accedit .

Secundus autem effectus orationis est ei proprius , quod est impetrare : & ad hunc etiam effectum sufficit prima intentio , quam Deus principaliter attendit . Si autem prima intentio defit , oratio nec meritoria est , nec impetrativa : illam enim orationem Deus non audit , cui ille qui orat , non intendit , ut Gregorius dicit (1)

Tertius autem effectus orationis est quem præsentiliter efficit , scilicet quædam spirituallis refectionis mentis : & ad hoc de necessitate requiritur in oratione attentio . Unde dicitur I. Cor. xiv. 14 . *Si orem lingua , mens mea sine fructu est .*

Sciendum tamen , quod triplex est attentio quæ orationi vocali potest adhiberi : una quidem , qua attenditur ad verba , ne aliquis in eis erret ; secunda , qua attenditur ad sensum verborum ; tercia , qua attenditur ad finem orationis , scilicet ad Deum , & ad rem pro qua oratur : quæ quidem est maxime necessaria ; & hanc etiam possunt habere idiotæ :

& quandoque intantum abundat hæc intentio qua mens fertur in Deum , ut etiam aliorum omnium mens obliviscatur , sicut dicit Hugo de Sancto Victore . (2)

Ad primum ergo dicendum , quod *in spiritu , & veritate orat qui ex instinctu Spiritus ad orandum accedit , etiam si ex aliqua infirmitate mens postmodum evagetur .*

Ad secundum dicendum , quod mens humana propter infirmitatem naturæ diu stare in alto non potest , pondere enim infirmitatis humanæ deprimitur anima ad inferiora : & ideo contingit quod quando mens orantis ascendit in Deum per contemplationem , subito evagetur ex quadam infirmitate .

Ad tertium dicendum , quod si quis ex proposito in oratione mente evagetur , hoc peccatum est (3) & impedit orationis fructum . Et contra hoc Augustinus dicit in Regula (sc. epist. cxxi. al. cix. parum ante med.) *Psalmis , & hymnis cum oratis Deum , hoc versetur in corde quod profertur in ore . Evagatio vero mentis quæ fit præter propositum orationis fructum non tollit . Unde Basilius dicit (loc. cit. in arg.) Si vero debilitatus a peccato fixe nequis orare , quantumcumque potes , stipe sum cobibeas ; & Deus ignoscit : eo quod non ex negligentia , sed ex fragilitate non potes , us oportet , assistere coram eo .*

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito a Scripturis insinuatum ; quod intentio est necessaria in oratione ; ut Psal. 41. *Apud me oratio Deo vita mea .* Nam oratio tunc dicitur esse apud aliquem , quando ipse intendit corde , quod profert ore . Item per hoc , quod vituperantur hi , qui non attendunt orationi , Mar. 7. *Populus hic labiis me honorat , cor autem eorum longe est a me .* Et Psal. 108. *Oratio ejus fuit in peccatum .* Ejus , idest , per negligentiam non attendentis orationi , juxta illud Jerem. 48. *Maledictus , qui facit opus Dei negligenter .* Et inter opera Dei nonne magnum valde est orare

(1) Ubiunque quoad sensum lib. 22. Moral. cap. 13. Sed sic expresse Hugo in illud Augustini *Orationibus instate* , Chrysostomus etiam homi. 19. ut supra : *Ji nec nos ipsi preces nostras audimus quomodo Deum ut audiat rogamus ?*

(2) Imo amplius , quod ex abundantia devotionis ita mens accenditur , ut cum se ad Deum postularum converterit , pre amoris magnitudine petitionis es-

iam sua obliviscatur &c. ex cap. 2. libri de modo orandi circa medium .

(3) Quanto magis cum quidam silentium chori fugientes intendunt exterius colloquitionibus laicorum ; dumque auditum ad indebitos sermones effundunt , aures intentas ad divina non porrigitur ? ut cap. Dolentes . Extra de celebr. Miss. reprehendit Innocent. 3. & sub pena suspensionis interdit .

orare : secundum quod legis ex art. 2. ad 3. & art. 3. ad 3. De praedicta negligentia vide hic in responsi ad 3. quod scilicet Basilius fragilitatem quandam excusat quidem quodammodo : negligentiam vero non item, immo potius (si dicta ejus penetres) accusat. Vide Veritates aureas super legem veterem, Genes. 49. concl. 1. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS XIV. 451

Utrum oratio debeat esse diuturna.

IV. dist. xv. quest. iv. art. 2. quest. 2. & 3.
& Rom. 1. lett. 5. & I. Cor. III. & I.
Theff. v. lett. 2. fin.

AD quartumdecimum sic proceditur. Videatur quod oratio non debeat esse diuturna. Dicitur enim Matth. vi. 7. *Orantes nolite mulum loqui.* Sed oportet multum loqui diu orantem, præsternit si oratio sit vocalis. Ergo non debeat esse oratio diuturna.

2. Præterea. Oratio est explicativa desiderii. Sed desiderium tanto est sanctius, quanto magis ad unum restringitur, secundum illud Psal. xxvi. 4. *Unam peti a Domino, hanc requiram.* Ergo & oratio tanto est Deo acceptior, quanto est brevior.

3. Præterea. Illicitum videtur esse quod homo transgredietur terminos a Deo præfixos, præcipue in his quæ pertinent ad cultum divinum, secundum illud Exod. xxx. 21. *Conferat populum, ne forte velit transcedere propositos terminos* (1) *ad videndum Dominum,* & *pereat ex eis plurima multitudo.* Sed a Deo præfixus est nobis terminus orandi per institutionem orationis dominicæ, ut patet Matth. vi. Ergo non licet ultra orationem pretendere.

4. Sed contra. Videtur quod continue sit orandum: quia Dominus dicit Luc. xviii. 2. *Oportet semper orare, & non desistere;* & Summ: S. Th. Tom. VII.

I. ad Thessal. v. 17. *Sine intermissione orate.*

Respondeo dicendum, quod de oratione duplice loqui possumus & uno modo secundum seipsum; alio modo secundum causam suam. Causa autem orationis est desiderium caritatis, ex quo procedere debet oratio: quod quidem in nobis debet esse continua vel actu, vel virtute: (2) manet enim virtus hujus desiderii in omnibus quæ ex caritate facimus. Omnia autem debemus in gloriam Dei facere, ut dicitur I. ad Corinth. x. Et secundum hoc oratio debet esse continua. Unde Augustinus dicit ad Probam (epist. cxxx. al. cxxi. cap. ix. in princ.) *In ipso fide, spe, & caritate continuato desiderio semper oramus.*

Sed ipsa oratio secundum se considerata non potest esse assidua, quia oportet aliis operibus occupari; sed sicut Augustinus dicit ibid. *ideo per certa intervalla horarum, & temporum etiam verbis rogamus Deum, ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumque in hoc desiderio proficerimus nobis ipsi insotescamus, & ad hoc augendum nos ipsos acerius excitemus.*

Uniuscujusque autem rei quantitas debet esse proportionata fini, sicut quantitas potionis sanitati. Unde & conveniens est ut oratio tantum duret, quantum est utile ad excitandum interioris desiderii fervorem. Cum vero hanc mensuram excedit; ita quod sine tædio durare non possit, non est ulterius oratio pretendenda. Unde Augustinus dicit ad Probam (epist. cxxx. al. cxxi. cap. x.) *Dicuntur fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen brevissimas, & raptim quodammodo jaculatas; ne illa vigilanter ercta, que oranti plurimum necessaria est, per productiones moras evanescat, atque hebetetur intentio: ac per hoc etiam ipsi satis offendunt, hanc intentionem sicut non efficiuntendam, (3) si perdurare non potest, ita si per-*

(1) Terminos tantum vers. 21. sed propositos ex adjunctis oportet intelligi: Præmissum enim erat vers. 12. ex persona ipsius Dei Moysen alloquentis, *Descedens Dominus coram omni plebe super montem Sinai;* consuetusque terminos populo per circuitum &c. Quod & Moyses vers. 23. hinc resumens Deum sic alloquitur: *Tu testificatus es & jussisti dicens: Posse terminos circa montem, & sanctifica illum &c.*

(2) Non quasi possit esse re ipsa continuum quantum ad actum quandiu sumus in hac vita, sed quia ejus continuitas actum aliquem præsupponit, qui etsi secundum se non duret semper, sed per impedimen-

ta hujus vitæ interpoletur multoties, virtualiter tamen perseverat, nisi expresse per contrarium actum revocetur. Quo sensu Augustinus in Psal. 37. super illud ex vers. 9. *Domine ante Te omne desiderium meum.* sic ait: *Ipsum desiderium tuum oratio tua est: Et, si continuum desiderium tuum, continua est oratio, &c. ut infra.*

(3) Vel sicut non est obtundenda, ut Augustini textus habet; non ut prius hic in omnibus Exemplaribus passim non esse obviendum: Sensus enim est non esse violenter urgandam seu cogendam intentionem ad longius perseverandum si præ languore id non potest.

si perduraverit, non cito esse rumpendum.

Et sicut hoc est attendendum in oratione singulari per comparationem ad intentionem orantis, ita etiam in communi oratione per comparationem ad populi devotionem.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit ad Probam (epist. cit. cap. x.) non est hoc orare in multiloquio, si diuisus oretur. Aliud est sermo multis, aliud diuernus affectus. Num & de ipso Domino scriptum est, quod pernoctaverit in orando, & quod prolixius oraverit, ut nobis præbere exemplum (1). Et postea subdit: Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa preceatio, si fervens perseverat intentio. Nam multum loqui, est in orando rem necessariam superfluis agere verbis; multum autem precari, est ad eum quem precamur, diurna, & pia cordis excitatione pulsare. Plerumque autem hoc negotiorum plus gemitis quam sermonibus agitur (2).

Ad secundum dicendum, quod prolixitas orationis non consistit in hoc quod multa petantur, sed in hoc quod affectus continetur ad unum desiderandum.

Ad tertium dicendum, quod Dominus non instituit hanc orationem, ut his solis verbis uti debeamus in orando, sed quia ad hanc sola imprestanda debet tendere nostræ orationis intentio, qualitercumque ea proferamus, vel cogitemus.

Ad quartum dicendum, quod aliquis continue orat vel propter continuatem defidet, ut dictum est (in corp. art.) (3) vel quia non intermitit quin temporibus statutis oret, vel propter effectum sive in ipso orante, qui etiam post orationem remanet magis devorus, sive etiam in alio, pura cum aliquis suis beneficiis provocat alium ut pro se oret, etiam quando ipse ab orando cessat, & quiescit.

A P P E N D I X.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem destruas errorem Psallianorum dicentium semper esse orandum, & nunquam ab oratione actuali cessandum. Hos D. Aug.

A R.

(1) Sive plenius: *Ubi quid aliud quam nobis prædebat exemplum; in tempore precator opportunus, cum Patre exauditor eternus?*

(2) Debeat prius brevis clausula ista, sicut & præcedens appendix: *Multum autem precari &c. tametsi ad seriem necessaria videretur, sicut ex Augustini textu reponimus, nec omittitur in catena aurea*

libr. de ber. c. 57. refert tantum orare, ut increibile sit dictu. Item errorem Inzabbatorum dicentium: nullam orationem esse admittendam, nullaque orandi formulas, præter eam, quam Dominicam appellamus. Secundo habes quomodo per rationem ostendas, prædictos errores merito a communi experientia tum jure naturali, tum jure divino approbato, & consequenter ab his ipsis juribus, condemnari. Experimur enim, necessarium nobis esse manducare, bibere, dormire, curam familiaris, prout diversa negotia, tam intus, quam foris, exposcunt, gerere: cum quibus impossibile est, orationem vocalem perdurare. Jure vero naturali de talibus omnibus præcipi, patet: quoniam & brutis animalibus, quæ solum instinctu naturæ ducentur, prædicta convenient. De jure autem divino ista mandante, patet Gen. 1. ubi in escam homini assignantur fructus, herbae, &c. Et 9. ubi coassignantur eidem ad idem carnes animalium. Et 1. Timoth. 5. Si qua vidua filios, aut nepotes habet, discat primum regre domum suam, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infidelis deterior. Item 2. Timoth. 3. Si quis domini sue præesse nescit: quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Item a SS. Ecclesiæ Doctribus, Greg., Ambrosio, Aug., Hieronymo, Thoma de Aquino: qui tot orationes dicendas instituerunt, tot collectas composuerunt, tot psalmis, hymnis, & canticis Deum orandum esse, & verbis, & exemplis, tum præsentes, tum subsequentes docuerunt: qui tot officia divina, & in primis illud de corpore Christi, pro diversis festis in Dei laudem ab orantibus catholicis solemniter persolvenda sanxerunt. Item & ab Apostolis damnatum ipsum errorem Inzabbatorum didicimus per hoc: quod solemnia Missarum concelebrarunt, celebrarique a posteris debere mandaverunt: in quibus multæ orationes præter Dominicam reperiuntur. Nota sunt omnia hæc: ut citare loca originalia non sit opus. Tertio vides: quomodo &c.

S. Thomæ Matth. 6.

(3) Hinc Augustinus post prædicta in Pl. 37. Non enim frustra dixit Apostolus. Sine intermissione orantes: *Nunguid sine intermissione genu fleximus, corpus prosterimus, manus levamus? Est alia incertior sive intermissione oratio que est desiderium &c.*

ARTICULUS XV. 452

Utrum oratio sit meritoria.

*Sup. art. 7. ad 2. IV. dist. xv. quest. iv.
art. 7. quest. 2. per tot. & quest.
3. co. & ad 3.*

AD decimumquintum sic proceditur. *Vi-*
detur quod oratio non sit meritoria. Omne enim meritum procedit a gratia. Sed oratio præcedit gratiam, quia etiam ipsa gratia per orationem impetratur, secundum illud *Luc. xi. 13. Pater noster de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se.* Ergo oratio non est actus meritorius.

2. Præterea. Si oratio aliquid meretur, maxime videtur mereri illud quod orando petitur. Sed hoc non semper meretur: quia multoties etiam Sanctorum orationes non exaudiuntur; sicut Paulus non est exauditus petens a se removeri stimulum carnis. Ergo oratio non est actus meritorius.

3. Præterea. Oratio præcipue fidei innitiatur, secundum illud *Jacob 1. 6. Postulete autem in fide nihil hesitans.* Fides autem non sufficit ad merendum, ut patet in his qui habent fidem informem. Ergo oratio non est actus meritorius.

Sed contra est quod super illud *Psalm. xxxiv. Oratio mea in sinu meo convertetur,* dicit *Glossa*, „(1) Et si eis non profuit, ego „tamen non sum mea mercede frustratus.“ „Meres autem non debetur nisi merito. Ergo oratio habet rationem meriti.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. 13. hujus quest.) oratio præter effectum spiritualis consolationis, quam præfertiliter assert, duplice habet virtutem respectu futuri effectus, scilicet virtutem merendi, & virtutem impetrandi.

Oratio autem, sicut & quilibet aliis actus virtutis, habet efficaciam merendi, inquan-

tum procedit ex radice caritatis, cuius proprium objectum est bonum æternum, cuius fruitionem meremur. Procedit tamen oratio a caritate, mediante religione, cuius est actus oratio, ut dictum est (art. 3. hujus quest.) concomitantibus etiam quibusdam aliis virtutibus (2) quæ ad bonitatem orationis requiruntur, scilicet humilitate, & fide. Ad religionem enim pertinet ipsam orationem Deo offerre; ad caritatem vero pertinet desiderium rei cuius complementum oratio petit. Fides autem est necessaria ex parte Dei, quem oramus, ut scilicet credamus, ab eo nos posse obtinere quod petimus. Humilitas autem est necessaria ex parte ipsius petentis, qui suam indigentiam recognoscit. Est etiam & devotio necessaria; sed haec ad religionem pertinet, cuius est primus actus necessarius ad omnes consequentes, ut supra dictum est (quest. præc. art. 1. & 2.)

Efficaciam autem impetrandi habet ex gratia Dei, quem oramus, qui etiam nos ad orandum inducit. Unde Augustinus dicit in Libro de verbis Domini (serm. v. cap. IV. & serm. xxix. cap. 1. in fin.) Non nos horaretur ut peteremus, nisi dare vellet: & Chrysostomus dicit (3) Numquam oranti beneficia denegat qui ut orantes non deficiant, sua pie-tate instigat.

Ad primum ergo dicendum, quod oratio sine gratia gratum faciente meritoria non est, sicut nec aliquis alias actus virtuosus. E tamen etiam oratio quæ impetrat gratiam gratum facientem, procedit ex aliqua gratia, quasi ex gratuito dono: quia ipsum orare est quoddam donum Dei, ut Augustinus dicit in Libro de perseverantia (cap. xxiiii. ad fin.)

Ad secundum dicendum, quod ad aliud principaliter respicit meritum orationis quandoque quam ad id quod petitur. Meritum enim præcipue ordinatur ad beatitudinem; sed petitio orationis directe se extendit quandoque ad aliqua alia, ut ex dictis patet

M m 2 (art.

(1) Scilicet vetus manuscripta expresse, sed moderna sive impressa non sic: ut jam supra plenius art. 7. notatum est. Aliter tamen Beda in eum Psalmum: *Quamvis non omnibus prosit, apparebit in omnibus conversis in sinum meum* (id est in sinum Christi) *per fidem, per spem, per caritatem, per ecclesiastica instituta.*

(2) Non tantum illis quæ hic specialiter exprimuntur, quæ orationi essentiales vel intrinsecæ ut sic; nimur fides, humilitas, & devotio; sed etiam aliis quæ indicantur in progressu, veluti ex ad-

juncto vel ex parte orantis requisitæ; nimur iustitia, misericordia & perseverantia &c.

(3) In Chrysostomi operibus modernis non occurrit: Ideo autem ex Catena græcorum Patrum annotamus, quia in catena aurea sua refert etiam S. Thomas qui & cætera super Lucam inde passim usurpat, ut ex professo ibi annotavi, & ex veteris graci Manuscripti collatione sum expertus: Hanc porro partem nec in originali quod sola 12. capita continet, explorare licuit, nec eam habet Corderius in Supplemento suo, sed aliquid simile quoad sensum.

(art. 6. & 7. hujus quæst.) Si ergo illud aliud quod petit aliquis pro seipso, non sit ei ad beatitudinem utile, non meretur illud; sed quandoque hoc petendo, & desiderando, meritum amittit; puta si petat a Deo complementum alicujus peccati, quod est non pie orare. Quandoque vero non est necessarium ad salutem, nec manifeste saluti contrarium: & tunc licet orans possit orando mereri vitam æternam, non tamen meretur illud obtinere quod perit. Unde Augustinus dicit in Libro sententiarum Prospcri (1) *Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus hujus vitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur.* Quid enim infirmo sit utile, magis novit medicus quam agrotus. Et propter hoc etiam Paulus non fuit exauditus petens amoveri stimulum carnis, quia non expediebat. Si vero id quod petitur, sit utile ad beatitudinem hominis, quasi pertinens ad ejus salutem, meretur illud non solum orando, sed etiam alia bona opera faciendo: & ideo indubitanter accipit quod petit, sed quando debet accipere. *Quedam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differuntur,* ut Augustinus dicit super Joan. (tract. cxi. paullo a princ.) Quod tamen potest impediri, si in petendo non perseveret. Et propter hoc dicit Basilius (in Lib. conilit. Monast. cap. i. vers. fin.) *Idzò quandoque petis, & non accipis, quia perpetuam postulasti, vel infideliter, vel leviter, vel non conferentia tibi, vel destristi.* Quia vero homo non potest alii mereri vitam æternam ex condigno, ut supra dictum est (1. 2. quæst. cxiv. ar. 6.) ideo per consequens nec ea quæ ad vitam æternam pertinent, potest aliquando aliquis ex condigno alteri mereri. Et propter hoc non semper ille auditur qui pro alio orat, ut supra habitum est (art. 7. hujus quæst. ad 2. & 3.) Et ideo ponuntur quatuor conditiones, quibus concurrentibus, semper aliquis impetrat quod petit; ut scilicet pro se petat, necelaria ad salutem, pie, & perseveranter.

Ad tertium dicendum, quod oratio innititur principaliter fidei, non quantum ad efficaciam merendi, quia sic innititur principaliter caritati, sed quantum ad efficaciam imprestandi: quia per fidem habet homo notitiam omnipotentiaz divinæ, & misericordiz ex quibus oratio impetrat quod petit.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem tum directam, tum indirectam ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, quod oratio est meritoria. Ut in Psalm. 34. cum glossa: secundum quod extenditur in argum. contr. Item in Matth. 6. *Ora patrem tuum in abscondito; & pater tuus, qui vides in abscondito, reddet tibi,* scilicet mercedem æternam. De mercede namque loquitur contextus per ly *recepérunt mercedem suam* & per hanc temporalem, tanquam ab oppositis, designat æternam dandam oranti modo illi hypocitarum opposito. Cave tamen diligenter: ne ex his cadas in heresim Adelphi, sive Psallianorum, ut refert Gabriel Prateolus tit. *Enthusiasma, & Historia tripartita.* li. 7. c. 1. tantum meriti orationi tribuentium, ut dicentes; quod oratio sola sufficit ad vitam æternam habendam; etiamsi baptismus, & reliqua omnia desint. Et, quod oratio sola sedula dæmonem vernaculum & familiarem, ejicit ex baptizato, nihil baptisante efficiente. Et, quod oratio sola sufficit ad omnia peccata delenda, ac bona reconcilianda, absque aliis pietatis exercitiis; etiam sine baptismo: ostendit enim articulus præsens; quod gratia gratum faciens præexistit orationi ad merendum. Et hæc gratia sine baptismo non potest haberri, & multo minus vita æterna, juxta illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest videre regnum Dei.* Et consequenter non possunt deleri peccata sine baptismo;

(1) Seu quas ex Augustino ipso colligit Prosper, ut Sent. 212. videre est: Non indicatur unde porro ibi sumpta sit, sed ex ser. 13. de verbis Domini quoad aliquam partem sumpta videri potest, ubi ait: *Quid obist & quid proste, medicus novit non agrotus:* Ut & Tract. 73. in Joannem: *Novit medicus quid pro sua, quid contra salutem suam poscas agrotus;* & ideo contraria poscentis non facit voluntatem ut faciat sanitatem: Et similia Tract. 6. in 1. epist. Joanais, ubi de Apostolo etiam ait, ut hic: *Tene-*

se fratres, ejus exemplum qui non est exauditus ad voluntatem, sed exauditus ad salutem: Et inferius: *Diabolus petist sanctum virum tentandum, & accipit (Job 1.) Petit apostolus ut auferretur ab eo stimulus carnis, & non accipit: Sed apostolus magis exauditus est quam diabolus: Nam apostolus exauditus est ad salutem, et non ad voluntatem: Diabolus exauditus est ad voluntatem, sed ad damnationem &c.*

ptismo , cum sine graria non deleantur .
Secundo vides quomodo &c.

ARTICULUS XVI. 453

Utrum peccatores orando impetrant aliquid a Deo .

*Inf. quest. clxxviii. art. 2. ad 1. & post.
quest. vi. art. 9. ad 5. & Joan.
iv. lect. 3.*

AD sextumdecimum sic proceditur . Videatur quod peccatores orando non impetrant aliquid a Deo . Dicitur enim Joan. 31. *Scimus quia peccatores Deus non audit : quod consonat ei quod dicitur Proverb. xxviii. 9. Qui declinat aures suas, ne audias legem, oratio ejus erit execrabilis .* (1) Oratio autem execrabilis non impetrat aliquid a Deo . Ergo peccatores non impetrant aliquid a Deo .

2. Præterea . Justi impetrant a Deo illud quod merentur , ut supra habitum est (art. præc. ad 2.) Sed peccatores nihil possunt mereri , quia gratia carent , & etiam caritate , quæ est virtus pietatis , ut dicit Glossa (vetus interl. implic.) II. ad Timoth. III. super illud , *Habentes quidem speciem pietatis virtutem autem ejus abnegantes :* (2) & ita non pie orant ; quod requiritur ad hoc quod oratio impetrat , ut supra dictum est (art. præc. ad 2.) Ergo peccatores nihil impetrant orando .

3. Præterea . Chrysostomus (alias Auctor) dicit super Matt. (3) *Pater non libenter audit orationem quam Filius non dictavit .* Sed in oratione quam Christus dictavit , dicitur : *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris :* quod peccatores non faciunt . Ergo vel mentiuntur hoc dicentes , & sic non sunt exauditione digni ; vel si non dicant , non exaudiuntur , quia

formam orandi a Christo institutam non servant .

Sed contra est quod Augustinus dicit super Joannem (tract. xliv. a med.) *Si peccatores non exaudires Deus, frustra publicanus dixisset : Domine, propitius esto mihi peccatori :* & Chrysostomus (4) dicit super Matth. *Omnis qui petit, accipit ; ideo scire justus sit, sive peccator .*

Respondeo dicendum , quod in peccatore duo sunt consideranda , scilicet natura , quam diligit Deus , & culpa , quam odit . Si ergo peccator orando aliquid petit , inquantum peccator , ideo secundum desiderium peccati ; in hoc a Deo non auditur ex misericordia , sed quandoque auditur ad vindictam , dum Deus permittit peccatorem adhuc amplius ruere in peccata . Deus enim *quedam negat propitiis, que concedit iratus* , ut Augustinus dicit (tract. lxxii. in Jo. a princ. & de verb. Dom. serm. l. cap. viii. cit. fi.) (5)

Orationem vero peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentem Deus audit , non quasi ex justitia , quia peccator hoc non meretur sed ex pura misericordia (vid. art. præc. ad 1.) observatis tamen quatuor præmissis conditionibus (art. præc. ad 2.) ut scilicet profeta petat , necessaria ad salutem , pie , & perseveranter .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut Augustinus dicit super Joan. (tract. 44. a med.) illud verbum est cæci adhuc inuncti , (6) ideo nondum perfecte illuminati ; & ideo non est ratum : quanvis possit verificari , si intelligatur de peccatore , inquantum est peccator : per quem etiam modum oratio ejus dicitur execrabilis .

Ad secundum dicendum , quod peccator non potest pie orare , quasi ejus oratio ex habitu virtutis informetur ; potest tamen ejus oratio esse pia quantum ad hoc quod petit aliquid ad pietatem pertinens ; sicut ille qui non habet habitum justitiae , potest aliquid justum velle , ut ex supra dictis patet (quest. lviii.)

(1) *Imo execratio ipsa vel abominationis bdelvysua ut Aquila , Symmachus , Theotolio reddunt : 70. vero, ipse orationem suam execrabilem vel abominabilem facit , vers. 9.*

(2) Expressius ex manuscripta & veteri quam ex moderna sive impressa colligitur .

(3) Non verus Chrysostomus qui nihil tale habet , sed suppositius in opere super Mattheum imperfecto cum dominicam orationem explicat homil. 14. post medium .

(4) Sive author operis imperfecti hom. 18. ubi &

addit : *Tantum petere non dubitet , querere non negligat , pulsare non cesset ; cum constet neminem sperni nisi quis petere dubitaverit &c. Ne forte ut permittitur aliqui peccatorum audiencetes Petere dicant : Ista facere bortatur dignos ; nos autem indigni etsi persistimus non proinde accipiemus &c.*

(5) Paulilum immutata serie utrobique .

(6) Ubi addit : *Si enim peccatores Deus non exaudiret , frustra ille publicanus diceres , Propitius esto mihi peccatori : Et ista confessio meritis sufficiatissimum quomodo ista cæcus illuminationem &c.*

lviij. art. 1. ad 3. (1) Et quamvis ejus oratio non sit meritoria , potest tamen esse imperativa : quia meritum innititur iustitiae , sed imperatio innititur gratiae .

Ad tertium dicendum , quod , sicut dictum est (art. 7. hu. quæst. ad 1.) oratio dominica profertur ex persona communis totius Ecclesiaz : & ideo si aliquis nolens dimittere debita proximo , dicat orationem dominicam , non mentitur , quamvis hoc quod dicit , non sit verum quantum ad suam personam : est enim verum quantum ad personam Ecclesiaz , extra quam est merito , & ideo fructus orationis caret . Quandoque tamen aliqui peccatores parati sunt debitoribus suis dimittere : & ideo ipsi orantes exaudiuntur , secundum illud Eccli. xxviii. 2. Relinque proximo tuo nocenti te , (2) & tunc deprecanti tibi peccata solventur .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto intelligas , merito insinuatum esse a scripturis , & B. Chrys. quod peccatorum orationes exaudiuntur , & non exaudiuntur . Quod sic ; ut , de latrone dextro Luc. 23. de Cornelio nondum baptizato Act. 10. a BB. Augustino , & Chrysost. in argu. cont. Quod non : ut de Antiocho 2. Macha. 9. de non audiendis legem Proverb. 28. A B. Chrysost. Homil. sup. Mat. 22. Colonus diaboli auxilium Dei et si querit , non inveniet . Vidisti aliquando euntem ad furem Deum orare , us bene prosperetur in furto ? Aut qui uadis ad fornicationem nunquid signum crucis sibi ponit in fronte ut non compreendendasur in crimen ? Quod si fecerit : non juvat : quia nescit iustitia Dei petrociniū dare criminib⁹ . Hec ille . Ad hunc locum possunt facere , si bene applicentur , dicta in q. 10. art. 4. Secundo vides quomodo &c.

ARTICULUS XVII. 454

Utrum convenienter dicantur esse orationis partes , obsecraciones , orationes , postulationes , & gratiarum actiones .

IV. dist. xv. quæst. iv. an. 3. & Philip. iv. & I. Tim. 14.

AD decimumseptimum sic proceditur . Videlicet detur quod inconvenienter dicantur esse orationis partes , obsecraciones , orationes , postulationes , & gratiarum actiones . Obsecratio enim videtur esse quedam adjuratio . Sed , sicut Origenes dicit super Matth. (3) non oportet quod vir qui uult secundum Evangelium vivere , adjuret alium : si enim jurare non licet , nec adjurare . Ergo inconvenienter ponitur obsecratio orationis pars .

2. Præterea . Oratio secundum Damascenum (Lib. III. orth. Fid. cap. xxiv. in princ.) est petitio decentium a Deo . Inconvenienter ergo orationes contra postulationes dividuntur .

3. Præterea . Gratiarum actiones pertinent ad præterita : alia vero ad futura . (4) Sed præterita sunt priora futuris . Inconvenienter ergo gratiarum actiones post alia ponuntur .

In contrarium est authoritas Apostoli I. ad Tim. 11. (5)

Respondeo dicendum , quod ad orationem tria requiruntur . Quorum primum est ut orans accedat ad Deum , quem orat ; quod significatur nomine orationis : quia oratio est ascensus intellectus in Deum . Secundo requiritur petitio , quæ significatur nomine postulationis : sive petitio proponatur determinatae quod quidam nominant proprie postulationem ; (6) sive indeterminate , ut cum quis petit juvari a Deo , quod nominant supplicationem ; sive solum factum narretur , secundum illud Joan. xi. 3. Ecce quem amas , confirmatur (7) quod

(1) Äquivalenter & implicite ; cum dicitur non sufficere ad iustitiam si quis ad horam iuste aliquid agat : Non sicut prius qu. 10. art. 4. ubi tantum aliquod bonum opus esse posse dicitur sine fide : Quamvis alterum ex altero consequi videatur .

(2) Sic in accusativo alibi s̄pō in Scriptura ; imo & apud Plautum in comedia quæ inscribitur Miles .

(3) Ut ex homilia ultima prius indicabatur ad marginem , sed expressius notari potest ex Tract 35. ubi explicat illud , Adjuro te per Deum vivum &c.

(4) Supple obsecraciones , orationes , postulationes .

(5) Ubi sic ait vers. 1. Obsecro primum omnium fieri obsecraciones , orationes , postulationes , gratiarum actiones pro omnibus hominibus , pro Regibus & omnibus qui in sublimitate sunt &c.

(6) Quamvis græcum p̄tr̄v̄s interpolaciones allivertant .

(7) Sic sorores Lazari negotianti renuntiari Christo jubent ; Quod expendens ibidem Augustinus Tr. 49. in Joannem ; Nos dixerunt (inquit) Veni : Amanti enim tantummodo nuntiandum fuit : Et pauclo post : Sufficit ut noveris ; Non enim amas & desieris .

quod vocant *insinuationem*. Tertio requiriatur ratio imperandi quod petitur: & hoc vel ex parte Dei, vel ex parte petentis. Ratio quidem imperandi ex parte Dei est ejus sanctitas, propter quam petimus exaudiri, secundum illud Dan. ix. 17. *Propter temeritatem tuam inclina Deus mens aurem tuam & ad hoc pertinet obsecratio, quæ est per sacra contestatio; sicut cum dicimus: Per nativitatem tuam libera nos Domine.* Ratio vero imperandi ex parte petentis est *gratiarum actio*: quia de acceptis beneficiis gratias agentes, meremur accipere potiora, ut in collecta dicitur. (1) Et ideo dicit *Glossa* (ord. super illud, *Obsecrations, orationes &c.*) I. ad Tim. 11. quod in *Missa obsecrations sunt qua precedunt consecrationem*, in quibus quædam sacra commemorantur; *orationes sunt in ipsa consecratione*, in qua mens maxime debet elevari in Deum; *postulationes autem sunt in sequentibus petitionibus: gratiarum actiones in fine.*

In pluribus etiam Ecclesiæ collectis hæc quatuor possunt attendi: sicut in collecta Trinitatis, quod dicitur, *Omnipotens sempiterne Deus*, pertinet ad orationis ascensum in Deum: quod dicitur, *Qui dedisti familiis suis &c.* pertinet ad gratiarum actionem: quod dicitur, *Presta quesumus &c.* pertinet ad postulationem: quod in fine ponitur, *Per Dominum nostrum &c.* pertinet ab obsecracionem. (*) In collationibus autem Patrum (collat. ix. cap. xi. xii. & xiii.) dici-

tur; *Obsecratio est imploratio pro peccatis: oratio, cum aliquid Deo vovemus: postulatio, cum pro aliis petimus: gratiarum actio, quam per ineffabiles excessus mens Deo referuntur. Sed primum melius est.*

Ad primum ergo dicendum, quod obsecratio non est adjuratio ad compellendum, quæ prohibetur, sed ad misericordiam implorandum.

Ad secundum dicendum, quod oratio communiter sumpta includit omnia quæ hic dicuntur; sed secundum quod contra alia dividitur, importat propriæ ascensum in Deum.

Ad tertium dicendum, quod in diversis præterita præcedunt futura; sed aliquid unum & idem prius est futurum quam sit præteritum. Et ideo gratiarum actio de aliis beneficiis præcedit postulationem; sed idem beneficium prius postulatur, & ultimo cum acceptum fuerit, de eo gratiæ aguntur: postulationem autem præcedit oratio, per quam acceditur ad Deum, a quo petimus: orationem autem præcedit obsecratio, qua ex consideratione divinae bonitatis ad eum audemus accedere.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: qomodo per rationem ostendas, merito a scripturis, fuisse insinuatum, quod præmissa quatuor, scilicet *obsecratio, oratio*, ut dicit ascensum men-

(1) *Nimirum in Post communione unius Confessoris & Pontificis ubi potius postulatur, Presta quesumus omnipotens Deus ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente Beato &c. beneficia potiora sumamus.* Glossa autem quæ subjungitur, paullo aliter quam hic obsecrations vel precatio-nes vocat *omnia illa quæ sunt ante consecrationem*, id est quidquid præcedit in *Missarum solemnis usque ad illum locum ubi incipit Sacerdos consecrare mysteria corporis & sanguinis Domini*; sive precatio-nes quas facimus in celebrati ne sacramentorum antequam illud quod est in *Domini mensa*, incipit benedic-*orationes, quas fundit Sacerdos in ipsa consecratione Eucaristie*, id est cum benedicitur & sanctificatur quod est in *Domini mensa*; postulationes vel interpellationes, cum populus ab *Episcopo benedicatur qui super eum invocat nomen Domini &c.* Vel postulationes quando quæ ex debito aliquid postulatur, ut quod hic geritur, in *eterna vita perficiatur: gratiarum actio de peractis quæ solum concludit, quæ rotum sit a Deo; ut. Benedicamus Domino &c.* Vel obsecrations adjurations pro rebus difficultibus, ut pro conversione impii & removendis malis; orationes, ut quando jam conversis virtutes & bona orantur, postulationes, ut quando jam justis gloria &c.

legit oratur; gratiarum actio de omnibus: Partim ex Augustino ad Paulinum epist. 59. qu. 5. super hæc verba ex professo, & partim ex Aymone ibidem.

(*) *Ita mss. & editi omnes præter Nicolaj quæ nec habet.* In collationibus autem Patrum (coll. ix. ex Isaac Abbe cap. xi. & seqq.) „ *Obsecratio est imploratio, seu petitio pro peccatis: quia vel pro presentibus vel pro præteritis admisis suis unusquisque compunctus veniam deprecatur. Oratio est cum aliquid vovemus Deo, vel offerimus cum renuntiantes huic mundo, spondemus nos tota cordis intentione Domino servituros; cum pollicemur nos purissimam corporis castitatem, seu immobilem patientiam exhibituros perpetuo, vel cum de corde nostro radices iræ, seu tristitiae mortem operantes funditus eruendas vovemus. Postulatio, cum pro aliis petimus, vel quam dum sumus in fervore spiritus constituti solemus emittere, pro caris nostris vel pro totius mundi pace poscentes &c. Gratiarum actio quam per ineffabiles excessus mens Deo refert, cum præterita Dei recolit beneficia, vel præsentia contemplatur, vel quanta Deus iis qui diligunt eum, præparaverit in tuturum prospicit &c.* Sed primum est melius.

mentis in Deūm, *postulatio*, *gratiarum actio*. sunt partes orationis perfectæ, id est communiter dictæ, id est omnia ista complectentis; ut 1. Tim. 2. Et sic ibi ordinantur, ut in principio articuli, & in resp. *ad tertium*. Nec obstat: quod in corp. alius ordinetur. Nam obsecratio, si sumatur pro consideratione divinæ bonitatis, præcedit orationem; ut ordinatur ab Apostolo, & in resp. *ad tertium*. Si vero sumatur pro ratione impetrandi postulata, sequitur non tantum orationem, sed etiam postulationem; ut ordinatur in text. corp. *Secundo* vides: &c.

Q U E S T I O LXXXIV.

*De exterioribus actibus latræ,**In tres articulos divisa.*

DOstea considerandæ est de exterioribus actibus latræ: & primo de adoratione, per quam aliquis suum corpus ad Deum venerandum exhibet; secundo de illis actibus quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offeruntur; tertio de actibus quibus ea quæ Dei sunt, assumuntur.

*Circa primum queruntur tria.**Primo*, utrum adoratio sit actus latræ.*Secundo*, utrum adoratio importet actum interiore, vel exteriorem.*Tertio*, utrum adoratio requirat determinationem loci.

A R T I C U L U S I. 455

*Utrum adoratio sit actus latræ, sive religionis.**III. dist. x. quest. i. art. 3. & III. cont. cap. cxix.*

AD primum sic proceditur. Videtur quod adoratio non sit actus latræ, sive religionis. Cultus enim religionis soli Deo debetur. Sed adoratio non debetur soli Deo:

legitur enim Gen. xviii. quod Abraham adoravit Angelos (1); & III. Regum 1. dicitur, quod Nathan Propheta ingressus ad Regem David, adoravit eum pronus in terram. Ergo adoratio non est actus religionis.

2. Præterea. Religionis cultus debetur Deo, prout in ipso beatificamur, ut patet per Augustinum in X. de civ. Dei (cap. 1. a med.) Sed adoratio debetur ei ratione majestatis: quia super illud Psal. xxviii. *Adorate Dominum in atrio sancto ejus*, dicit Glossa (ord. Cassiod. super illud Psal. xc. *Introit in atrio ejus*:) *De his atriis venitur in atrium, ubi maiestas adoratur*. Ergo adoratio non est actus latræ.

3. Præterea. Unus religiosis cultus tribus personis debetur. Non autem una adoratio ne adoramus tres personas, sed ad invocationem trium personarum singulariter genuflextimus. Ergo adoratio non est actus latræ.

Sed contra est quod Matth. iv. 10. inducitur: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*.

Respondeo dicendum, quod adoratio ordinatur in reverentiam ejus qui adoratur. Manifestum est autem ex dictis (quæst. lxxxi. art. 2. & 3.) quod religionis proprium est reverentiam Deo exhibere. Unde adoratio qua Deus adoratur, est religionis actus.

Ad primum ergo dicendum, quod Deo debetur reverentia propter ejus excellentiam; quæ aliquibus creaturis communicatur non secundum æqualitatem, sed secundum quamdam participationem: & ideo alia veneratione veneramur Deum, quod pertinet ad latræ; & alia veneratione quasdam excellentes creature, quod pertinet ad duliam, de qua post dicetur (quæst. ciiii.) Et quia ea quæ exterioris aguntur, signa sunt interioris reverentia, quædam exteriora ad reverentiam pertinentia exhibentur excellentibus creaturis, inter quæ maximum est adoratio; sed aliquid est quod soli Deo exhibetur, scilicet sacrificium. Unde Augustinus dicit in X. de civ. Dei (cap. iv. cir. fin.) *Multa de cultu divino usurpata sunt quæ honoribus deseruntur humana*

(1) Äquivalenter tantum non expresse: Dicitur enim quod cum apparuerint ei tres viri, adoravisse in seruam: Erant autem Angeli, sed nesciebat eos esse angelos, ut ad Hebreos 13. videre est, ubi significatur latens (hoc est nesciens) Angelos exceptisse, vers. 2. Glossam porro sequentem quain Gothicæ & manucripta indefinite notant super Psal. sed imprudenter & inconsulto, Glossæ ipsius Exemplaria notant impre-
sa passim super Psal. 28. quia & ibi versus iste con-

tinetur, licet in Glossa nihil tale omnino: nos ex vero indice reponimus, numerum Psal. 95. ubi priori illum versum, *Introit in atrio ejus*, de Prophetis explicans, posteriore autem istum, *Adorato in atrio de Catholica Ecclesia*, *De his atriis*, inquit (hoc est de Prophetis) *venitur in atrium Ecclesie Catholice ubi maiestas adoratur*: Quod ex Cassiodoro deflumptum est sine nomine ac in commentario suo Petrus Lombardus usurpavit.

m̄bis, sive humilitate nimia, sive adulatio-
nē pestifera; ita tamen ut quibus ea defe-
suntur, homines haberentur, qui dicuntur co-
lendi, & venerandi; si autem multum eis ad-
ditur, & adorandi. Quis vero sacrificandum
censuit, nisi ei quem Deum aut scivit, aut
putavit, aut finxit? Secundum reverentiam.
ergo quā creaturā excellenti debetur, Nathan
adoravit David; (1) secundum autem reveren-
tiam quā debetur Deo. Mardochæus no-
luit adorare Aman, timens ne honorem Dei
transferret ad hominem, ut dicitur Hester
(iii. & xiiii.) & similiter secundum reveren-
tiam debitam creaturā excellenti, Abra-
ham adoravit Angelos, (2) & etiam Josue,
ut legitur Josue v. quamvis possit intelligi
quod adoraverint adoratione latrīa Deum,
qui in persona Angeli apparebat, & loque-
batur. Secundum autem reverentiam quā de-
betur Deo, prohibitus est Joannes Angelum
adorare, Apoc. ult. Tum ad ostendendum di-
gnitatem hominis, quam adeptus est per
Christum, ut Angelis æquetur: unde ibi sub-
ditur: Conservus tuus sum, & fratribus tuo-
rum: tum etiam ad excludendum idolatriæ
occasione: unde subditur, Deum adora.

Ad secundum dicendum, quod sub maje-
 state divina intelligitur omnis Dei excellen-
 tia; ad quam pertinet quod in ipso, sicut
 in summo bono, beatificamur.

Ad tertium dicendum, quod quia una est
 excellentia trium personarum, unus honor,
 & reverentia eis debetur, & per consequens
 una adoratio. In cuius figuram cum legitur
 de Abraham Gen. xviii. quod tres viri ei
 apparuerunt, adorans unum alloquitur, di-
 cens: Domine, si inveni gratiam &c. Terna
 autem genuflexio signum est ternarii
 personarum, non autem diversitatis adora-
 tionum.

Summ. S. Th. T. VII.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per ratio-
 nem & ostendas, & in sensu recto intel-
 ligas, merito a scripturis insinuatum, quo d.
 adoratio est actus religionis. Ut *Marij.* 4.
 secundum quod in *argum. cont.* Quod si plura
 tum pro ampliori hic dictorum intelligentia,
 tum pro multarum hæresum circa supremam
 adorationem exclusione, videre volueris: re-
 curre ad compend. Alber. Mag. lib. 5. c. 58. schol. &c. 60. schol. Item ad *Eluc. pri-*
par. artic. num. 77. ubi vanissima plurium
 hæresum de adoratione hac & recitantur, &
 damnantur. Item ad *Veritates aureas super*
legem veterem Genes. 3. concl. 6. 24 & c.
4. concl. 16. & csp. 5. conc. 3. Item *cod. lib.*
Genes. 23. conclus. 2. & cap. 47. conclus. 3.
 Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 456

Utrum adoratio importet actum corporalem.

Sup. queſt. lxxxii. art. 7. III. diſt. ix. queſt. 2.
art. 3. & III. cont. cap. cxix.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod
 adoratio non importet actum corpora-
 lem. Dicitur enim Joan. iv. 23. *Veri adora-*
tore adorabunt Patrem in spiritu, & veritate.
 Sed id quod fit in spiritu, non pertinet ad
 corporalem actum. Ergo adoratio non impor-
 tat corporalem actum.

2. Præterea. Nomen adorationis ab ora-
 tione sumitur. (3) Sed oratio principaliter con-
 flit in interiori actu, secundum illud I. ad
 Corinth. xiv. 15. *Orabo spiritu, orabo &*
mente. Ergo adoratio maxime importat spi-
 ritualem actum.

3. Præterea. Corporales actus ad sensibi-
 lem cognitionem pertinent. Deum autem non
 attingimus sensu corporis, sed mentis. Ergo
 adoratio non importat corporalem actum..

Sed contra est quod super illud Exod. xx.

Nn

Non

(1) Insulse in quib[us]dam Exemplaribus, ut in Pa-
 risehus quod ad manum est, adoravit Deum.

(2) Jam notatum est eos quos adoravit, apparui-
 se tanquam viros & ignoratum ab eo esse an reipla-
 essent Angelii, cum & eos in domum suam deduxer-
 it veluti peregrinos & cibum illis apposuerit velut
 indigentibus alimento: Angelos tamen adorasse puta-
 ri potest, quia vere Angelii erant, quamvis Abraham
 ignoraret: Angelum autem expressius videtur adoraf-

se Josue, quia licet viderit virum, intellectus quod
 esset *Principis exercitus Domini*, sicut expresse ille se
 vocavit vers. 14.

(3) Et pro ipsa oratione apud nonnullos usurpa-
 tur; ut apud Virgilium lib. io *Aeneidos: Volens*
vos Turnus adoro, idest enixe oro: Quamvis proprie-
 tudine fit ad os admovere veluti osculando, quod
 in reverentia signata fieri solet.

Non adorabis ea , neque colas , dicit Glossa (ord.) „ Nec affectu colas , nec specie „ adores . (1)

Respondeo dicendum , quod , sicut Damascenus dicit in IV. Lib. (orth. Fid. cap. xxi , in princ.) quia ex duplice natura compositi sumus , intellectuali scilicet , & sensibili , duplarem adorationem Deo offerimus ; scilicet spiritualem , quæ consistit in interiori mentis devotione ; & corporalem , quæ consistit in exteriori corporis humiliatione .

Et quia in omnibus actibus laetitia , id quod est exterius , refertur ad id quod est interius , sicut ad principalius , ideo ipsa exterior adoratio fit propter interiorum ; ut videlicet per signa humilitatis quæ corporaliter exhibemus , excitetur noster affectus ad subjiciendum se Deo : quia connaturale est nobis ut per sensibilia ad intelligibilia procedamus .

Ad primum ergo dicendum , quod etiam adoratio corporalis in spiritu fit , inquantum ex spirituali devotione procedit , & ad eam ordinatur .

Ad secundum dicendum , quod sicut oratio primordialiter est quidem in mente , secundario autem verbis exprimitur , ut supra dictum est (quæst. lxxxiiii. art. 12.) ita etiam adoratio principaliter quidem in interiori Dei reverentia consistit , secundario autem in quibusdam corporalibus humilitatis signis : sicut genufleximus , nostram infirmitatem designantes in comparatione ad Deum ; prosterimus autem nos , quasi profitentes nos nihil esse ex nobis . (2)

Ad tertium dicendum , quod etsi per sensum Deum attingere non possumus ; per sen-

sibilia tamen signa mens nostra provocatur ut tendat in Deum .

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito esse a Scripturis insinuatum , quod adoratio astum corporalem importat . Ut Genes. 18 de Abraham adorante , Exod. 4. de filiis Isael , qui auditio , quod Dominus visitasset eos , respiciendo scilicet afflictionem suam , proni adoraverunt . Exod. 12. Ly incurvatus populus adoravit , scilicet dominum . Exod. 24. Ly ascende in montem tu , &c. Et adorabitis procul . 3. Reg. 8. Ly Salomon usquamque genu in terram fixit , & oravit , &c. Job. 1. Ly corrueens in terram adoravit . Matth. 2. Ly Magi procidentes adoraverunt eum . Valent hæc a simili ad supradicta art. num. 432. 449. & contra errores ibi narratos , atque damnatos . Secundo vides quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 457

Utrum adoratio requirat determinatum locum .

I. Tim. 11.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod adoratio non requirat determinatum locum . Dicitur enim Joan. iv. 21. *Venit hora quando neque in monte hoc , neque in Hierosolymis adorabitis Patrem .* Eadem autem ratio videtur esse & de aliis locis . Ergo determinatus

(1) *Vel plenius : Aliud est colere , aliud adorare : Potest quis invitus adorare , vel adulando Regibus idolatriis vel tormentis victimis , cum sciat quia idolum nihil est : Colere vero est toto his affectu Et studio mancipari : Utrumque ergo refutat , ut nee affectu colas nec specie adores : Ex Origene autem homil. 8. super Exodum desumitur , & ejus nomen Glossa vetus vel manuscripta , sed non moderna vel impressa , exprimit : Et si paulo aliter Origenes : Potest quis interdum Et invitus adorare sicut nonnulli Regibus adulantes , cum eos ad hujuscemodi studia deditos videant , adorare se simulantes idola , cum in corde ipsorum certum sit quia nihil est idolum : Colere vero &c.*

(2) *Et genuflexionis quidem ex Efajæ 45. vers. 24. explicatio peti potest , ubi dicitur ex persona ipsius Dei , Mibi curvabitur omne genu : Et mos vers. 25. Ergo in Domino dicit . Mea sunt justitiae Et imperium &c. Quasi genuum curvatio protestatio quedam videatur dependentia nostræ a justitia Dei , sive subjectionis ad imperium ejus , vel parvitatris nostræ cum*

illius magnitudine comparata ; sicut genibus nostro appellatur ab Horatio qui supplex est vel qui adorat lib. 1. epist. 12. præterquam quod genuflexio illa symbolum est humani lapsus per peccatum , quia dejectionis initium est ac proinde languoris indicium quando genus labant , ut Æneidos 5. Virgilii loquitur ; sicut & contrario erectio genuum signum est vel symbolum gratiae per quam a lapsu illo seu peccato resurreximus : Unde a festo Paschæ usque ad Pentecosten , quod lesitie ac victorie tempus Hyeronimus appellat initio commentarii sui super epistolam ad Ephesios , genuflexio prohibita , ut cum Domino resurgente ad alta sustollamur ; vel sicut ait Irenæus in lib. de Paschate , ut eo potissimum tempore liberationem nostram a peccatis per ejusmodi ceremoniam recordemur . Prostrationis autem frequenter exempla in Scriptura , Tob. 1. Judith. 9. Hierem. 42. Daniel. 9. Ut & 2. Machab. 10. vers. 4. ubi plusquam genuflexio subintelligi debet , licet quidam confundant .

satus locus non requiritur ad adorandum.
2. Præterea. Adoratio exterior ordinatur ad interiorem. Sed interior adoratio fit ad Deum ut ubique existentem. Ergo exterior adoratio non requirit determinatum locum.

3. Præterea. Idem Deus est qui in novo, & veteri testamento adoratur. Sed in veteri testamento siebat adoratio ad occidentem, nam ostium tabernaculi respiciebat ad orientem, ut habetur Exod. xxvi. Ergo eadem ratione etiam nunc debemus adorare ad occidentem, si aliquis locus determinatus requiritur ad adorandum.

Sed contra est quod dicitur Isa. lv. & inducitur Luc. xix. 46. *Domus mea domus orationis vocabitur.*

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) in adoratione principalius est interior devotio mentis; secundarium autem est quod pertinet exterius ad corporalia signa. Mens autem interius apprehendit Deum, quasi non comprehensum aliquo loco; sed corporalia signa necesse est quod in determinato loco, & situ sint. Et ideo determinatio loci non requiritur ad adoracionem principaliter quasi sit de necessitate ipsius, sed secundum quamdam decentiam, sicut & alia corporalia signa.

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus per illa verba prænuntiat cessationem adorationis, tam secundum ritum Iudaorum adorantium in Hierusalem, quam etiam secundum ritum Samaritanorum adorantium in monte Garizim. Uterque enim ritus celsavit veniente spirituali Evangelii veritate: secundum quam in omni loco Deo sacrificia-

tur, ut dicitur Malach. i.

Ad secundum dicendum, quod determinatus locus eligitur ad adorandum, non propter Deum qui adoratur, quasi loco concludatur; sed propter ipsos adorantes: & hoc triplici ratione. Primo quidem propter loci consecrationem, ex qua specialem devotionem concipiunt orantes, ut magis exaudiantur, sicut patet (*) ex oratione Salomonis III. Reg. viii. Secundo propter sacra mysteria, & alia sanctitatis signa, quæ ibi continentur. Tertio propter concursum multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis, secundum illud Matth. xviii. 2. *Ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.*

Ad tertium dicendum, quod secundum quamdam decentiam adoramus versus orientem: primo quidem propter divinæ majestatis indicium, quod nobis manifestatur in motu coeli, qui est ab oriente: secundo propter paradisum in oriente constitutum, ut legitur Genes. xi. secundum litteram LXX. Interpretum, (1) quasi queramus ad paradi- sum redire: tertio propter Christum, qui est lux mundi, & Ovens nominatur Zich. vi. & qui ascendit super cælum cœli ad orientem: Psal. lxxvii. 34.) & ab oriente etiam expectatur venturus, secundum illud Matth. xxiv. 27. *Sicut fulgur exit ab oriente, & paret usque ad occidentem, ita erit & adventus Filii hominis.*

N n 2

A P.

(*) *Al. ex adoratione.*

(1) Quæ sic nimis habet vers. 8. *Plantavit eum paradisum in Edem ad orientem (καταστάθησεν)* Aquila autem ἀπὸ ἡρόντος id est a principio ut & vulgata; sed Symmachus ἐπ τρίτῳ. Theodocio vero ἐπ τρίτῳ quod in eundem sensum reddit. De paradiſo autem ad Orientem constituto, ac de adoratione hanc ob causam ad orientem facienda sic Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 27. *Spectamus omnes ad Orientem cum precamur: Pauci tamen intelligimus quod id facientes antiquam patriam requiramus, videlicet Paradiſum quem constituit Deus ad Orientem &c.* De prima autem ratione sic Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte cap. 5. Cum ad orientationem stamus, ad Orientem convertemur unde celum surget; non tanquam ibi sit Deus & ceteras mundi partes deseruerit, sed ut admoneatur animus ad naturam excellentiorem se convertere (id est ad Dominum) cum corpus ejus quod terrenum est, ad corpus celeste) convertitur: De tertia sic Damascenus lib.

4. de fide orthod. c. 13. *Non temere ad Orientem conversi adoramus, quoniam Deus spirituale lumen est, & Christus in Scripturis Orients appellatur; scilicet Zacharie 6. ut sup. ubi pro illis verbis Orients nomen ejus Chaldaeus vertit Cujus nomen Messias. Addit & Damascenus de aliis rationibus quod quia paradiſum plantavit Deus ad Orientem hic sit ut veteris patrie desiderio ad eum defixos oculos habeamus cum adoramus; quod cum in cruce penderet Christus, prospiciebat ad occasum, ideoque sic adoramus ut eum contemplemur; & rursus quod cum in celum recuperetur, serebatur ad oreum & sic a discipulis adoratus est, ac eo modo ad judicium venturus, ideoque adventum ejus expectantes, adoramus ad orientem &c.* Tertullianus quoque adverfus Valentianos cap. 3. aliam addit: *Noſtre Columbe domus similes (inquit) etiam in editis semper & apertis & ad lucem amat orientem Christi figuram &c. ubi columbe domum Ecclesiam subintelligit ut conversam ad Orientem significet.*

A P P E N D I X.

ARTICULUS I. 458

EX articulo habes primo : quomodo tanquam in radice defruas hæresim Eufratii dicentis ; Templa in Dei nomine consecrata nullius esse utilitatis , nec prodeesse in Ecclesia Dei . Sec. habes quomodo per rationem ostendas ; hanc merito damnari a Concil. Gangreni cap.5. Si quis doces : domum Dei contempibilem esse debere , & congregationes , que in ea sunt , Anathema sit . Item a Domino confirmante , immo potius presignante , hoc anathema contra templorum neglectores per flagellationem factam in propria persona super ementes , & vendentes in templo , ejicendo eos inde Joan. 2. Contra prædictam hæresim , ac similes ; vide Veritates aureas super legem veterem , Gen. 35. conclus. 1. Et cap. 12. conclus. 5. Item Exod. 19. conclus. 3. Et c. 39. conclus. 1. Item Levit. 26. conclus. 1. Et c. 27. conclus. 5. Item Deut. 12. conclus. 4. Et c. 16. conclus. 6. Et in multis aliis locis ibid. Tertio vides &c.

Q U Ä S T I O LXXXV.

*De bis que Deo a fidelibus dantur ,
& primo de sacrificio .*

In quatuor articulos divisa .

Poste considerandum est de actibus quibus aliquæ res exteriores Deo offeruntur . Circa quos occurrit duplex consideratio . Primo quidem de his quæ Deo a fidelibus dantur . Secundo de votis , quibus ei aliqua promittuntur . Circa primum considerandum est de sacrificiis , oblationibus , primitiis , & decimis .

Circa sacrificia queruntur quatuor .

Primo , utrum offerre Deo sacrificium sit de lege naturæ .

Secundo , utrum soli Deo sit sacrificium offerendum .

Tertio , utrum offerre sacrificium sit specialis actus virtutis .

Quarto , utrum omnes teneantur ad sacrificium offerendum .

Utrum offerre sacrificium Deo sit de lege naturæ .

AD primum sic proceditur . Videtur quod offerre sacrificium Deo non sit de lege naturæ . Ea enim quæ sunt juris naturalis , communia sunt apud omnes homines . Non autem hoc contingit circa sacrificia : nam quidam leguntur obtulisse in sacrificium panem , & vinum , sicut de Melchisedech dicitur Gen. xiv. (*) & quidam hæc , quidam illa animalia . Ergo oblatio sacrificiorum non est de jure naturali .

2. Præterea . Ea quæ sunt juris naturalis , omnes justi servaverunt . Sed non legitur de Isaac , quod sacrificium obtulerit : neque etiam de Adam ; de quo tamen dicitur Sap. x. 2. quod sapientia eduxit eum a delicto sua . Ergo oblatio sacrificii non est de jure naturali .

3. Præterea . Augustinus dicit X. de civit. Dei (cap. v. vi. & xix.) quod sacrificia in quadam significantia offeruntur . Voces autem , quæ sunt præcipua inter signa , sicut idem dicit in Lib. II. de doctr. christ. (cap. III.) non significant naturaliter , sed ad placitum , secundum Philosophum (Lib. I. Periherm. cap. II. in princ.) Ergo sacrificia non sunt de lege naturali .

Sed contra est quod in qualibet ætate , & apud quilibet hominum nationes semper fuit aliqua sacrificiorum oblatio . Quod autem est apud omnes , videtur naturale esse . Ergo & oblatio sacrificiorum est de jure naturali . Respondeo dicendum , quod naturalis ratio dictat homini quod alicui superiori subdatur , propter defectus quos in se ipso sentit , in quibus ab aliquo superiori eget adjuvare , & dirigi : & quidquid illud sit , hoc est quod apud omnes dicitur Deus .

Sicut autem in rebus naturalibus naturaliter inferiora superioribus subduntur ; ita etiam naturalis ratio dictat homini secundum naturalem inclinationem ut ei quod est supra hominem , subjectionem , & honorem exhibeat secundum suum modum . Est autem modus conveniens homini ut sensibilibus signis utatur ad aliqua exprimenda , quia ex sensibilibus cognitionem accipit . Et ideo ex-

(*) Ita optime Nicolajus . Ali. & quidam hæc , quidam illa , ut animalia : iterum : & quidam hæc ,

quidam vero alia , ut animalia .

naturali ratione procedit quod homo quibet
dam sensibilibus rebus utatur, offerens eas
Deo in signum debite subjectionis, & hono-
ris, secundum similitudinem eortam qui do-
minis suis aliqua offerunt in recognitionem
dominii. Hoc autem pertinet ad rationem
sacrificii. Et ideo oblatio sacrificii pertinet
ad jus naturale.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut
supra dictum est (1. 2. quest. xc. art. 2.)
aliqua in communi sunt de jure naturali,
quorum determinationes sunt de jure positi-
vo: sicut quod malefactores puniantur, ha-
bet lex naturalis, sed quod tali poena, vel
tali puniantur, est ex constitutione divina,
vel humana. Similiter etiam oblatio sacri-
ficii in communi est de lege naturali; & ideo
in hoc omnes convenient: sed determinatio
sacrificiorum est ex institutione humana, vel
divina; & ideo in hoc differunt.

Ad secundum dicendum, quod Adam, &
Isaac, & alii justi, Deo sacrificium ob-
tulerunt secundum sui temporis congruen-
tiā, ut patet per Gregorium, qui dicit
(Lib. IV. Moral. cap. iij. a princ.) quod
apud antiquos per sacrificiorum oblationes
remittebatur (*) prius peccatum originale.
Non autem de omnibus iustorum sacrificiis
fit mentio in Scriptura, sed solum de illis
circa quæ aliquid speciale accidit. Poteſt
tamen esse ratio quare Adam non legitur
sacrificium obtulisse; ne, quia in ipso nota-
tur origo peccati, simul etiam in eo sanctifi-
cationis origo signaretur. Isaac vero signi-
ficavit Christum, in quantum ipse oblatus est
in sacrificium: unde non oportebat ut signifi-
cetur quasi sacrificium offerens.

Ad tertium dicendum, quod significare
conceptus suos est homini naturale, sed de-
terminatio signorum est secundum humanum
placitum.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per ratio-
nem ostendas, merito a scripturis insi-
nuatum fuisse: quod offerre sacrificium Deo
est de lege naturæ. Ut Gen. 4. de Abel, &
Cain sacrificantibus Deo. Et cap. 8. de Noe
idem faciente. Paret enim, quod tunc nulla
erat lex scripta: sed tantum naturalis. Lega
itaque non scripta, sed naturali, ipsos mo-
tos ad sacrificandum, notificavit scriptura
per hoc, quod tunc temporis eos introducit
sacrificasse: & consequenter per hoc idem
commoneſtravit, quod offerre sacrificium Deo
est de lege naturæ. Secundo vides quo-
modo &c.

A R T I C U L U S II. 459

Urum soli Deo sit sacrificium offerendum.

1. 2. quest. ci. art. 3. cor. & III. P.
quest. xviij. art. 3. cor. & I. cons.
cap. cxx. fi. & Psal. xxviii. &
Rom. 1. loc. 7. fi.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod
non solum summo Deo sit sacrificium of-
ferendum. Cum enim sacrificium Deo offer-
ri debeat, videtur quod omnibus illis sit
sacrificium offerendum qui Divinitatis con-
sortes sunt. Sed etiam sancti homines effi-
ciuntur divinae naturæ consortes, ut dicitur
II. Pet. 1. unde & de eis in Psal. lxxx. 6.
dicitur: *Ego dixi, Dii estis: Angeli etiam
filii Dei nominantur, ut pater Job 1.* (1)
Ergo omnibus his debet sacrificium offerri.

2. Præterea. Quanto aliquis major est,
tanto ei major honor debet exhiberi. Sed
Angeli, & Sancti sunt multo maiores qui-
buscumque terrenis Principibus; quibus ta-
men eorum subditi multo majorem honorem
impendunt, se coram ejus prosterentes, &
munera offerentes, quam sit oblatio alicujus
ani-

(*) Ita legendum videretur verbum quod in ms. ob-
seruo penitus, juxta Madalenam. Edicti omnes ha-
bentes pueris contra monstra Gregorii, qui sit. „Quod
verò apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud
veteres, vel pro parvulis sola fides, vel pro majo-
ribus virtus sacrificii &c.“ Edict. Patav. an. 1712.
omissis pueris. Forse redundant etiam prius.

(1) Ubi Vulgata quidem ait ver. 6. Cum veniſ-
ſente filii Dei & affligerent coram Dominis; 7o. vero
Ecce venerunt Angelii Dei &c. Unde ibidem Grego-

rius lib. 2. Moral. cap. 2. Quid autem Dei filii nisi
electi Angelii vocantur? Etsi Beda latius vel An-
gelos vel Santos intelligit qui dono gratiae Spiritus
sancti filii Dei vocantur &c. Sicut & Ambrosius
lib. de Noe & arca cap. 4. Plerumque Angelos fi-
lios Dei voces Scriptura quia ex nullo homine gene-
ravitur: Mox quoque addens quod & fidèles &
probabilis vita vires filios suos dicere non aspernat
Deus &c.

animalis, vel rei alterius in sacrificium. Ergo multo magis Angelis & Sanctis potest sacrificium offerri.

3. Præterea. Tempa, & altaria instituuntur ad sacrificia offerenda. Sed tempa, & altaria instituuntur Angelis, & Sanctis. Ergo etiam sacrificia possunt eis offerri.

Sed contra est quod dicitur Exod. xxii.
20. Qui immolat diis, occidetur, preterquam Domino soli.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) oblatio sacrificii fit ad aliquid significandum. Significat autem sacrificium quod offertur exterius, interius spirituale sacrificium, quo anima seipsum offert Deo, secundum illud Psalmista (Psal. l. 19.) *Sacrificium Deo spiritus contributus: quia, sicut supra dictum est (quæst. lxxxii. art. 7. & quæst. lxxxiv. art. 2.) exteriores actus religionis ad interiores ordinantur. Anima autem se offert Deo in sacrificium, sicut principio suæ creationis, & sicut fini suæ beatificationis. Secundum autem veram fidem solus Deus est creator animalium nostrorum, ut in I. habitum est (quæst. cxviii. art. 2.) (1) In solo etiam eo animæ nostræ beatitudo consistit, ut supra dictum est (1. 2. art. 8. quæst. ii. & iii.) Et ideo sicut soli Deo summo debemus sacrificium spirituale offerre; ita etiam soli ei debemus offerre exteriora sacrificia: sicut etiam orantes, atque laudantes ad eum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde, quas significantes, offerimus, ut Augustinus dicit X. de civit. Dei (cap. xix. paulo a princ.) (2)*

Hoc etiam videmus in omni republica observari quod summum rectorem aliquo signo singulari honorant; quod cuicunque alteri deferretur, esset crimen læsæ majestatis. Et ideo in lege divina statuitur pena mortis his

qui divinum honorem aliis exhibent.

Ad primum ergo dicendum; quod nomen Divinitatis communicatur aliquibus, non per æqualitatem, sed per participationem: & ideo nec æqualis honor eis debetur.

Ad secundum dicendum, quod in oblatione sacrificii non pensatur pretium occisi pecoris, sed significatio, qua hoc fit in honorem summi Rectoris totius universi. Unde, sicut Augustinus dicit X. de civit. Dei (cap. xix. ad fi.) *demones non cadaverinis nidoribus, sed divinis honoribus gaudent.*

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit VIII. de civit. Dei (cap. ult. in princ.) *non constituimus Martyribus (*) templam, sacerdotia: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus: unde Sacerdos non dicit, Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule. Sed Deo de illorum victoriis gratias agimus, & nos ad imitationem eorum (**) adhortamur.*

A P P E N D I X.

EX attic. habes primo: quomodo per rationem destruas hæresim *Satanistarum* dicentium; Satanæ sacrificandum esse, ne sit nobis infestus sacrificiis placatus. Secundo habes; quomodo per rationem ostendas, hanc hæresim idolatricam merito damnari a Domino per hoc, quod Satanæ ambienti adorationem respondit Matth. 4. *Vade Satana: Dominum tuum, &c. illi soli, &c.* Item a Judicum c. 13. *Si vis holocaustum facere, offer illud Domino.* Hoc dixit Angelus bonus renuens sibi sacrificari, & Act. 14. *Sacrificare volebant turba Paulo, & Barnabe, tanquam Diis.* Ac si per hoc monstrarent; quod instinctus quasi naturalis est, quod nonnisi iis, qui pro Deo habentur, sacrificandum sit. Vide Ang. recitatum sup. q. 84. ar. 1. ad 1. Item

(1) Ubi ex professo quæsitum an anima intellectiva sicut etiam sensitiva causetur ex semine.

(2) Sive *Qui hec visibiliæ sacrificia diis aliis congruere putant, illi vero (puta supremo Deo) tanquam invisibiliæ invisibilis, & majori meliorisque meliora, qualia sunt pure mentis & bone voluntatis officia, profecto nesciunt hec ita esse signa illorum sicut verba sonantia signa sunt rerum: Quo circa sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus significantes voces cui res ipsas in corde quas significamus offerimus, ita sacrificantes non alteri visibiliæ sacrificium offerendum esse neverimus quam illi cuius in cordibus nostris invisibile sacrificium nos ipsi esse debemus &c. cap. 19. Similiter etiam lib. 20. contra Faustum cap. 21. Nulli Martyrum (inquit) sed ipsi Deo Martyrum sacrificamus, quamvis in me-*

moriis Martyrus: (idest oratoriis) constituamus altaria: Et paulo infra: *Ipsi enim sancti (vel homines vel Angeli) exhiberi sibi nolunt quod uni Deo deberi norunt: Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cum commoti miraculis que per eos facta sunt Lycaonii tanquam diis immolare voluerunt; sed ista fibi fieri vetuerunt (Act. 24.) Apparuit & in Angelis, sicut in Apocalypsi legimus Angelum se adorari prohibentem (cap. 19. vers. 10. & cap. 22. v. 9.)*

(*) Ita mſ. ex quibus edit. Rom. aliaeque vetustæ, tempa sacerdotalia. Nicotajus & editi posteriores ex Augustini textu: tempa, sacerdotia, sacra, & sacrificia: quoniam &c.

(**) Ita paffini mſ.: Editi exhortamur.

Item *Cone. Trid. sess. 22. c. 3.*, „Quamvis in honorem, & memoriam sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebra, re consueverit; non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit. Unde nec sacerdos dicere solet, offerro tibi sacrificium Petre, vel Paule; sed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat; ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in celis, quorum memoriam facimus in terris. Hæc ibi. *Tertio* vides: quomodo &c.

ARTICULUS III. 460

Utrum oblatio sacrificii sit specialis actus virtutis.

AD tertium sic proceditur. Videlur quod oblatio sacrificii non sit specialis actus virtutis. Dicunt enim Augustinus X. de civit. Dei (cap. vi. in princ.) *Verum sacrificium est omne opus quod agitur, ut sancta societas inbæreamus Deo*. Sed non omne opus bonum est specialis actus alicujus determinatae virtutis. Ergo oblatio sacrificii non est specialis actus determinatae virtutis.

2. Præterea. Maceratio corporis, quæ fit per jejunium, pertinet ad abstinentiam; quæ autem fit per continentiam, pertinet ad castitatem; quæ autem est in martyrio, pertinet ad fortitudinem. Quæ omnia videntur comprehendendi sub sacrificii oblatione, secundum illud Rom. xii. 1. *Exhibeatis corpora vestra hostiam viventem*. Dicit etiam Apostolus ad Hebr. ult. 16. *Beneficentia, & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus*. Beneficentia autem, & communionis pertinet ad caritatem, misericordiam, & liberalitatem. Ergo sacrificii oblatio non est specialis actus determinatae virtutis.

3. Præterea. Sacrificium videretur quod Deo exhibetur. Sed multa sunt quæ Deo exhibentur

sicut devotio, oratio, decimæ, primitæ, oblationes, & holocausta. Ergo sacrificium non videtur esse aliquis specialis actus determinatae virtutis.

Sed contra est quod in lege specialia præcepta de sacrificiis dantur, ut patet in principio Levit. (1)

Respondeo dicendum, quod, sicut supra habitum est (1. 2. quæst. xviii. art. 6. & 7.) quando actus unius virtutis ordinatur ad finem alterius virtutis, participat quodammodo speciem ejus; sicut cum quis furatur ut fornicetur, ipsum furtum accedit quodammodo fornicationis deformitatem; ita quod si etiam alias non esset peccatum, ex hoc jam peccatum esset quod ad fornicationem ordinatur.

Sic ergo sacrificium est quidam specialis actus laudem habens ex hoc quod in divinam reverentiam fit: propter quod ad determinatam virtutem pertinet, scilicet ad religionem. Contingit autem & ea quæ secundum alias virtutes fiunt, in divinam reverentiam ordinari; puta cum aliquis eleemosynam facit de rebus propriis propter Deum, vel cum aliquis proprium corpus alicui afflictioni subjicit propter divinam reverentiam: & secundum hoc etiam actus aliarum virtutum sacrificia dici possunt. (2) Sunt tamen quidam actus qui non habent ex alio laudem, nisi quia fiunt propter reverentiam divinam: & isti actus proprie sacrificia dicuntur, & pertinent ad virtutem religionis.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc ipsum quod Deo quadam spirituali societe volumus inbære, ad divinam reverentiam pertinet: & ideo cuiuscumque virtutis actus rationem sacrificii accipit ex hoc quod agitur ut sancti societate Deo inbæreamus.

Ad secundum dicendum, quod triplex est hominis bonum. Primum quidem est bonum animæ, quod Deo offertur interiori quodam sacrificio per devotionem, & orationem, & alios

(1) De holocausto quidem quod in honorem Dei tanquam anchoræ vitæ & mortis incendebatur totum; indeque holocaustum dicebatur ex græco ὁλοκαύτων, c. 1. De sacrificio pro peccato cuius aliquæ partes in usum Sacerdotum cedebant & ab eis comedebantur, cap. 12. De hostia pacificorum quæ ad aliquod bonum impetrandum offerebatur, cap. 3. &c.

(2) Vere quidem, ut supra, sed impropriæ tamen & quodammodo abusive: Non enim omnis vera significatio est etiam propria; sicut Joan. 15. vers. 1. *Ego sum vitæ vera*, cum impropriæ tantum vitæ & abusive dici possit: Unde in Concilio Tridentino sess. 22. can. 1. sacrificium Eucharistie non modo

verum sed & proprium definitur (hoc est proprium dictum) ut ab aliis distingatur. Nec obstat quod mox *principale sacrificium* S. Thomas appellat eam oblationem quæ per devotionem & per orationem & per similes actus interius fit; quia non absolute *principale* vult intelligi, sed per comparationem ad alia quæ de corporalibus bonis privatim facit quilibet homo: Quamvis ipsum sacrificium Eucharisticum five Missæ quod absolute *principale sacrificium* ratione rei oblatæ dici potest (scilicet Christi) sine interiori tamen sacrificio (five devotione) offerenti non potest: Unde sacrificium interius potest (quod ad hoc saltem) *principale sacrificium* appellari.

alios hujusmodi interiores actus : & hoc est principale sacrificium . Secundum est bonum corporis , quod Deo quodammodo offertur per martyrium , & abstinentiam , seu continentiam . Tertium est bonum exteriorum rerum , de quo sacrificium offertur Deo ; direte quidem , quando immediate res nostras Deo offerimus ; mediate autem , quando eas communicamus proximis propter Deum .

Ad tertium dicendum , quod sacrificia proprie dicuntur , quando circa res Deo oblata aliquid fit ; sicut quod animalia occidebantur , & comburebantur ; quod panis frangitur , & comeditur & benedicitur . Et hoc ipsum nomen sonat : nam sacrificium dicitur ex hoc quod homo facit aliquid sacrum . Oblatio autem directe dicitur , cum Deo aliquid offertur , etiam si nihil circa ipsam fiat ; sicut dicuntur offerri denarii , vel panes in altari , circa quos nihil fit . Unde omne sacrificium est oblatio sed non convertitur . Primitus autem oblationes sunt , quia Deo offerebantur , ut legitur Deut . xxvi . non autem sunt sacrificia , quia nihil sacrum circa eas fiebat . Decimus autem , proprie loquendo , non sunt sacrificia , neque oblationes : quia non immediate Deo , sed ministris divini cultus exhibentur .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a scripturis , fuisse insinuatum quod oblatio sacrificii est specialis actus virtutis , ut in Levitico ; secundum quod adducitur in arg . contr . Pro cuius capitu novis : quod specialia præcepta dari de aliquibus rebus , infert , illas res esse actus specialis virtutis . Si enim sufficeret , quod essent generales actus virtutum , non esset opus dare de illis , nisi generalia præcepta . Ut igitur specialiter fiant , & actus specialis virtutum determinatarum esse cognoscantur ; præcepta specialia ultra generalia de illis feruntur . Secundo vides : quomodo &c .

A R T I C U L U S IV . 461

Utrum omnes tenentur ad sacrificia offerenda .

AD quartum sic proceditur . Videtur quod non omnes teneantur ad sacrificia offrenda . Dicit enim Apostolus Rom . 111 . 19 . Quæcumque lex loquitur , bis qui sunt in lege , loquitur . Sed lex de sacrificiis non fuit omnibus data , sed soli populo Hebreorum . Ergo non omnes ad sacrificia tenentur .

2 . Præterea . Sacrificia Deo offruntur ad aliquid significandum . Sed non est omnium hujusmodi significationes intelligere . Ergo non omnes tenentur ad sacrificia offrenda .

3 . Præterea . Ex hoc sacerdotes dicuntur , (1) quod sacrificium Deo offerunt . Sed non omnes sunt sacerdotes . Ergo non omnes tenentur ad sacrificia offerenda .

Sed contra est quod sacrificium offerre est de lege naturæ , ut supra habitum est (art . 1 . hu . quæst .) Ad ea autem quæ sunt legis naturæ , omnes tenentur . Ergo omnes tenentur ad sacrificium Deo offerendum .

Respondeo dicendum , quod duplex est sacrificium , sicut dictum est (art . 2 . hu . quæst .) Quorum primum & principale est sacrificium interius , ad quod omnes tenentur : omnes enim tenentur Deo devotam mentem offerre .

Aliud autem est sacrificium exterius , quod in duo dividitur . Nam quoddam est quod ex hoc solum laudem habet , quod Deo aliquid exterius effertur in protestationem divisionis subjectionis : ad hoc aliter tenentur illi qui sunt sub lege nova , vel veteri ; aliter illi qui non sunt sub lege . Nam illi qui sunt sub lege , tenentur ad determinata sacrificia offerenda secundum legis præcepta ; illi vero qui non erant sub lege , tenebantur ad aliqua exterius facienda in honorem divinum secundum condecoriam ad eos inter quos habitabant , non autem determinate ad hæc , vel ad illa .

Aliud vero est exterius sacrificium quando actus exteriores aliarum virtutum in divinam reverentiam assumuntur : quorum quidam cadunt

(1) Non quoad vocis notionem sed institutionem officii ; quia non ob aliud quam ad sacrificandum instituti sunt , ut in Scriptura patet . Quamvis & notionem vocis ita explicat Isidorus lib . 7 . etymologiarum vel Originum tit . de Clericis ; cum sit

quod sicut Rex a regendo ita sacerdos a sacrificando vocatus est : Præmittens tamen quod sic etiam appellatur quasi sacrum dans : Minus congrue vero quod sacerdos nomen sit ex latino & græco compositum , alludens ad græcum ðus idest dans vel qui dedit .

dunt sub præcepto , ad quos omnes tenentur quidam vero sunt supererogationis , (1) ad quos non omnes tenentur .

Ad primum ergo dicendum , quod ad illa determinata sacrificia quæ in lege erant præcepta , non omnes tenebantur ; tenebantur tamen ad aliqua sacrificia interiora , vel exteriora , ut dictum est (in cor. art.)

Ad secundum dicendum , quod quamvis non omnes sciant explicite virtutem sacrificiorum , sciunt tamen implicite ; sicut & habent fidem implicitam , ut supra habitum est (quæst. 11. art. 6. & 7.)

Ad tertium dicendum , quod sacerdotes offerunt sacrificia , quæ sunt specialiter ordinata ad cultum divinum , non solum pro se , sed etiam pro aliis : (2) quædam vero sunt alia sacrificia , quæ quilibet potest pro se Deo offerre , ut ex supra dictis patet (in corp. art. & art. 2. & 3. hu. quæst.)

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scripturis , fuisse , quod omnes tenentur ad sacrificia offerenda . Ut Ps. 4. *Sacrificate sacrificium iustitiae , & sperate in Domino* . Ibi enim Propheta alloquitur omnes , cum & omnes teneantur sperare in Domino . Pone in practica notationem pro lectoribus . qu.70. art. 1. in appen. positam . Secundo vides quomodo &c.

Q U E S T I O LXXXVI.

De Oblationibus , & Primitiis ,

In quatuor articulos divisa .

POstea considerandum est de oblationibus , & primitiis : & circa hoc queruntur quatuor .

Summ. S.Tb. Tom.VII.

Primo , utrum aliquæ oblationes sint de necessitate præcepti .

Secundo , quibus oblationes debeantur .

Tertio , de quibus rebus fieri debeant .

Quarto , specialiter de oblationibus primi-
tarum , utrum ad eas homines ex necessita-
te teneantur .

A R T I C U L U S I . 462

Utrum homines teneantur ad oblationes ex necessitate præcepti .

AD primam sic proceditur . Videtur quod homines non teneantur ad oblationes ex necessitate præcepti . Non enim homines tempore Evangelii tenentur ad observanda cærimonialia præcepta veteris legis , ut supra habitum est (1. 2. quæst. cccc. art. 3. & 4.) Sed oblationes offerre ponitur inter cæ-
rimonialia præcepta veteris legis : dicitur enim Exod. xxxiii. 14. *Tribus vicibus per singulos annos mibi festa celebrabitis : & postea subditur : Non apparebis in conspectu meo vacuus . Ergo ad oblationes non tenentur nunc homines ex necessitate præcepti .*

2. Præterea . Oblationes , antequam fiant ; in voluntate hominis consistunt , ut videtur per hoc quod Dominus dicit Matth. v. 23. *Si offers munus tuum ad altare , quasi hoc arbitrio offerentium relinquatur : postquam autem oblationes sunt factæ , non restat locus iterato offerendi eas . Ergo nullo modo aliquis ex necessitate Præcepti ad oblationes tenetur .*

3. Præterea . Quicumque aliquid tenetur reddere Ecclesiæ , si non reddat , potest ad id compelli per subtractionem ecclesiastico-
rum sacramentorum . Sed illicitum videtur , his qui offerre noluerint , ecclesiastica sacra-
menta denegare , secundum illud decretum sextæ Synodi (sic. Constantinopolit. III. & est can. xxiii. ex his qui Trullani vocan-
tur tom. 6. Concil.) quod habetur 1. quæst.

Oo I. (cap.

(1) Id est supra debitum vel obligationem præcep-
ti ; sicut illud Luc. 10. *Quodcumque supererogaveris*
explicat Augustinus lib. 2. quæstionum evangelicarum
cap. 19.

(2) Ex Concilio Tridentino , ut supra Seff. 22.
cap. 1. ubi tam Apostolis quam eorum in Sacerdo-
tio successoribus Christus dicitur præcepisse ut corpus
& sanguinem ipsius in sacrificium offerant : Ac pro-
inde can. 1. anathema dicit : ei qui negaverit Christum
instituisse Apostolos in Sacerdotes , aut ordina-
tis ut ipsi & alii etiam Sacerdotes offerrent corpus &

sanguinem suum : Nec pro se tantum sed pro fideli-
bus omnibus , ut ibidem cap. 6. videre est . Quoad
alia vero sacrificia que privatim singuli pro seipsi of-
ferunt , 1. Petri 2. vers. 5. ubi dicuntur Christiani
*tangam lapides vivi super edificari , domus spiritua-
lis , sacerdotium sanctorum , offerre spirituales hostias* ,
id est ad offerendum &c. Et si sacrificium proprie di-
ctum ab actibus virtutum distinguatur 1 Reg. 15.
vers. 22. quoad obedientiam ; Psal. 50. vers. 17. quo-
ad peccitantiam : Oferez 6. v. 6. quoad misericor-
diam &c.

1. (cap. Nullus) (1) *Nullus qui sacram communionem dispensat, a percipiente gratiam aliquid exigat; si vero exigerit, deponatur.* Ergo non tenentur homines ex necessitate salutis ad oblationes.

Sed contra est quod Gregorius (VII.) dicit (in Conc. Rom. V. can. XII. tom. 10. Concil. & hab. cap. LXIX. de consecrat.) *Omnis Christianus procuret ad Missarum solemnia aliquid Deo offerre.*

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (quæst. præc. art. 3. ad 3.) nomen oblationis commune est ad omnes res quæ in cultum Dei exhibentur; ita quod si aliquid exhibeat in cultum divinum, quasi in aliquod sacrum, quod inde fieri debeat, consumendum, & oblatio est, & sacrificium. Unde Exod. XXIX. 18. dicitur: *Offeres rotum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suavissimus victimæ Dei:* & Levit. XI. 1. dicitur: *Anima cum obulerit oblationem sacrificii Deo, simila erit ejus oblatio.* Si vero sic exhibeat ut integrum maneat divino cultui deputandum, vel in usus ministrorum expendendum, erit oblatio, & non sacrificium. Hujusmodi ergo oblationes de sui ratione habent quod voluntarie offrantur, secundum illud Exod. XXV. 2. *Ab homine qui offert ultroneus, accipietis eas.* Potest tamen contingere quod aliquis ad oblationes teneatur quadruplici ratione. Primo quidem ex præcedenti conventione; sicut cum alicui conceditur aliquis fundus Ecclesiæ, ut certis temporibus certas oblationes faciat; quod tamen habet rationem census. (2) Secundo propter præcedentem deputationem, sive promissionem; sicut cum aliquis offert donationem inter vivos, vel cum relinquit in testamento Ecclesiæ aliquam rem mobilem in posterum solvendam. Tertio modo propter Ecclesiæ necessitatem; puta si ministri Ecclesiæ non haberent unde sustentarentur. Quarto propter consuetudinem: tenentur enim fideles in aliquibus solemnibus ad ali-

quas oblationes consuetas. Tamen in his duobus ultimis casibus remanet oblatio quodammodo voluntaria, scilicet quantum ad quantitatem, vel speciem rei oblatæ.

Ad primum ergo dicendum, quod in nova lege homines non tenentur ad oblationes causa solemnitatum legalium, ut in Exodo dicitur, sed ex quibusdam aliis causis, ut dictum est (in corp.)

Ad secundum dicendum, quod ad oblationes faciendas tenentur aliqui, & antequam fiant (sicut in primo, & tertio, & quarto modo) & etiam postquam eas fecerint per deputationem, sive promissionem: (3) tenentur enim realiter exhibere quod est Ecclesiæ per modum deputationis oblatum.

Ad tertium dicendum, quod illi qui oblationes debitas non reddunt, possunt puniri per subtractionem sacramentorum, non per ipsum sacerdotem, cui sunt oblationes faciendas, ne videatur pro sacramentorum exhibitione aliquid exigere, sed per superiorem aliquem.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a Scripturis, & Gregorio esse insinuatum, quod oblationes debent fieri ab hominibus. A Gregor. quidem, ut in arg. cont. A scripturis vero, ut I. Cor. 9. *Si nos vobis spiritualia seminamus magnum est, si carnalia vestra metannus?* Quasi dicat: Non. Item Matth. 5. *si offers munus tuum ad altare &c. Tunc veniens offeres munus tuum.* Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 463

Utrum solum sacerdotibus debeantur oblationes.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod oblationes non solum sacerdotibus debeat-

(1) Est autem Canon. 23. in prædicta Synodo sexta ut prænotatur ibi; hoc est ex canonibus qui Trullani dicuntur, nec sunt ab Ecclesia probati omnes aut recepti; quanquam sit innoxius iste quem citat S. Thomas, & Ivo quoque part. I. cap. 92. Appendix porro sequens quæ Gregorii nomen præfert, non est ex Gregorio primo sive magno, ut prima fronte videri potest & ab incantis intelligi, sed ex Gregorio septimo in synodo Romana cap. 13. ut refertur dist. 1. de consecrat. cap. *Omnis plenius quam hic.*

(2) Seu annui redditus vel tributi, sicut in Syn-

tagmate Juris lib. 3. cap. 15. num. 9. census explicatur; sicut & *donatio inter vivos* libro 28. cap. 7. num. 6. ubi alia pura & simplex, alia vero nos simpliciter & pure facta distinguuntur; & prior quidem irrevocabilis dicitur absolute quia nulla circumspectio vel conditio ei, sicut non puræ, adhibetur.

(3) Vel planiori constructione, *postquam eas per deputationem & promissionem fecerint:* Quippe aliquo modo jam tunc eas fecisse supponuntur quando pro eis faciendis aliqua bona deputarunt vel depositata promiserunt;

beantur. Inter oblationes enim præcipue videntur (1) esse quæ hostiarum sacrificiis deputantur. Sed ea quæ pauperibus dantur, in Scripturis *hostie* dicuntur, secundum illud. Hebr. ult. 16. *Beneficentia, & communionis nolite obliuisci: salibus enim hostiis promeretur Deus.* Ergo multo magis oblationes pauperibus debentur.

2. Præterea. In multis parochiis monachi de oblationibus partem habent. Alia autem est cura (2) clericorum, alia monachorum, ut Hieronymus dicit (ep. 1. ad Heliodor. a med.) Ergo non solum sacerdotibus oblationes debentur.

3. Præterea. Laici de voluntate Ecclesiæ emunt oblationes, ut panes, & huiusmodi. Sed non nisi ut hæc in suos usus convertant. Ergo oblationes possunt etiam ad laicos pertinere.

Sed contra est quod dicit canon Damasi I. Papæ (qui est 111. inter ejus decreta tom. 2. Concil.) & habetur x. qu. 1. (cap. Hanc consuetudinem) *Oblationes quæ intra sanctam Ecclesiam offeruntur, tantummodo sacerdotibus, qui quotidie Domino seruire videntur, licet comedere, & bibere: quia in veteri testamento prohibuit Dominus panes sanctos comedere filii Israel, nisi tantummodo Aaron, & filii ejus.*

Respondeo dicendum, quod sacerdos quodammodo constitutus sequester, & medius inter populum, & Deum, sicut de Moyse legitur Deut. v. & ideo ad eum pertinet divina dogmata, & sacramenta exhibere populo; & iterum ea quæ sunt populi, puta

preces, & sacrificia, & oblationes, per eum Domino debent exhiberi; secundum illud Apostoli ad Hebr. v. 1. *Omnis Pontifex ex hominibus constitutus in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.*

Et ideo oblationes quæ a populo Deo exhibentur, ad sacerdotes pertinent; non solum ut eas in suos usus convertant, verum etiam ut fideliter eas dispensent, partim quidem expendendo eas in his quæ pertinent ad cultum divinum, partim vero in his quæ pertinent ad proprium victimum (quia qui altari deserviunt, cum altari participant, ut dicitur I. ad Cor. ix.) partim etiam in usus pauperum, qui sunt, quantum fieri potest, de rebus Ecclesiæ sustentandi: quia & Dominus in usum pauperum loculos hahebat, ut Hieronymus dicit super Matthæum (3).

Ad primum ergo dicendum, quod ea quæ pauperibus dantur, sicut non proprie sunt sacrificia, dicuntur tamen sacrificia, in quantum eis dantur propter Deum; ita etiam secundum eamdem rationem oblationes dici possunt, tamen non proprie dictæ, quia non immediate Deo offeruntur. Oblationes vero proprie dictæ in usum pauperum cedunt non per dispensationem offerentium, sed per dispensationem sacerdotum.

Ad secundum dicendum, quod monachi, sive alii religiosi possunt oblationes recipere tripliciter. Uno modo, sicut pauperes, per dispensationem sacerdotum, vel ordinatem Ecclesiæ. Alio modo, si sint ministri altaris: & tunc possunt accipere oblationes sponte oblatas. Tertio modo, si parochiæ sint eo-

O o 2 rum:

(1) Non ut inepit passim, præcipue videmus esse; vel inepiti præcipua videmus esse.

(2) Vel *causa*, Sicut ex texto Hieronymi reposendum est, epistol. de laude vita solitaria quam ad Heliodorum scripsit; quamvis Exemplaria Summa passim quoque habeant quod *alia est cura &c.* Dicitur autem esse *alia causa* idest alia conditio sive ratio utrorumque quia oblationes recipere alii debent, alii dare: Sic enim addit Hieronymus: *Clerici paucunt, ego pastor: Illi de altario vivunt; mihi tanquam infructuose arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero.* Porro Canon Damasi Papæ Causa 10. in Decretis cap. Hanc consuetudinem, legendus est ut reponimus & ut Decreti textus habet; non comedere & bibere, sicut Exemplaria Summa passim, ut ad oblationes panis & vini referatur; quales nimis Fabianus Papa & Martyr epist. 3. omnibus Dominicis diebus tam a viris quam a mulieribus offerri jubet.

(3) Ad illa nempe verba quibus jubetur Petrus

pro Magistro & pro seipso statarem dare quem eodem insinuante in ore pīcis invenerat cap. 17. versus finem: *Ubi postquam præmisit hoc simpliciter intellectum (idest si simpliciter intelligatur) edificare audirem, dum sancta Dominus fuerit pauperatus us unde tributa pro se & pro Ap. solo reddere non habuerit, subdit: Quod si quis obsecra voluerit, Quomodo Judas in loculis portabat pecuniam? Respondebimus quod rem pauperum in suos usus convertere nefas putavist (Christus) nobisque idem tributus exemplum.* De iisdem loculis Augustinus Tract. 62. in Joan. indeque in Decretis causa 12. qu. 1. cap. *Habebat*; non ut prius, ex Hieronymo. Colligitur ex Ulpiano Jurisconsulto super legem, *Bsi ob stuprum, §. Quod si morerici*; Gregorius Tolosanus in Syntagmate Juris refert lib. 10. cap. 2. §. five num. 22. Ubi tamen reprobatur legem illam & interpretationem Ulpiani quia verisimile non putat jurisconsultos arbitratos fuisse dignas iure quas decreverunt puniendas.

rum : & tunc ex debito possunt accipere oblationes tamquam Ecclesiaz rectores.

Ad tertium dicendum , quod oblationes , postquam fuerint consecratae , non possunt cedere in usum laicorum ; sicut vasa , & vestimenta sacra : & hoc modo intelligitur dictum Damasi Papae (cit. in arg. Sed cont.) Illa vero quæ non sunt consecratae , possunt in usum laicorum cedere ex dispensatione sacerdotum , sive per modum donationis , sive per modum venditionis .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito a scripturis , & Papa Damaso , & B Hieronymo insinuatum fuisse , quod solum sacerdotibus dantur oblationes . A scripturis quidem , ut de Aaron , & filiis ejus patet in lib. Levit. per multa capitula . A Papa Damaso , 10. q. 1. c. *Hanc consuetudinem* . Ubi decernit , in argum. contr. Vide ibi positum anathema contra præsumptores in contrarium sui decreti . A B. Hieron. autem 10. q. 1. c. *Quia sacerdotes* . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 464

Utrum homo possit oblationes facere de omnibus rebus licite possessis .

AD tertium sic proceditur . Videtur quod non possit homo oblationes facere de omnibus rebus licite possessis . Quia secundum iura humana (l. Idem. ff. de condit. ob turp. cauf.) turpiter facit meretrix in hoc quod est meretrix , non tamen turpiter accipit ; & ita licite possidet . Sed non licet de eo facere oblationem , secundum illud Deut. xxii. 18. *Non offeres mercedem prostibuli . . . in domo Domini Dei tui* . Ergo non licet facere oblationem de omnibus licite possessis .

2. Præterea . Ibidem prohibetur quod premium canis non offeratur in domo Dei . Sed

manifestum est quod premium canis juste venditi juste possidetur . Ergo non licet de omnibus juste possessis oblationem facere .

3. Præterea . Malach. 1. 8. dicitur : *Si offeratis claudum , & languidum , nonne maleum est ? Sed claudum , & languidum animal est juste possidetur* . Ergo videtur quod non de omni juste possesso possit oblatio fieri .

Sed contra est quod dicitur Prov. 111. 9. *Honorā Dominum Deum tuum de sua substantia* (1). Ad substantiam autem hominis pertinet quidquid juste possidet . Ergo de omnibus juste possessis potest fieri oblatio .

Respondeo dicendum , quod sicut Augustinus dicit in Lib. de verb. Domini (serm. xxxv. cap. 11. in med.) si depravareris aliquem invalidum , & de spoliis ejus dares aliquid judici , si pro te judicaret , tanta vis est justitiae , ut & tibi displiceret . Non est talis Deus tuus , qualis non debes esse nec tu . Et ideo dicitur Eccli. xxxiv. 21. *Immolanlis ex iniquo oblatio est maculata* . Unde patet quod de injuste acquisitis , & possessis non potest oblatio fieri .

In veteri autem lege , in qua figuræ serviebatur , quedam propter significationem reputantur immunda , quæ offerre non licet ; sed in lege nova omnis creatura Dei reputatur munda , ut dicitur ad Titum 1. Et ideo , quantum est de se , de quolibet licite possesso potest oblatio fieri . Per accidentem tamen contingit quod de aliquo licite possesso oblatio fieri non potest ; puta si vergat in detrimentum alterius ; ut si filius ali quis offerat Deo id unde debet patrem nutrire , quod Dominus improbat Matth. xv. vel propter scandalum , vel propter contemptum , vel aliquid aliud hujusmodi .

Ad primum ergo dicendum , quod in veteri lege prohibebatur oblatio de mercede prostibuli propter immunditiam ; in nova autem lege propter scandalum , ne videatur Ecclesia favere peccato , si de lucro peccati oblationem recipiat .

Ad secundum dicendum , quod canis secundum legem reputabatur animal immundum

(1) Sive secundum 70. de laboribus tuis justis ; ut & loco mox indicando legit Augustinus , ubi plenius habet quam hic : *De iustis laboribus elemosynas facite* (vel similiter oblationes) *id est ex eo quod rebus habetis date* : *Non enim corrupturi estis iudicem Christum ut non vos audiat cum pauperibus quibus solletis* ; *Si enim depravaveris aliquem invalidum tu valentior & potentior , & venires tecum ad judicem dominem quilibet in hac terra , velleisque tecum*

causam dicere ; *si tu de preda & spoliatione illa inopis datus aliquid Judici ut pro te judicaret , Judei esse tibi placeres* ? *Nempe pro te judicavit* : *Et tamen tanta vis est justitiae , ut & tibi displiceret* : *Noi tibi talera pingere Deum* : *Noli collocare in templo cordis tui sale idolum* : *Non est talis Deus tuus , qualis non debes esse nec tu* . *Melior est tu Deus tuus , justior est , fons iustitiae est &c.*

dum . Alia tamen animalia immunda redimebantur , & eorum pretium poterat offerri , secundum illud Levit. ult. 27. Si immunda animal est , redimes qui obtuleris . Sed canis nec offerebatur , nec redimebatur : tum quia idololatræ canibus utebantur in sacrificiis idolorum : tum etiam quia significat rapacitatem , de qua non potest fieri oblatio (1) . Sed hæc prohibitiō cessat in nova lege .

Ad tertium dicendum , quod oblatio animalis cæci , vel claudi reddebatur illicita simpliciter . Uno modo ratione ejus ad quod offerebatur : unde dicitur Malach. 1. 8. Si off-ratis cæcum ad immolandum , nonne malum est ? sacrificia autem oportebat esse immaculata . Secundo ex contemptu : unde ibidem subditur : Vos polluistis nomen meum in eo quod dicitur : Mensa Domini contaminata est , & quod superponitur , contemptibile est . Tertio modo ex voto præcedenti , ex quo obligatur homo ut integrum reddat quod vovit : unde ibidem subditur : Maledictus doctus , qui habet in grege suo masculum , & votum faciens immolat debile Domino . Et hæc causæ eadem manent in lege nova ; quibus tamen cessantibus , non est illicitum .

A P P E N D I X .

EX art. habes prima : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito insinuatum a scripturis , quod oblatio potest fieri de quolibet licite possesto . Ut Proverb. 3. secundum quod extenditur in argum. contr. Item Luc. 21. de vidua illa , quæ omnem victum suum in oblationes Domini contulit : & ab ipso multum de hoc laudata est Secundo vides &c.

A R T I C U L U S IV . 465

Urum ad primitias solvendas homines teneantur .

AD quartum sic proceditur . Videtur quod ad primitias solvendas homines non teneantur . Quia Exod. xiiii. 9. data lege primogenitorum subditur : Erit quasi signum in manu tua : & ita videtur esse præceptum cærenoniale . Sed præcepta cærenonialia non sunt servanda in lege nova . Ergo neque primitiaz sunt solvendæ .

2. Præterea . Primitiaz offerebantur Domino pro speciali beneficio illi populo exhibito : unde dicitur Deut. xxvi. 2. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias , accedesque ad sacerdotem , qui fueris in diebus illis , & dices ad eum : Profiteor hodie coram Domino Deo tuo , quod ingressus sum terram , pro qua juravit patribus nostris ut daret eam nobis : Ergo alia nationes non tenentur ad primitias solvendas .

3. Præterea . Illud ad quod aliquis tenuit , debet esse determinatum . Sed non inventur nec in nova lege , nec in veteri determinata quantitas primitiarum . Ergo ad eas solvendas non tenentur homines ex necessitate .

Sed contra est quod dicitur xvi. quest. vii. (cap. Decimas :) Oportes decimas , & primitias , quas de jure sacerdotum esse sancimus , ab omni populo accipere .

Respondeo dicendum , quod primitiaz ad quoddam genus oblationum pertinent , quia Deo exhibentur cum quadam professione , ut habetur Deut. xxvi. unde & ibidem subditur : Suscipiens sacerdos cartallum , (2) scilicet primitiarum , de manu ejus qui defert primitias , ponet ante altare Domini Dei tui ; & postea mandatur ei quod dicat : Idcirco nunc offero primitias frupum terre , quas Dominus debitis mihi . Offerebantur autem primitias

(1) Sicut explicat Glossa quoad hanc partem , sed prior non occurrit : Tametsi canes immolatos idolis passim & ad placandum idoneos existimat Pierius in Hieroglyphicis lib. 1. cap. 31. & 32. multis exemplis probat : Sed cum etiam illis alia quedam offerrentur quæ Deo tamen lex offerri jubebat , puta vaccæ , vituli , capræ , agni , vel similia , infuscientes per se causa videri potest cur a sacrificio Dei rejiceretur canis , nisi addatur & aliud quod ad natu ram vel ad indolem canis pertineat ; sicut hic rapacitas : Impudentiam alii addunt quæ proverbio lo-

cum dedit ut canes vel canini dicantur impudentes qui vel immunditia sua gloriabantur : Unde prædicto loco cum prostibulo vel meretrice jungitur canis propter impudentiam utriusque vel prouinciam ad libidinem , ut Hieronymus notat in Esaï. 66.

(2) Idest canistrum : ui ex græco κανιστρον tum hic tum Hieremie 6. sic redditur , nec a Latinis usurpatum alibi videre est , sed 4. Reg. cap. 10. vers. 7. ubi græce dicitur κανιστρον , vulgata reddit à cophinis quod perinde est ac in canistris &c.

mitiz ex speciali causa, scilicet in recognitionem divini beneficij; quasi aliquis profiteatur se a Deo fructus terræ percipere, & ideo se teneri ad aliquid de hujusmodi Deo exhibendum, secundum illud I. Paralip. ult. 14. *Que de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Et quia Deo debemus exhibere id quod præcipuum est, ideo primitias, quasi præcipuum aliquid de fructibus terræ, præceptum fuit Deo offerre. Et quia Sacerdos constitutus pro populo in his que sunt ad Deum, (1) ideo primitiz oblatæ a populo in usum sacerdotum cedebant. Unde dicitur Num. xxviii. 8. *Locutus est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiām primitiarum mearum.*

Pertinet autem ad jus naturale ut homo ex rebus sibi datis a Deo aliquid exhibeat ad ejus honorem; sed quod talibus personis exhibeatur, aut de primis fructibus, aut in tali quantitate, hoc quidem fuit in veteri lege jure divino determinatum; (2) in nova autem lege definitur per determinationem Ecclesiæ, ex qua homines obligantur ut primitias solvant secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum Ecclesiæ.

Ad primum ergo dicendum, quod cæmonialia proprie erant in signum futuri; & ideo ad præsentiam veritatis significatae cesaverunt. Oblatio autem primitiarum fuit in signum præteriti beneficij, ex quo etiam debitum recognitionis causatur secundum dictamen rationis naturalis. Et ideo in generali hujusmodi oblatio manet.

Ad secundum dicendum, quod primitiz offerebantur in veteri lege, non solum propter beneficium terræ promissionis datae a Deo, sed etiam propter beneficium fructuum terræ a Deo datorum. Unde dicitur Deut. xxvi. 10. *Offero primitias frugum terre, quas Dominus dedit mihi:* & hæc secunda causa apud omnes est communis. Poteat etiam dici, quod sicut Judæis speciali quodam benefi-

cio terram promissionis contulit Dens; ita generali beneficio toti humano generi contulit terræ dominium, secundum illud Psalm. cxiii. 16. *Terram dedit filiis hominum.*

Ad tertium dicendum, quod, sicut Hieronymus dicit (sup. illud Ezech. xlvi. *Ha sunt primitiae, & hab. cap. i. de constit.*) (3) ex majorum traditione introductum est quod qui plurimum, quadragesimam partem dabant sacerdotibus loco primitiarum; qui minimum, sexagesimam. Unde videtur quod inter hos terminos sint primitiz offerendæ secundum consuetudinem patriæ. Rationabiliter tamen primitiarum quantitas non fuit determinata in lege: quia, sicut dictum est (in corp. art.) primitiz dantur per modum oblationis; de cuius ratione est quod (4) sit voluntaria.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito dictum a Gregorio VII. Illud, quod recitat in arg. cont. Et nota: quod ibi, scilic. 16. q. 7. c. 1. unde sumitur illa hic citata auctoritas, dicitur, quod ita de jure sunt sacerdotum decimæ, sub his intelligo & primitias, quod laici, sive ab Episcopis, sive a regibus, sive a quibuslibet personis eas acceperint, nisi ecclesiæ reddiderint, scire debent, se sacrilegii crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurgere. Secundo vides: quomodo &c.

Q U E-

(1) Usurpatum ex Apostolo ad Hebreos cap. 5. vers. 1. verbis paullum immutatis: Nempe sic: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constitutus in iis que sunt ad Deum &c.*

(2) Non referendo ad quantitatem primitiarum absolute, quam S. Thomas paullo infra in fine articuli determinatam negat, sed ad eorum quantitatem que aliunde in honorem divinum exhiberi debebant, ut præmittit: Quasi seorsim ea de primitiis exhibenda intelligentur, & seorsim in tali quantitate, nec determinatio quantitatis in primitias cadat. Hinc Hieronymus loco mox indicando ait hoc sub dubio in Pentateuco derelictum, sed Ezech. 45. propter Sacerdotum avaritiam definitum.

(3) Refertur paulo alter & plenius Extra de decimis & primitiis cap. 1. velut ex Hieronymo super Ezechielem fine indice speciali, sed super 45. sicut prius ad illa verba *Ha sunt primitiae quas tolleris,* ita loquitur: *Primitiva que de frugibus offerebant, non erant speciali numero definita, sed offerventur arbitrio derelicta: Traditionemque accepimus Hebreorum, non lege preceptam sed Magistrorum arbitrio inolitam, quod qui plurimum, quadragesimam partem dabat, & qui minimum, sexagesimam; inter utramque autem licet offerri quocunque voluisse.* &c.

(4) Ali. sive voluntariae.

QUESTIO LXXXVII.

*De Decimis,**In quatuor articulos divisos.*

POstea considerandum est de decimis: & circa hoc quæruntur quatuor.

Primo, utrum homines teneantur ad solvendas decimas ex necessitate præcepti.

Secundo de quibus rebus sunt decima dandæ.

Tertio, quibus debeant dari.

Quarto, quibus competat eas dare.

ARTICULUS I. 46

Utrum homines teneantur dare decimos ex necessitate præcepti.

Quodl. II. art. 8. & quodl. VI. art. 10. cor.

& Hebr. VII. le. 3.

AD primum sic proceditur. Vdetur quod homines non teneantur dare decimas ex necessitate præcepti. Præceptum enim de solutione decimarum in lege veteri datur, ut patet Lev. XXVIII. 30. *Omnis decima terra, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt: & infra: Omnia decimarum ovis, & bovis & capre, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.* (1) Non autem potest computari hoc inter præcepta moralia: quia ratio naturalis non magis dictat quod decima pars debat dari, quam nona, vel undecima. Ergo vel est præceptum judiciale vel cærimoniale. Sed, sicut supra habitum est (2) tempore gratiæ non obligantur homines neque ad præ-

cepta cærimonialia, neque ad judicialia veteris legis. Ergo homines nunc non obligantur ad decimarum solutionem.

2. Præterea. Illa sola homines servare tenentur tempore gratiæ quæ a Christo per Apostolos sunt mandata, secundum illud Matth. ult. 20. *Docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis: & Paulus dicit Act. xx. 27. (3) Non enim subterfugi quomodo annuntiarem vobis omne consilium Dei.* Sed neque in doctrina Christi, neque in doctrina Apostolorum aliquid continetur de solutione decimarum: nam quod Dominus de decimis dicit Matth. XXII. 23. *Væ vobis, qui decimatis mentham, (4) & anethum &c.* Hec oportuit facere, ad tempus præteritum legalis observantiaz referendum videtur: dicit enim Hilarius super Matth. (can. XXIV. circ. med. *Decimatio illa olerum, que in præfigurationem futurorum erat utilis, non debebat omitti.* Ergo homines tempore gratiæ non tenentur ad decimarum solutionem.

3. Præterea. Homines tempore gratiæ non magis tenentur ad observantiam legalium quam ante legem. Sed ante legem non dabantur decimæ ex præcepto, sed solum ex voto: legitur enim Genel. XXVIII. 20. quod Jacob vorvit votum dicens: *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, qua ambulo.... cunctorum quæ dederis mibi, decimas offram sibi.* Ergo etiam neque tempore gratiæ tenentur homines ad decimarum solutionem.

4. Præterea. In veteri lege tenebantur homines ad triples decimas solvendas. Quarum quasdam solvebant Levitis: dicitur enim Num. XVI. 24. *Levite decimarum oblatione contenti erunt, quas in usus eorum, & necessaria separavi.* Erant quoque aliae decimæ, de quibus legitur Deut. XIV. *Decimans* par-

(1) Vel secundum 70. *Omnis decima de semine terra ac de fructu ligneo &c.* Et mox: *Omnis decima bovum & ovium & quocunque veneris in numerum sub virga &c.*

(2) Obiter quidem 1. 2. qu. 100. art. 3. ad 2. Plenius autem qu. 103. art. 3. & 4. in corp. quoad cærimonialia; vel quæst. 104. art. item 3. quoad judicialia &c.

(3) Cum convocatos ad se majores natu Ephesiorum ad suorum dogmatum accuratam observantiam exhortatur mox discessurus & valedicens vers. 27.

(4) Ex græco μένη. Quamvis & sine aspiratione mentam dici ac scribi posse notet Calepinus, ut hic antea scriberetur: Pro mentha autem habet evangelicus textus apud Editionem græcam σάνθιαν quia sic mentham Græci vocant quali *juaviter odorans* &c.

Loco anethi porro quod ex Matthæo reponimus, impressa passim & gothica Exemplaria S. Thomæ legabant rutam, quam solus Lucas cap. XI. vers. 42. habet, non Matthæus ex quo quispiam oscitantur intrusit & incaute. Nam aliquo manuscriptum Exemplar sine hac appendice sic tantum habet: *Quod Dominus de decimis dicit Matheb. 22.* Hæc oportuit facere, ad præteritum tempus &c. Unde non sic mutavit S. Thomas, nec imputari ei debet quod ex Matthæo rutam notaverit. Sed cur anethum recentuit Matthæus, Lucas rutam? Perinde fuit ad minutissimas herbas designandas, quas decimari tam accurate a Pharisæis Christus reprehendit, cum graviora legis præterire, cuius prætextu tamen minutiora illa decimabant.

partem separabis de cunctis frugibus tuis, que nascuntur in terra per annos singulos; & comedes in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegitis Deus. Erant quoque & aliae decimæ, de quibus ibidem 28. subditur: *Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus que nascuntur tibi eo tempore, & repones intra januas tuas; venietque Levita, qui aliam non habet partem, neque possessionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur. Sed ad secundas, & tertias decimas homines non tenentur tempore gratiæ. Ergo neque ad primas.*

5. Præterea. Quod sine determinatione temporis debetur, nisi statim solvatur, obligat ad peccatum. Si ergo homines tempore gratiæ obligarentur ex necessitate præcepti ad decimas solvendas in terris in quibus decimæ non solvuntur, omnes essent in peccato mortali, & per consequens etiam ministri Ecclesiæ, dissimulando: quod videretur inconveniens. Non ergo homines tempore gratiæ ex necessitate tenentur ad solutionem decimæ.

Sed contra est quod Augustinus dicit serm. ccxix. de tem. versus fin.) & habetur xvi. quæst. 1. (cap. lxvi.) *Decima ex debito requiruntur; & qui eas dare noluerint, res alienas invadunt.* (1)

Respondeo dicendum, quod decimæ in veteri lege dabantur ad sustentationem ministeriorum Dei: unde dicitur Malach. 111. 10. *Inferite omnem decimacionem in borreum meum*

ut sit cibus in domo mea. Unde præceptum de solutione decimarum partim quidem erat morale, inditum naturali ratione; partim autem erat judiciale, ex divina institutione robur habens. Quod enim eis qui divino cultui ministrabant ad salutem populi totius, populus necessaria viætus ministraret, ratio naturalis dictat; sicut & his qui communis utilitati invigilant, scilicet principibus, & militibus, & aliis hujusmodi, stipendia viætus debentur a populo. Unde & Apostolus hoc probat I. ad Cor. ix. 7. per humanas conuentudines, dicens: *Quis militat suis stipendiis umquam? aut qui plantat vineam, & de fructibus ejus non edit?*

Sed determinatio certæ partis exhibendæ ministris divini cultus non est de jure naturali; sed est introducta institutione divina, secundum conditionem illius populi cui lex dabatur: qui cum in duodecim Tribus esset divisus, duodecima Tribus, scilicet Levitica quæ tota erat ministeriis divinis mancipata possessiones non habebat, unde sustentaretur: unde convenienter institutum est ut reliquæ undecim Tribus decimam partem suorum proventuum Levitis darent, ut honorabilius viverent: & quia etiam aliqui per negligenciam erant transgressores futuri. Unde quantum ad determinationem decimæ partis erat judiciale; sicut & alia multa specialiter in illo populo instituta erant ad æqualitatem inter homines ad invicem conservandam, secundum populi illius conditionem; quæ judicia præcepta dicuntur: licet ex conse-

(1) Sive qui eas dare noluerint, res alienas invadet, ut cap. Decima versus finem habetur; & sumptum est iisdem verbis ex ser. 219 de tempore, vel ex ser. 1. Domin. 12. post festum Trinitatis, etiam versus finem: *Ubi subiungit quod & quanti pauperes in locis ubi ipso habitat, illo decimas non dan-*as, *fame mortui fuerint, tancorum homicidiorum reus ante tribunal eterni Judicis apparebit, quia quod pauperibus a Domino delegatum est, suis usibus rejerovavit:* Quippe, sicut ibidem præmittitur, *Decima tributa sunt egenissimum animarum:* Quamvis non ob id solum pertolvens sint, sed veluti sustentamenta & subsidia ministeriorum, ut hic in textu explicatur. Unde ibidem subdit Augustinus: *Redde ergo tributa pauperibus, offer libamina Sacerdotibus:* Et paulo infra: *Cum decimas dando & terrena & celestia possis munera promereri, quare per avariciam dupliciti beneficione te fraudas?* Audi ergo indevota mortalitas: *Nos si quia Lei sunt cuncta que percipis & de suo non accommodas rerum omnium conditoris?* Et rursus paulo infra: *Constat quod ipse non dedecrit, sed tamen Deus exigit:* Hoc enim est Domini

justissima consuetudo ut si tu illi Decimam non deris, tu ad Decimam revoceris (idest) decimam tantum bonorum tuorum partem novem subtractis possideas) *Dabis impio militi quod non vis dare Sacerdoti.* Sic & in libro 50. homiliarum homil. 48. *Majores nostri* (inquit) ideo copiis omnibus abundabant quia Deo Decimas dabant: *Modo quia recessit devotio Dei, accessit indiclio fiscæ: Noluitus cum Deo partiiri decimas: Modo totum tollitus per bonitatem: Hoc tollit fiscus quod non accipie Christus:* ut cap. Majores causa 16. qu. 7: in Decretis referatur. Adde quod cap. Decimas ex Concilio Moguntiensis præmittitur ibidem: *Decimas Deo & Sacerdotibus Dei dandas Abraham factis (cum eas dedit Melchisedech ut Sacerdoti Genel. 14.) Jacob autem promissis insinuat (cum ait Deo, Decimas & hostias pacificas offeram tibi Gen. 28.) Leinde lex eas dari statuit, ut omnes S. Doctores commemorant: Praeter id quod cap. Parochianos Extra de primitiis ac Decimis Alexander 3. Archiepiscopo Rhemensi scribens dicit: *Cum decimas non ab homine sed a Domino non sint instituta, quasi debitum exigi possunt.**

quenti aliquid significant in futurum , sicut & omnia eorum facta , secundum illud I. ad Cor. x. 11. *Omnia in figura contingebant illis: in quo conveniebant cum ceremonialibus præceptis , quæ principaliter instituta erant ad significandum aliquid futurum . Unde & præceptum de decimis solvendis significat aliquid in futurum . Qui enim decimam dat , quæ est perfectionis signum (eo quod denarius est quodammodo numerus perfectus , quasi primus limes numerorum , ultra quem numeri non procedunt , sed reiterantur ab uno) novem sibi partibus reservatis , protestatur quasi in quodam signo ad se pertinere imperfectionem , perfectionem vero quæ erat futura per Christum , esse expectandam a Deo . Nec tamen propter hoc est ceremonialia præceptum , sed judiciale , ut dictum est (hic sup.)*

Est autem hæc differentia inter ceremonialia , & judicialia legis præcepta , ut supra diximus (i. 2. quæst. civ. art. 3.) quod ceremonialia illicitum est observare tempore legis novæ ; judicialia vero eti non obligent tempore gratiæ , tamen possunt observari absque peccato ; & ad eorum observantiam aliqui obligantur , si statuantur auctoritate eorum quorum est condere legem : sicut præceptum judiciale veteris legis est quod qui suratus fuerit oves , reddat quatuor oves , ut legitur Exod. xxii. quod si ab aliquo regre statuatur , tenentur ejus subditi observare .

*Ita etiam determinatio decimæ partis solvendæ est auctoritate Ecclesiæ tempore novæ legis instituta , secundum quamdam humanitatem ; ut scilicet non minus populus novi testamenti exhiberet quam populus veteris legis ministri veteris testamenti exhibebat ; cum tamen populus novæ legis ad majora obligetur , secundum illud Matth. v. 20. *Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum , non intrabis in regnum cœlorum ; & cum ministri novi testamenti sint majoris dignitatis quam ministri veteris testamenti , ut probat Apostolus II. ad Corinth. 21. Sic ergo patet quod ad solutionem decimarum homines tenentur partim quidem ex jure naturali , partim ex institutione Ecclesiæ : quæ tamen , pensatis opportunitatibus**

Summ. S.Th. Tom. VII.

temporum , & personarum , posset aliam partem determinare solvendam .

Et per hoc patet responsio ad primum .

*Ad secundum dicendum , quod præceptum de solutione decimarum , quantum ad id quod erat mortale , datum est in Evangelio a Domino , ubi dicit Matth. x. 10. *Dignus es operarius (*) mercede suo ; & etiam ab Apostolo , ut patet 1. Cor. ix. Sed determinatio certæ partis est reservata ordinationi Ecclesiæ .**

Ad tertium dicendum , quod ante tempus veteris legis non erant determinati ministri divini cultus ; sed dicitur , quod primogeniti erant sacerdotes , qui duplē portiōnem accipiebant . Et ideo etiam non erat determinata aliqua pars exhibenda ministris divini cultus , sed ubi aliquis occurrebat , unusquisque dabat ei propria sponte quod sibi videbatur ; sicut Abraham quodam propheticō instinctu dedit decimas Melchisedechiacerdoti Dei summi , ut dicitur Gen. xiv. & similiter Jacob decimas vovit se datum ; quamvis non videatur decimas vovisse , quasi aliquibus ministris exhibendas , sed in divinum cultum ; puta ad sacrificiorum consummationem : unde signanter dicit :

Offeram tibi decimas .

*Ad quartum dicendum , quod secundæ decimæ , quæ reservabantur ad sacrificia offerrenda , locum in nova lege non habent , cœfiantibus legalibus victimis . Tertiæ vero decimæ quas cum pauperibus comedere debebant , in nova lege augentur per hoc quod Dominus non solum decimam partem , sed omnia superflua pauperibus jubet exhiberi , secundum illud Lucæ xi. 41. *Quod supereft, due eleemosynam .* Ipsæ etiam decimæ quæ ministri Ecclesiæ dantur , per eos debent in usum pauperum dispensari .*

Ad quintum dicendum , quod ministri Ecclesiæ majorem curam debent habere spirituallium bonorum in populo promovendorum , quam temporalium colligendorum : & ideo Apostolus noluit uti potestate sibi a Domino tradita , ut scilicet acciperet stipendia victimus ab his quibus Evangelium prædicabat , ne daretur aliquod impedimentum (1) Evangelio Christi . Nec tamen peccabant illi qui ei

P p non

(*) *Vulgata cibo suo .*

(1) *Sive offendiculum ut loquitur 1. ad Cor. 9. ver. 13. græce autem ἔκστρις quod & impedimentum reddi potest ; quale afferre posset Evangelio pro-*

pagando , quia non tam facile illud Corinthii propter avaritiam suscepissent , si Apostolus victimum ab illis exegisset : Quamvis offendiculum quoque de scandalo explicat ibi S. Thomas quia ex illa libertate sumptuum

non subveniebant : alioquin Apostolus eos corrigerem non omisisset . Et similiter laudabiliter ministri Ecclesiae decimas Ecclesiae non requirunt , ubi sine scandalo requiri non possent propter dissuetudinem , vel propter aliquam aliam causam . Nec tamen sunt in statu damnationis qui non solvunt in locis illis in quibus Ecclesia non petit ; nisi forte propter obstinationem animi , habentes voluntatem non solvendi , etiam si ab eis pertinentur .

• APPENDIX.

EX artic. habes primo : quomodo per rationem destruas errorem Joannis Wicleff. dicentis : decimas esse puras eleemosynas , & consequenter , quod homines non tenentur de præcepto solvere illas sacerdotibus . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , hunc merito damnari a Concilio Constantiensi , *Jeff. 8.* Item a *Greg. VII.* ut allegatum est *q. 86. a. 4. append.* Item a Concilio Rotromagenensi , ut habetur in decretis . *16. q. 7.* ubi & excommunicantur , qui decimas dare nolunt sacerdotibus . Nota ibid . *cap. majores nostri :* quod B. Aug. ideo inopiam tempore nostro aliquibus contingere dicit , quia decimas non solvunt : & concludit sententialiter , *quod non capit Christus , rapit fiscus .* Item merito damnari a dictis in Veritatibus aureis super legem veterem , *Genes. 14. concl. 6. & Levit. 23. conclus. 2. & Num. 3. concl. 11.* Tertio vides : quomodo &c.

ARTICULUS II. 467

Utrum de omnibus teneantur homines decimas dare.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod non de omnibus teneantur homines decimas dare . Solutio enim decimarum

videtur esse ex veteri lege introducta . Sed in veteri lege nullum præceptum datur de personalibus decimis , quæ scilicet solvuntur de his quæ aliquis acquirit ex proprio actu , puta de mercationibus , vel de militia : Ergo de talibus decimas nullus solvere teneatur .

2. Præterea . De male acquisitis non debet fieri oblatio , ut supra dictum est (*quæt. præc. art. 3.*) Sed oblationes , quæ immediate Deo exhibentur , magis videntur pertinere ad divinum cultum , quam decimas , quæ exhibentur ministris . Ergo etiam nec decimas de male acquisitis sunt solvenda .

3. Præterea . *Levit. ult.* non mandatur solvi decima nisi *de frugibus , & ponis arborum , & animalibus , que transiunt sub virga pastoris .* Sed præter hæc sunt quædam alia minuta , quæ homini proveniunt , sicut herbae quæ nascuntur in horto , & alia hujusmodi . Ergo nec de illis homo decimas dare teneatur .

4. Præterea . Homo non potest solvere nisi id quod est in ejus potestate . Sed non omnia quæ proveniunt homini de fructibus agrorum , aut animalium , remanent in ejus potestate : quia quædam aliquando subtrahuntur per furtum , vel rapina : quædam vero quandoque in aliud transferuntur per venditionem ; quædam etiam aliis debentur , sicut principibus debentur tributa , & operariis debentur mercedes . Ergo de his non teneatur aliquis decimas dare .

Sed contra est quod dicitur Gen. *xxviii. 22. Cunctorum que dederis mibi , decimas offeram tibi .* Sed omnia quæ homo haberet , sunt ei data divinitus . Ergo de omnibus debet decimas dare .

Respondeo dicendum , quod de unaquaque re præcipue est judicandum secundum ejus radicem . Radix autem solutionis decimarum est debitum , quo seminantibus spiritualia debentur carnalia , secundum illud Apolloli I. ad Corinth. *IX. II. Si nos vobis spiritualia semi-*

ptuum sumendorum quam Apostolus usurpasset , scandalizati essent , &c. Sic ergo pro Decimis existimandum , quando saltem universalis consuetudo non solvendi apud aliquos viget : Alioqui si apud illos generalis consuetudo solvendi recepta est , nulla particularis obstat quin petendæ sint & solvendæ : Unde Innocentius 3. Extra de primitiis & Decimis cap. 53. In aliquibus ex Concilio Lateranensi Generali cap. 53. In aliquibus regionibus (inquit) quædam per mixta sunt gentes , quæ quia secundum suos ritus Decimas de more non solvunt , quamvis Christiano nomine censeantur , his nonnulli domini preditorum

ea tribuunt excolenda ut Decimas defraudentes Ecclesiæ , majores inde redditus assequantur . Volentes igitur super his (id est quoad hæc) Ecclesiæ indennitatibus providere , statuimus ut ipsi domini de cetero talibus personis & taliter sua predia excœda committant quod abfque contradictione Decimas Ecclesiæ cum integratæ persolvant , & ad id (si necesse fuerit) per censorum ecclesiasticam compellantur : Ille quippe Decima necessario solvendæ sunt quæ debentur ex lege divina vel ex loci consuetudine approbata .

seminavimus, magnum est, si carnalia vestra metamus? Super hoc enim debitum fundavit Ecclesia determinationem solutionis decimorum. Omnia autem quæcumque homo possidet, sub carnalibus continentur.

Et ideo de omnibus possessis decimæ sunt solvendæ.

Ad primum ergo dicendum, quod specialis ratio fuit quare in veteri lege non fuit datum præceptum de personalibus decimis, secundum conditionem populi illius, quia scilicet omnes alia Tribus certas possessiones habebant, de quibus poterant sufficienter providere Levitis, qui carebant possessionibus; non autem interdicebatur eis quin de aliis operibus honestis lucrarentur, sicut & alii Iudei. Sed populus novæ legis est ubique per mundum diffusus; quorum plurimi possessiones non habent, sed de aliquibus negotiis vivunt: qui nihil conferrent ad subdividum ministrorum Dei, si de eorum negotiis decimas non solverent. Ministris etiam novæ legis arclius interdicitur ne se ingerant negotiis lucrativis, secundum illud II. ad Timoth. 11. 4. *Nemo militans Deo implicat se secularibus negotiis.* Et ideo in nova lege tenentur homines ad decimas personales, secundum consuetudinem patriæ, & indigenitatem ministrorum. Unde Augustinus dicit (serm. 219. de temp. parum a princ.) & haberetur xv. quæst. 1. (cap. Decimæ:) *De militia, de negotio, & artificio reddere decimas.*

Ad secundum dicendum, quod aliqua male acquiruntur dupliciter. Uno modo quia ipsa acquisitio est injusta; puta quæ acquiruntur per rapinam, aut furtum, aut usuram: quæ homo tenetur restituere, non autem de eis decimas dare: tamen si aliquis ager sit emptus de usura, de fructu ejus tenetur usurarius decimas dare, quia fructus illi non sunt ex usura, sed ex Dei munere. Quædam vero dicuntur male acquisita, quia acquiruntur ex turpi causa; sicut de meretricio, & histriionatu, & aliis hujusmodi: quæ non tenentur restituere. Unde de talibus tenentur decimas dare secundum modum aliam personalium decimarum. Tamen Eccle-

sia non debet eas recipere, quæcumque sunt in peccato, ne videatur eorum peccatis communicare; sed postquam pœnituerint, possunt ab eis de his recipi decimæ.

Ad tertium dicendum, quod ea quæ ordinantur in finem, sunt judicanda secundum quod competit fini. Decimarum autem solutio est debita, non propter se, sed propter ministros: quorum onestati non convenit ut etiam minima exacta diligentia requirant: hoc enim in vitium computatur, ut patet per Philosophum in IV. Ethic. (cap. 11. a med.) Et ideo lex vetus non determinavit ut de hujusmodi minutis rebus decimæ dentur, sed reliquit hoc arbitrio dare volentium: quia minima quasi nihil computantur. Unde Pharisæi, quasi perfectam legis justitiam sibi adscribentes, etiam de his minutis decimas solvebant: nec tamen de hoc reprehenduntur a Domino, sed solum de hoc quod majora, scilicet spiritualia præcepta, contemnebant; magis autem de hoc eos secundum se commendabiles esse ostendit dicens: *Hæc oportuit facere*, scilicet tempore legis, ut Chrysostomus (1) exponit. Quod etiam viderut magis in quædam decentiam sonare quam in obligationem. Unde & nunc de hujusmodi minutis rebus non tenentur homines decimas dare, nisi forte propter consuetudinem patriæ.

Ad quartum dicendum, quod de his quæ furto, vel rapina tolluntur, ille a quo auferuntur, decimas solvere non tenetur, antequam recuperet; nisi forte propter culpam, vel negligentiam suam damnum incurrit: quia ex hoc Ecclesia non debet damnificari. Si vero vendat triticum non decimatum, potest Ecclesia decimas exigere Ecclesias debitas & ab emptore, quia habet rem Ecclesias debitam, & a venditore, quia quantum est de se, Ecclesiam defraudavit. Uno tamen solvente, alius non tenetur. Debentur autem decimæ de fructibus terræ, inquantum proveniunt ex divino munere. Et ideo decimæ non cadunt sub tributo, nec etiam sunt obnoxiae mercedi operariorum. Et ideo non debent prius deduci tributa, & pretium operariorum, quam solvantur decimæ; sed

P p 2 ante

(1) Sive author operis imperfecti super Matthæum homil. 44. ubi explicans illud ex Matth. 23. *Ve vos qui decimatis, & intelligi notans tam passim de illis qui solvebant, quam active de illis qui solvi sibi exigeabant, ait quod Pharisæi minimorum olerum*

Decimas dabant, ut qui eos videbant, propterea dicerent, Putas quomodo secundum omnia Dei præcepta vita eorum consummata est, qui nec minima ista negligunt? Quod usque non eras verum: In iudiciis enim erant injusti &c.

ante omnia debent decimæ solvi ex integris fructibus (1).

A P P E N D I X.

EX art. habes *primo*: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum ab Augustino, quod de omnibus debet solvere decimas. Ut 16. q. 1. c. *decima*, secundum quod allegatur ad *primum*. Et nota ibi mox subiectam rationem ab Augustino. Cum enim decimas dando & coelestia, & terrena possis promereri, pro avaritia duplice benedictione fraudaris. Hæc est enim Dei justissima consuetudo, ut, si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoiceris. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Bene facere semper Deus paratus est, sed hominum malitia prohibetur. Decimæ enim ex debito requiruntur: & qui eas dare noluerint, res alienas invadunt. „ Hæc ibi, Vide etiam ibidem B. Hieronymum ca. *Revertimini*. Multa namque contra non solventes decimas, & multa pro solventibus illas, conspicias ibi a Deo dicta, ut & in bonum solutionis illarum accendantur homines, & a malo retentionis eundem salubriter deterreantur. Valent hæc contra errores *Wicleff*, & similiūm prætactos a. i. append. atque damnatos. Secundo vides &c.

ARTICULUS III. 468

Utrum decime sint Clericis danda.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod decimæ non sint clericis dandæ. Levitis enim in veteri testamento decimæ dabantur, quia non habebant aliquam partem in possessionibus populi, ut habetur Num. xvii. Sed clerici in novo testamento habent possesiones & patrimoniales interdum, & ecclesiasticæ.

sticas: recipiunt insuper primitias, & oblationes pro vivis, & mortuis. Superfluum exego est quod eis decimæ dentur.

2. Præterea. Contingit quandoque quod aliquis habet domicilium in una parochia, & colit agros in alia: vel aliquis pastor dicit gregem per unam partem anni in terminis unius parochiæ, & alia parte anni in terminis alterius; vel habet ovile in una parochia, & pascit oves in alia: in quibus, & consumilibus casibus non videtur posse distinguiri, quibus clericis sint decimæ solvendæ. Ergo non videtur quod aliquibus clericis determinate sint solvendæ decimæ.

3. Præterea. Generalis consuetudo habet in quibusdam terris quod milites decimas ab Ecclesia in feudum tenent: religiosi etiam quidam decimas accipiunt. Non ergo videatur quod solum clericis curam animarum habentibus decimæ debeantur.

Sed contra est quod dicitur Num. xvii. 21. *Filiis Levi dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio quo servient mibi in tabernaculo*. Sed filiis Levi succedunt clerici in novo testamento. Ergo solis clericis decimæ debentur.

Respondeo dicendum, quod circa decimas duo sunt consideranda, scilicet ipsum jus accipendi decimas, & ipsæ res quæ nomine decimæ dantur. Jus autem accipendi decimas spirituale est: consequitur enim illud debitum quo ministris altaris debentur sumptus de ministerio, & quo seminaribus spiritualia debentur temporalia: quod ad solos clericos pertinet habentes curam animarum: & ideo eis solis competit hoc jus habere.

Res autem quæ nomine decimarum dantur, corporales sunt: unde possunt in usum quorumlibet cedere; & sic possunt etiam ad laicos pervenire. (2)

Ad primum ergo dicendum, quod in veteri lege, sicut dictum est (art. 1. bu. quest. ad 4.) speciales quædam decimæ deputabantur

tur

(1) Sic enim Alexander 3. cap. cum homines Exoriensi Episcopo describens ait: *Cum homines de Horrona Decimam Ecclesie tuus paroebiani sunt, sine diminutione solvere teneantur, & ansequim id faciant, serbiantibus & mercenariis suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro servizio suo impendant, sive demum de residuo Decimam persolventes; mandamus quatenus eos cogatis ut Decimam statim collectis fructibus persolvant, ac de substractis & retentis dignam satisfactionem exhibere procurant: Et cap. Cum non sis in homine; Innocentius 3. ex*

Concilio Lateranensi Generali cap. 34. similiter docerunt ut in prerogativa dominii universalis in signum cuius quasi quodam titulo speciali sibi Decimas Dominus reservavit, exactiōnē tributorum & causum precedat solutio Decimarum; cum nec sit in homine (seu in hominis potestate) quid seminaristi respondeat; hoc est quis fructus vel quæ messis ex illa seminatione consequatur: Similiaque videre est cap. *Pastoralis & Tua nobis &c.*

(2) Sic tamen ut ad vitam dumtaxat & ad usum proprium concedantur; quia si concessio absoluta & perpe-

tur subventioni pauperum. Sed in nova lege decimæ dantur clericis, non solum propter sui sustentationem, sed etiam ut ex eis subveniant pauperibus. Et ideo non superfluunt sed ad hoc necessariæ sunt possessiones ecclesiasticæ, & oblationes, & primitiæ simul cum decimis.

*Ad secundum dicendum, quod decimæ personales debentur Ecclesiæ in cuius parochia homo habitat; decimæ vero prædiales rationabiliter magis videntur pertinere ad Ecclesiæ in cuius terminis prædia sita sunt. Tamen jura determinant, quod in hoc servetur consuetudo diu obtenta (cap. Cum sors & cap. Ad apostolicæ, de decimis &c.) Pastor autem qui diversis temporibus in duabus parochiis gregem pascit, debet proportionaliter utrique Ecclesiæ decimas solvere: & quia ex pascuis fractus gregis proveniunt, magis debetur decima gregis Ecclesiæ in cuius territorio gressus pascitur, quam illi in cuius territorio ovile locatur.

Ad tertium dicendum, quod sicut res nomine decimæ acceptas potest Ecclesia alicui laico tradere; ita etiam potest ei concedere ut dandas decimas ipsi accipiant, jure accipiendi ministris Ecclesiæ reservato; sive pro necessitate Ecclesiæ, sicut quibusdam militibus decimæ debentur in feudum per Ecclesiæ concessæ; sive etiam ad subventionem pauperum, sicut quibusdam religiosis laicis vel non habentibus curam animarum aliquæ decimæ sunt concessæ per modum eleemosynæ. Quibusdam tamen religiosis competit accipere decimas ex eo quod habent curam animarum,

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem tum directam (hæc est in corp.) tum indirectam (hæc est solutio argumentorum, quod & semper in appendicibus esse intelligendum, alias docuimus) destruas errorem *Pseudo Apostolorum* (ut refert Cardinalis Turrecremata, de Ecclesia lib. 4. c. 37. p. 2.) dicentium; quod laici non tenentur decimas dare alicui sacerdoti, vel Prælato Ecclesiæ Romanæ; quia non sunt in tanta perfectione, & paupertate, in quanta fuerunt Apostoli Christi. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hunc merito damnari (quandoquidem & eorum secta damnatur) a Papa Honor. in extrav. olim fel. rec. Similis error fuit cuiusdam Geraldi Segarelli hereticæ, combusti, anno 1260. vel circa. Quod vero Clerici (ut objiciunt) non sint in tanta perfectione, & paupertate, sicut Apostoli, hoc non eos excusat in casu. Neque enim decimæ debentur Clericis propter hoc, sed propter rationes in text. corp. & solut. argument. dictas: neque debitor excusatur a solvendo ex eo, quod creditor est dives, vel imperfectus. Item merito damnari a Num. 18. ut extenditur in argum. contr. Item a dictis per Veritates aureas super legem veterem, Gen. 14. concl. 6. & Lev. 23. concl. 2. & Numer. 3. concl. 11. Tertio vides quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 469

Utrum etiam clerici teneantur decimas dare.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod etiam clerici teneantur decimas dare. Quia de jure communi Ecclesia parochialis debet recipere decimas prædiorum quæ in ter-

perpetua esset, proprietatem dominii vel jus inferre videretur: Unde cap. Cum Apostolicæ Sedes Extra de his quæ a Prælatis sunt, quod pro concessione Decimiarum referri solet; eas quæ fuerint laicis in feudum perpetuum concessæ, presupponit Innocentius 3. male detentes & ad ecclesiasticum usum revotandas: Et jam in Concilio Lateranensi Alexander 3. de ilius consensu statuerat, quod Extra de Decimis cap. Prohibemus refertur, ne laici Decimas cum animarum suorum periculo desinentes in alias laicos possint aliquo modo transferre; addens quod si quis receperis & Ecclesia non reddideris, christiana provetus sapab-

terea: Ut & cap. Ad hæc ex epistola Episcopo Ambianensi ab eodem rescripta circa donationem Decimæ quam eidam laico concesserat Monstralis Abbas: Quia sanctuarium Dei hereditario jure possideri non debet (inquit) laicum nisi eam Decimam Ecclesia resignaverit, vinculo excommunicationis astrineat: Ac denique cap. Quidam contra Prælatos quoddam qui laici Decimas indulgebant, & ita eos in devia mortis impellebant quos revocare debuerant ad vitam vitæ (ut loquitur) statuit ut qui alicui laico in seculo remanenti Decimam concesserit, a statu suo sic arbor que terram invaserit occupat, succidatur,

territorio ejus sunt. Contingit autem quandoque quod clerici habent in territorio aliquis parochialis Ecclesiaz aliqua prædia propria vel etiam aliqua alia Ecclesia habet ibi possessiones ecclesiasticas. Ergo videtur quod clerici tenentur dare prædiales decimas.

2. Præterea. Aliqui religiosi, sunt clerici qui tamen tenentur dare decimas Ecclesiis ratione prædiorum quæ etiam manibus propriis excolunt. Ergo videtur quod clerici non sint immunes a solutione decimarum.

3. Præterea. Sicut Num. xv. 11. præcipitur, quod Levitæ a populo decimas accipiant; ita etiam præcipitur quod ipsi dent decimas summo Sacerdoti. Ergo qua ratione laici debent dare decimas clericis, eadem ratione clerici debent dare decimas summo Pontifici.

4. Præterea. Sicut decimas debent cedere in sustentationem clericorum; ita etiam debent cedere in subventionem pauperum. Si ergo clerici excusantur a solutione decimarum, pari ratione excusantur & pauperes. Hoc autem est falsum. Ergo & primum.

Sed contra est quod dicit Decretalis Paschalis II. Papæ (inter fragm. epist. ejusd. to. x. Concil. & hab. cap. 11. de decimis &c.) *Novum genus exactiōis est ut a clericis decimas exigant.* (1)

Respondeo dicendum, quod idem non potest esse causa dandi & recipiendi, sicut nec causa agendi & patiendi. Contingit autem ex diversis causis, & respectu diversorum eundem esse dantem & recipientem, sicut agentem & patientem.

Clericis autem, inquantum sunt ministri altaris, spiritualia populo seminarantes, decimas a fidelibus debentur. Unde tales clerici, inquantum clerici sunt, idest inquantum habent ecclesiasticas possessiones, decimas solvere non tenentur; ex alia vero causa, scilicet propter hoc quod possident proprio jure, vel ex suc-

cessione parentum, vel exemptione, vel quocumque hujusmodi modo, sunt ad decimas solvendas obligati.

Unde patet responsio ad primum. Quia clerici de propriis prædiis tenentur solvere decimas parochiali Ecclesiaz, sicut & alii, etiam si ipsi sint ejusdem Ecclesiaz clerici: quia aliud est habere aliquid ut proprium, aliud ut commune. Prædia vero Ecclesiaz non sunt ad decimas solvendas obligata, etiam si sint infra terminos alterius parochiaz.

Ad secundum dicendum, quod religiosi, qui sunt clerici, si habeant curam animarum, spiritualia populo dispensantes, non tenentur decimas dare, sed possunt ea recipere. De aliis vero religiosis, etiam si sint clerici, qui non dispensant populo spiritualia est alia ratio; ipsi enim tenentur de jure communi decimas dare; habent tamen aliquas immunitatem secundum diversas confessiones eis a Sede apostolica factas. (2)

Ad tertium dicendum, quod in veteri legge primitiæ debebantur Sacerdotibus, decimas autem Levitis. Et quia sub Sacerdotibus Levitæ erant, Dominus mandavit ut ipsi loco primitiarum solverent summo Sacerdoti decimam decimam. Unde nunc eadem ratione tenentur clerici summo Pontifici decimam dare si exigetur. Naturalis enim ratio dictat ut illi qui habent curam de communi multitudinis statu, provideatur de bonis omnibus, unde possit exequi ea quæ pertinent ad communem salutem.

Ad quartum dicendum, quod decimas debent cedere in subventionem pauperum per dispensationem clericorum. Et ideo pauperes non habent causam accipiendi decimas, sed tenentur eas dare.

A P -

(1) Et rationem subdit ab exemplo veteris legis petitam, cum nusquam (inquit) in lege Domini hoc legamus: *Non enim Levite a Levitis Decimas accepisse leguntur: Et si addit quod profecto Clericis qui a Clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, Decimas eis debent:* Namirum quia non jam considerantur ut Clerici, sed quodammodo ut Laici, vel secundum aliquid quod cum Laicis commune habent, ut ad commodum suum spiritualiæ ministerio Clericorum utantur; sicut & quod propria bona qualicunque titulo iusto & legitimo possident; ut hic in textu subiungitur.

(2) Puta ut laborum suorum quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, Decimas non perfolunt, sicut ex Adriani quarti privilegio constat;

qui tamen propter conventionem contrariam ab obtentore privilegii ac illis Monachis prius cum Prebytero factam cui Decimas debebantur tale privilegium non valere decernit, quia conventioni derogare non intenderat; ut cap. *Ex multiplici videre est:* Aliis quoque Alexander 3. præterea concessum addit, ut etiam de novalibus quæ propriis manibus vel sumptibus excolunt, ac de nutrimentis animalium & de hortis Decimas non debeant solvere; sed non ut eas de aliis quibusvis rebus possint licite subtrahere, ac præfertim de illis terris quas alii committunt excolandas; quia intantum augmentatae ac ditatae sunt Abbatiaz postquam privilegia illa data sunt, ut inde multi conquerantur; sicut cap. *Suggerium & cap. Ex parte sua & cap. Lisez de,* patet.

A P P E N D I X.

ARTICULUS I. 470

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito fuisse insinuatum a summo Pontifice : quod clerici non tenentur solvere decimas : ut in Decretali *Pascalis Papæ* , secundum quod extenditur in arg. contr. Ubi per ly a clericis noli comprehendere summum Pontificem ; ut docetur in responsi. ad tertium . Et per ly *Norvum genus* intellige non solum insinuatum , sed etiam irrationaliter . Secundo vides : quomodo &c.

Q U Ä S T I O. LXXXVIII.

De Voto, per quod aliquid Deo promittitur,

In duodecim articulos divisa.

DEinde considerandum est de voto , per quod aliquid Deo promittitur : & circa hoc queruntur duodecim.

Primo , quid sit voto.

Secundo , quid cadat sub voto .

Tertio , de obligatione voti.

Quarto , de utilitate votandi .

Quinto , cuius virtutis sit actus .

Sexto , utrum magis meritorum sit facere aliquid ex voto quam sine voto .

Septimo , de solemnitate voti.

Octavo , utrum possint votare qui sunt potestati alterius subjecti .

Nono , utrum pueri possint voto obligari ad religionis ingressum .

Decimo , utrum voto sit dispensabile , vel conmutabile .

Undecimo , utrum in solemnni voto continetia possit dispensari .

Duodecimo , utrum requiratur in dispensatione voti , superioris auctoritas .

Utrum votum consistat in solo proposito voluntatis .

IV. dist. xxxviii. quest. i. art. i.
quest. 1.

AD primum sic proceditur . Videtur quod votum consistat in solo proposito voluntatis . Quia , secundum quoddam , votum est conceptio boni propositi cum animi deliberatione firmata , qua quis ad aliquid facientum , vel non faciendum se Deo obligat . (1) Sed conceptio boni propositi cum omnibus quæ adduntur , potest in solo motu voluntatis consistere . Ergo votum in solo proposito voluntatis consistit .

2. Præterea . Ipsum nomen voti videtur a voluntate assumptum : dicitur enim aliquis proprio voto facere quæ voluntarie facit . Sed propositum est actus voluntatis ; promissio aucti rationis . Ergo votum in solo actu voluntatis consistit .

3. Præterea . Dominus dicit *Lucæ ix. 62.* *Nemo mittens manum ad aratum , & aspiciens retro , aptus est regno Dei .* Sed aliquis ex hoc ipso quod habet propositum bene faciendo , mittit manum ad aratum . Ergo si aspiciat retro , desistens a bono proposito , non est aptus regno Dei . *Ex solo ergo bono proposito aliquis obligatur apud Deum , etiam nulla promissione facta :* & ita videtur quod in solo proposito voluntatis votum consistat .

Sed contra est quod dicitur *Eccle. v. 3.* *Si quid votasti Deo , ne moreris reddere : displices enim ei infidelis , & sculta promissio .* Ergo votare est promittere , & voto est promissio .

Respondeo dicendum , quod voto quamdam oblationem importat ad aliquid faciendum , vel dimittendum . Obligat autem homo se homini ad aliquid per modum promissionis , quæ est rationis actus , ad quam pertinet ordinare . Sicut enim homo imperando , vel deprecando ordinat quodammodo quid sibi ab aliis fiat ; ita promittendo ordinat quid ipse

(1) Ut ex antiquis Doctoribus Albertus magnus refert super 4. Sent. dist. 38. art. 1. quamvis nominatis ut hic ; nec nominatum ulli tales occurruunt qui sic definierint ; cum a S. Raymundo tamen qui Albertum præcessit , sic potius definietur lib. 1. tit. de transgressione voti quod sit aliquius boni cum deliberatione facta promisso ; & ab Hugone Victorino

qui antiquior utroque est , definitur lib. 2. de Sacramentis fidei part. 12. cap. 3. restificatio quedam promissionis spontaneæ que ad solum Deum & ea quæ Dei sunt magis propriæ refertur ; votare autem , restificatione promissionis spontaneæ Deo se obligare ac debitorum statuere ; similiterque fere definitur a Magistro , sicut patebit paullo infra .

ipse pro alio facere debeat . Sed promissio quæ ab homine fit domini , non potest fieri nisi per verba , vel quæcumque exteriora signa ; Deo autem potest fieri promissio per solam interiorum cogitationem : quia , ut dicitur I . Reg . xvi . 7 . homines vident ea quæ parent ; (1) sed Deus intueretur cor . Exprimuntur tamen quandoque verba exteriora vel ad suipius excitationem , sicut circa orationem dilectum est (quæst . lxxxiii . art . 12 .) vel etiam ad alias contestandum , ut non solum desistat a fractione voti propter timorem Dei , sed etiam propter reverentiam hominum . Promissio autem procedit ex proposito faciendo . Propositum autem aliquam deliberationem præxigit , cum sit actus voluntatis deliberatae . Sic ergo ad votum tria ex necessitate requiruntur : primo quidem deliberatio ; secundo propositum voluntatis ; tertio promissio , in qua perficitur ratio voti . Superadduntur vero quandoque & alia duo ad quamcam voti confirmationem scilicet pronuntiatio oris , secundum illud Psal . lxv . 13 . Reddam tibi vota mea , quæ distinxerunt labia mea : (2) & iterum testimonium aliorum . Unde Magister dicit in xxxviii . dist . IV . Lib . Sent . quod votum est testificatio quedam promissionis sponte , quæ Deo , & de his quæ sunt Dei , fieri debet : quamvis testificatio possit ad interiorum testificationem proprie referri .

Ad primum ergo dicendum , quod concepcionis boni propositi non firmatur ex animi deliberatione , nisi promissione deliberationem consequente .

Ad secundum dicendum , quod voluntas hominis movere rationem ad promittendum aliquid circa ea quæ ejus voluntati subduntur : & pro tanto votum a voluntate accipit nomen , quasi a primo movente .

Ad tertium dicendum , quod ille qui mittit manum ad aratum , jam facit aliquid ; sed ille qui solum proponit , nondum aliquid facit ; sed quando promittit , iam incipit se exhibere ad faciendum , licet nondum impletat quod promittit : sicut ille qui ponit manum ad aratum , nondum arat , jam tamen ponit manum ad arandum .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito esse a Scripturis insinuatum , quod votum non consistit in solo proposito voluntatis . Ut Eccl . 5 . secundum quod adducitur in argomento . Ubi nota ly enim . Monstrat namque per hanc conjunctionem causalem , in quo consistat ratio , seu essentia voti . Ac si dixerit . Si quid votisti , idest , si quid Deo promisisti . Secundo vides : quomodo , &c .

A R T I C U L U S II . 471

Utrum votum semper debeat fieri de meliori bno .

AD secundum sic proceditur . Videtur quod votum non semper debeat fieri de meliori bno . Dicitur enim melius bonum quod ad supererogationem pertinet . Sed votum non solum fit de his quæ sunt supererogationis , sed etiam de his quæ pertinent ad salutem : nam & in baptismo vovent homines abrenuntiare diabolo , & pompis ejus , & fidem servare , ut dicit Glossa (3) super illud Psal . lxxv . Vovete , & reddite Domino Deo vestro . Jacob etiam votavit quod esset ei Dominus in Deum , ut habetur Gen . xxviii . Hoc autem est

(1) Sicut in textu emendato Vulgata legit pro apparent ; non sicut passim ab aliis legitur , ea quæ patentes : græce autem quod homo in faciem (τις ποικιλος ὄντες) hoc est ea quæ aspectui pervisa sunt &c . & mox ὄντες εἰς καρδιαν ἀσπίς in cor , velut in intimos recessus cordis &c . vers . 7 .

(2) Quoad ad votum proprie dictum referri ut hic , Theodoretus insinuat : sic interpretans nempe : Quæcumque cum mærebam promisi , hæc orans fideliter persolvam : Quamvis Cassiodorus & Augustinus in latiore sensu accipiunt ; vel pro desiderio solo , vel pro sola oratione ; cum utrumque per voti nomen significari possit : Sic enim ibi Cassiodorus : Reddam tibi vota mea ut laudes tuas perpetuo decantem : Hæc sunt enim desideria simplicium Christianorum &c . Exponit autem vota que superius di-

xit , idest quæ distinxerunt labia ejus : Fideles enim quamvis in afflictione positi Dominum laudent & se semper accusant ; ideoque probantur distinguere labiis vota sua : Et similia quedam Augustinus .

(3) Vetus & manuscripta tantum sic expresse : Hanc autem partem nullo modo moderna vel impressa indicat , sed cætera quæ ibi adjunguntur , & ex Cassiodoro rursus ac Augustino sumi possunt ; nimirum quod quedam sunt que nec promittentes debemus persolvere , ut non occider , & huiusmodi ; vel quod alia sunt vota communia de his sine quibus non est salus ; alia propria ut vovere castitatem & huiusmodi : Primum enim nomine Cassiodori prænatur , qui sic plenius habet : Sunt multa quæ etiam non promittentes debeamus exolvere , ut est illud , Non occides , non monsaberis , non furtum facies , &c .

est maxime de necessitate salutis . Ergo votum non solum fit de meliori bono .

2. Præterea . Jephre in catalogo Sanctorum ponitur , ut patet Hebr . xi . Sed ipse filiam innocentem occidit propter votum , ut habeatur . Judic . xi . Cum ergo occisio innocentis non sit melius bonum , sed sit secundum se illicitum ; videtur quod votum fieri possit non solum de meliori bono , sed etiam de illicitis .

3. Præterea . Ea quæ redundant in detrimentum personæ , vel quæ ad nihil sunt utilia , non habent rationem melioris boni . Sed quandoque sunt aliqua vota de immoderatis vigiliis , vel jejuniis , quæ vergunt in periculum personæ : quandoque etiam sunt aliqua vota de aliquibus indifferentibus , & ad nihil valentibus . Ergo non semper votum est melioris boni .

Sed contra est quod dicitur Deuter . xxii .
22. Si nolueris polliceri , absque peccato eris .

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (art. præc .) votum est promissio Deo facta . Promissio autem est alicuius quod quis pro aliquo voluntarie facit . Non enim esset promissio , sed comminatio , si quis diceret se contra aliquem facturum . Similiter vana esset promissio , si alicui promitteret id quod ei non esset acceptum . Et ideo cum omne peccatum sit contra Deum , nec aliquid opus sit Deo acceptum , nisi sit virtuosum ; consequens est quod de nullo illicito , nec de aliquo indifferenti debet fieri votum , sed solum de aliquo actu virtutis . Sed quia votum promissionem voluntariam importat , necessitas autem voluntatem excludit , id quod est absolute necessarium esse , vel non esse , nullo modo sub voto cadit . Stultum enim esset , si quis voveret se esse moriturum , vel se non esse volaturum .

Illud vero quod non habet absolutam necessitatem , sed necessitatem finis , puta quia sine eo non potest esse salus ; cadit quidem sub

Summ . S . T . b . Tom . VII .

voto , in quantum voluntarie fit , non autem in quantum est necessitatis .

Illud autem quod neque cedit sub necessitate absoluta , neque sub necessitate finis , omnino est voluntarium : & ideo hoc propriissime cedit sub voto . Hoc autem dicitur esse majus bonum in comparatione ad bonum quod communiter est de necessitate salutis . Ideo , proprie loquendo , votum dicitur esse de meliori bono .

Ad primum ergo dicendum , quod hoc modo sub voto baptizatorum cedit abrenuntiare pompis diaboli , & fidem Christi servare , quia voluntarie fit , licet sit de necessitate salutis : & similiter potest dici de voto Jacob ; quamvis etiam possit intelligi , quod Jacob vovit se habere Dominum in Deum per specialem cultum , ad quem non tenebatur , sicut per decimarum oblationem , & alia hujusmodi , quæ ibi subduntur . (1)

Ad secundum dicendum , quod quædam sunt quæ in omnem eventum sunt bona , sicut opera virtutis : & talia bona possunt absolute cadere sub voto . Quædam vero in omnem eventum sunt mala , sicut ea quæ secundum se sunt peccata : & hæc nullo modo possunt sub voto cadere . Quædam vero sunt quidem in se considerata bona , & secundum hoc possunt cadere sub voto ; possunt tamen habere malum eventum , in quo non sunt observanda . Et sic accidit in voto Jephre ; qui , ut dicitur Judic . xi . 29 . votum vovis Domino , dicens : Si tradideris filios Ammon in manus meas , quicumque primus egressus fuerit de foribus domus meæ , mibique occurreris revertenti in pace , eum offeram holocaustum Domino . Hoc autem poterat malum eventum habere , si occurreret ei aliquod animal non immolandum , sicut asinus , vel homo : quod etiam accidit . Unde & Hieronymus dicit (2) In vovendo fuit stultus , quia discretionem non habuit , & in reddendis impius . Præmititur tamen ibidem , quod factus est super eum Qq

Spi-

& cetera delicia que veramur efficere : Alia sunt quæ nisi voveamus , implexo nulla lege constringimur , ut virginitatem servare &c . Secundum autem nomine Augustini qui & plenius in hunc modum : Quid debemus vovere ? Credere in illum , sperare ab illo vitam eternam , bene vivere secundum communem modum : Est enim quidam modus communis omnibus ; furum non perpetrari , adulterium non facere , vinolentias non amare , non superbire , non occidere hominem , non odire fratrem , non adversus aliquem tenere perniciem , omnibus in communi precipit : Hoc rorundum omnes vovere debemus : Quod proprius

ad sensum argumenti pertinet quam quod nomine Caffiodori præmissum est ; etsi ex illo glossam ibi notatam sumi prius indicabatur ad marginem .

(1) Puta quod lapis ille quem exerebat in titulum & quem unxerat , vocaretur subinde dominus Deus quasi peculiari Dei cultui destinatus : Unde in ejus verbis votum proprie dictum subintelligi potest ; nec ridicule tamen impræcipuum dumtaxat & commune , ut quidam putant ; cum sic explicet S . Thomas & voti nomen sic accipiat Augustinus , ut supra .

(2) Ubi autem sic Hieronymus ? Non occurrit : Sed solum lib . i . contra Jovinianum cap . 13 . quod a ple-

Spiritus Domini : quia fides , & devotio ipsius , ex qua motus est ad vovendum , fuit a Spiritu sancto : propter quod ponitur in catalogo Sanctorum , & propter victoriam quam obtinuit , & quia probabile est eum paenituisse de facto iniquo , quod tamen aliquod bonum figurabat .

Ad tertium dicendum , quod maceratio proprii corporis , puta per vigilias , & jejunia , non est Deo accepta , nisi in quantum est opus virtutis : quod quidem est , in quantum cum debita discretione fit , ut scilicet concupiscentia refrenetur , & natura non nimis gravetur . Et sub tali tenore possunt hujusmodi sub voto cadere . Propter quod & Apostolus Rom . xii . 1 . postquam dixerat , *Exhibitatis corpora vestra bestiam viventem , sanctam , Deo placentem , addidit , rationabile obsequium vestrum* . Sed quia in his quæ ad seipsum pertinent , de facili fallitur homo in iudicando , talia vota congruentius secundum arbitrium superioris sunt vel servanda , vel prætermittenda ; ita tamen quod si ex observatione talis voti magnum , & manifestum gravamen sentiret , & non esset facultas ad superiorem recurrendi , non deberet homo talem votum servare . Vota vero quæ sunt de rebus vanis , & inutilibus , sunt magis derienda quam servanda .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligentias , merito insinuatum esse a scripturis , quod votum fieri debet de meliori bono , id est , de bono , ad quod alias non obligatur votum emissurus . Insinuatur autem per illud *Dewer . 23.* secundum quod adducitur in argumento contra . Ubi per ly absque peccato eris , intelligitur intentum . Erit enim ille homo nolens polliceri sine peccato , quia non obligatur alias ad servandum illud ; quod , si alias obligaretur , tunc non esset absque peccato non servando illud , etiam quod noluisset de illo servando polliceri , ut patet . Secundo habes : quomodo per rationem , & scripturam prædictam damnetur manifeste error Calvinistarum dicentium : Nihil posse vovere Deo , nisi quod ab eo præceptum est . Tertio vides : quomodo &c .

A R T I C U L U S III . 472

Utrum omne votum obliget ad sui observationem .

IV. dist . xxxviii . quest . I. art . 3. quest . I. & art . 4. quest . I. co . & ad 3.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod non omne votum obliget ad sui obser-

va-

a plerisque Hebraeorum reprobenditur voti temerarii , quia dixerit , quod quicunque exiret primus de domo sua &c . Si enim canis vel asinus (inquiunt) occurriteret , quid faceret ? Ex quo volunt Dei dispensatione factum esse ut qui improspecte voverat , errorem votorum in filiae morte sentiret : Ut & in illa verba . Nunquid primogenitum meum dabo pro scelere meo ? Michez vers . 7 . Quod fecit Jepheth (inquit) pro temeritate voti offenserit filiam : Et in 7. caput Hieremie sub finem : Quod si Jepheth obtrulit filiam suam virginem Deo non sacrificium placet sed animus offerentis : Neque enim si canis , asinus , aut immundum quoddlibet animal primum occurriteret , illud offerre Deo debuerat : Imo sub finem epistole 24. ad Julianum quem super morte filiarum duarum consolatur : Jepheth obtrulit filiam virginem (inquit) & idcirco in enumeratione Sanctorum ab Apostolo ponitur : Quod a sensu præfenti longe abest ; ut eum in reddendo impium putet : An latiori significatione impius , id est immifericors in filiam , ne votum violaret quomodocumque factum ? Sed hoc ipsum aliquo modo ejus in Deum pietati ascribit Amb . lib . 3. de officiis cap . 12. cum incaute vovisse illum ait

& propterea ponituisse voti sui postquam filia ei prima occurrit , sed interim acerbitas dure solutio mis pro metu ac formidine implevisse : Unde concludit : *Dura promissio , sed acerbior solutio , quam necesse habuit lugere etiam ipse qui fecit :* Ut & infra : Non possum (inquit) accusare virum ; qui necesse habuit implere quod voverat ; sed tamen miserabilis necessitas qua solvitur parricidio : *Maliusque est non vovere quam vovere id quod sibi illo cui promittitur , nolit exolvi &c .* Quasi pio animo quidem id a Jepheth fuisse factum significet , sed per se ipsum non fuisse quod fecit . De hoc etiam facto dubitat Augustinus qu . 49. super librum Iudicum an perinde haberit ac Abraham sacrificium poshit , nec facile dicere audet : Ac inferius addit quod si *Spiritus Domini qui factus est super Jepheth , ut hoc voveret omnino præcepit , nos solum insipientia culpanda non est verum etiam laudanda obedientia est :* Si autem Jepheth humanum sequetus errorem id vovendum putavit , ejus quidem peccatum de unica filia (vel per unice filiae in rem) jure punitur est , verunquam etiam ejus error habet aliquam laudem fidei , quia Deum timuit ut quod voveras redderes .

vationem. Homo enim magis indiget his quæ per alium hominem fiunt, quam Deus, qui *bonorum nostrorum non eget*. Sed promissio simplex homini facta non obligat ad observandum, secundum institutionem legis humanae: quod esse videtur institutum propter mutabilitatem humanæ voluntatis. Ergo multo minus simplex promissio Deo facta, quæ dicitur votum, obligat ad observandum.

2. Præterea. Nullus obligatur ad impossibile. Sed quandoque id quod quis vovit, sit ei impossibile: vel quia dependet ex alieno arbitrio; sicut cum quis vovet aliquod monasterium intrare, cuius monachi eum nolunt recipere: vel propter emergentem defecum; sicut mulier quæ vovit virginitatem servare, & postea corrumpitur; vel vir qui vovet pecuniam dare, & postea amittit pecuniam. Ergo non semper votum est obligatorium.

3. Præterea. Illud ad cuius solutionem est aliquis obligatus, statim solvere tenentur. Sed aliquis non statim solvere tenetur illud quod vovit, præcipue cum sub conditione futura vovet. Ergo votum non semper est obligatorium.

Sed contra est quod dicitur Eccle. v. 3. *Quodcumque voveris, reddi: multo melius est non vovere quam post votum promissa non reddere.*

Respondeo dicendum, quod ad fidelitatem hominis pertinet ut solvat id quod promisit. Unde secundum Angustinum (Lib. de mendac. xx. cir. med.) fides dicitur ex hoc quod fiunt dicta. Maxime autem debet homo Deo fidelitatem, tum ratione dominii, tum etiam ratione beneficij suscepit: & ideo maxime obligatur homo ad hoc quod impletat vota Deo facta: hoc enim pertinet ad fidelitatem quam homo debet Deo.

Fractio autem voti est quædam infidelitatis species. Unde Salomon rationem assignat quare sint vota reddenda: quia *displacet Deo infidelis promissio*.

Ad primum ergo dicendum, quod secundum honestatem, ex qualibet promissione homo homini obligatur: & hæc est obligatio juris naturalis. Sed ad hoc quod aliquis obligetur ex aliqua promissione obligatione civili, quædam alia requiruntur. Deus autem etsi bonis nostris non egeat, ei tamen maxime obligamur: & ita votum ei factum est maxime obligatorium.

Ad secundum dicendum, quod si illud quod quis vovit, ex quacumque alia causa impossibile reddatur, debet hoc facere quod in se

est, ut saltem habeat promptam voluntatem faciendi quod potest. Unde ille qui vovit monasterium aliquod intrare, debet dare operam quantum potest, ut ibi recipiatur. Et si quidem intentio ejus fuit se obligare ad religionis ingressum principaliter, & ex consequenti elegit hanc religionem, vel hunc locum, quasi magis sibi congruentem; tenetur si non potest ibi recipi, alibi religionem intrare: si autem principaliter intendit se obligare ad hanc religionem, vel ad hunc locum, propter specialem complacentiam hujus religionis, vel loci, non tenetur aliam religionem intrare, si eum illi recipere nolunt. Si vero incidit in impossibilitatem implendi votum ex propria culpa, tenetur insuper de propria culpa præterita poenitentiam agere: sicut mulier quæ vovit virginitatem, si postea corrumpatur, non solum debet servare quod potest, scilicet perpetuam continentiam, sed etiam de eo quod amisit peccando, poenitere.

Ad tertium dicendum, quod obligatio voti ex propria voluntate, & intentione causatur: unde dicitur Deuteronom. xxxiii. 23. *Quod semel egressum es de labiis tuis, obseruabis; & facies, sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore suo locutus es.* Et ideo si in intentione, & voluntate voventis est obligare se ad statim solvendum tenetur statim solvere; si autem ad certum tempus, vel sub certa conditione, non statim tenetur solvere; sed nec debet tardare ultra quam intendit se obligare: dicitur enim ibidem: *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requires illud Dominus Deus tuus; & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.*

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis insinuatum fuisse, quod omne votum (de hoc articul. i. 2.) obligat ad sui observationem ut Eccl. 5. secundum quod extenditur in argumento contr. Ubi sumitur ly *multo melius*, pro multo minus malum. Non enim promissa non reddere est minus bonum, quam non vovere; sed non vovere est aliquid minus bonum, & non reddere est aliquod valde malum. Multo ergo minus malum, imo nec malum est non vovere, quam vota non reddere. Ceterum per modum loquendi nobis usitatum illa phrasí locutionis usá est scriptura ad designandum magnitudinem mali quæ

quæ est in non reddendo promissa . Item *Num. 30* . Quando votum mulieris obliget , decernit Dominus . Item *Deuter. 23. Levitic. 27. Malach. 2* . Item Apostolus de transgressoribus votorum dicit , *2. Timoth. 4. Habentes damnationem , quia primam fidem irrisam fecerunt* . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S IV . 473

Utrum expediatur aliquid vovere.

III. cont. cap. cxxviii.

AD quartum sic proceditur . Videtur quod non expediatur aliquid vovere . Non enim alicui expedit ut privet se bono quod ei Deus donavit . Sed libertas est unum de maximis bonis quæ homini Deus dedit : qua videtur privari per necessitatem , quam votum imponit . Ergo non videtur expediens homini quod aliquid voveat .

2. Præterea . Nullus debet se periculis injicere . Sed quicumque vovet , se periculo injicit : quia quod ante votum sine periculo poterat præteriri , si non serverut post votum periculosest : unde Augustinus dicit in epist . ad Armentarium , & Paulinam (cxxvi . al . xlvi . vers . vi .) *Quia jam vovisti , jam te obstrinxisti , aliud facere tibi non licet . Non talis eris , si non feceris quod vovisti , qualis manusfess , si nibil tale vovisses . Minor enim sunt esses , non peior . Modo autem tanto (quod absit) miserior , si fidem Deo fregeris , quanto beatior , si persolveris . Ergo non expedit aliquid vovere .*

3. Præterea . Apostolus dicit *I. ad Corinth. iv. 16. Imitatores mei esote , sicut & ego Christi . Sed non legitur , neque Christum aliquid vovisse , nec Apostolos . Ergo videatur quod non expediatur aliquid vovere .*

Sed contra est quod dicitur in Psal. lxxv.

12. *Vovete , & reddite Domino Deo vestro* (1) .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. i. & 2. hu. quest .) votum est *promissio Deo facta* . Alia autem ratione promittitur aliquid homini & alia ratione Deo . Homini quidem promittimus aliquid propter ejus utilitatem , cui utile est & quod ei aliquid exhibeamus , & quod eum de futura exhibitione prius certificemus : sed promissionem Deo facimus , non propter ejus utilitatem , sed propter nostram . Unde Augustinus dicit in prædicta epistola (a med.) *Benignus exactor est , & non egenus , ut qui non crescat ex redditis , sed in se crescere faciat redditores* .

Et sicut id quod damus Deo , non est ei utile , sed nobis , quia *quod ei redditur , reddenti additur* , ut Augustinus ibidem dicit ; ita etiam promissio qua Deo aliquid vovemus , non cedit in ejus utilitatem , qui a nobis certificari non indiget , sed ad utilitatem nostram , inquantum vovendo voluntatem nostram immobiliter firmamus ad id quod expedit facere . Et ideo expediens est vovere .

Ad primum ergo dicendum , quod sicut non posse peccare non diminuit libertatem ; ita etiam necessitas firmata voluntatis in bonum non diminuit libertatem , ut patet in Deo , & in beatis : & talis est necessitas voti , similitudinem quamdam habens cum confirmatione beatorum . Unde Augustinus dicit in eadem epistola (loc. cit. in arg. 2.) *quod felix necessitas est quæ in meliora compellit* .

Ad secundum , dicendum , quod quando periculum nascitur ex ipso facto , tunc factum illud non est expediens , puta quod aliquis per pontem ruinosum transeat fluvium ; sed si periculum immineat ex hoc quod homo deficit ab illo facto , non desinit propter hoc esse ex-

(1) Quod non tantum (ut supra notatum est) de communib⁹ votis vel communiter dictis , quæ omnibus necessaria sunt ad salutem , intelligi vult Augustinus , verum etiam de propriis quæ ulterius vovent singuli , quamvis necessaria per se non sint ; ut qui virginitatem ab inuenta estate vovent , vel relinquere omnia sua distribuendo pauperibus & in communem vitam ire sine in societatem Sanctorum (sicut appellat vitam regularem vel monasticam) Ut & in Psalm. 83. *Unusquisque de loco itineris sui quem vovit Deo , inde respicit retro cum ipsum dimiserit : Statuis castitatem servare conjugalem : Quando se ad fornicationes convertit , retro respicit : Alius ex munere Dei majoris aliquid vovit , statutus nec nuptias*

pati : Non damnaretur si duxisset uxorem : Post votum , quod promisisti Deo , si duxeris , damnabitur : Quare , nisi quis respexit retro ? Sic virgo que si nubet , non peccaret , si sanctimonialis nupserit , Christi adultera reputabitur : Sic quibus placet relicta omni spe seculari & omni actione terrena conferre se in societatem Sanctorum , in communem illam vitam ubi non dicit aliquis aliquid proprium , quisquis inde recedere voluerit retro respicit &c. Quapropter charissimi ; quomodo quisque possit , vovere & reddire quod quisque potuerit : Nemo retro respiciat ; nemo ab eo averteratur quod ante est ad id quod retro &c. Præter alia quæ paullo post in eum sensum notabantur ; & rursus infra qu. 186. art. 6.

expediens; sicut expediens est ascendere equum, quamvis periculum imminet cadenti de equo: alioquin oporteret ab omnibus bonis cessare, quæ etiam per accidens ex aliquo eventu possunt esse periculosa. Unde dicitur Eccl. xi. 4. *Qui observat venem, non feminat: & qui confidat nubes, numquam metet.* Periculum autem voventi non imminet ex ipso voto, sed ex culpa hominis, qui voluntatem mutat transgrediens votum. Unde Augustinus dicit in eadem epistola, *Non se voruisse paeniteat, immo gaude iam tibi sic non licere quod cum tuo derimento licuisset.*

Ad tertium dicendum, quod Christo secundum se non competebat vorere, tum quia Deus erat, tum etiam quia, inquantum homo, habebat firmatam voluntatem in bono, quasi comprehensor existens: quamvis per quindam similitudinem ex persona ejus dicitur in Psal. xxi. secundum Glossam (interl. Aug.) *Vota mea reddam in conspectu timentium eum:* loquitur aureni de corpore suo, quod est Ecclesia. Apostoli autem intelliguntur voruisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum, relictis omnibus, sunt secuti.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per ratione nem tum directam, tum indirectam, destruas hæresim Lamperianorum dicentium; vota nihil prodeſſe, immo omnia vota tum privata, tum monastica esse damnanda eo, quod necessitatem, & coactionem quandam hominibus videantur inferre. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hanc hæresim merito damnari a Psalm. 57. *Vovete:* cum Isa. 48. *Ego dominus docens te utilia.* Item a Proverb. 25. *Vota iustorum placabilia.* Item ab Isa. 19. *Vota vovebunt Domino, & solvent, & placabit illis, & sanabit eos.* Item damnari a Concilio Toletano quarto cap.

49. Clerici, qui monachorum propositorum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus. Hæc ibi. Patet autem etiam per Lamperianos, quod monachi vota emitunt: & consequenter, quod Concilium, sic approbando vitam monachorum, approbat vota non solum, ut utilia, sed etiam, ut plusquam utilia. Item damnari a dictis in veritatibus aureis super legem veterem, Genes. 3. conclus. 2. & cap. 31. conclus. 3. Item Levit. 23. conclus. 1. & Numer. 15. conclus. 1. Tertio vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S V. 474

Utrum votum sit actus latræ, sive religionis.

*Inf. quest. clexxix. art. 2. cor. & III,
son. cap. cxxxviii. & op. XVII. cap.
XII. & op. XVIII. cap. III.*

AD quintum sic proceditur. Videtur quod votum non sit actus latræ, sive religionis. Omne enim opus virtutis cadit sub voto. Sed ad eamdem virtutem pertinere videtur promittere aliquid, & facere illud. Ergo votum pertinet ad quamlibet virtutem, & non specialiter ad religionem.

2. Præterea. Secundum Tullium (Lib. II. de invent. aliquant. ante fi.) ad religionem pertinet cultum, & cæmoniam (1) Deo afferte. Sed ille qui votet, nondum aliquid Deo affert, sed solum promittit. Ergo votum non est actus religionis.

3. Præterea. Cultus religionis non debet exhiberi nisi Deo. Sed votum non solum fit Deo, sed etiam Sanctis, & prælatis, quibus religiosi profitentes obedientiam vovent. Ergo votum non est religionis actus.

Sed contra est quod dicitur Isai. xix. 21. (2) *Colent eum in hostiis, & muneribus;* & vota

(1) Sive superioris nature curam ceremoniamque, ut ex lib. 2. de inventione jam superioris notatum est, cum de religione ageretur, nimisrum qu. 82. art. 1.

(2) Ubi sic Hieronymus: *Postquam cognoverint Ægyptii Dominum, colent eum in spiritualibus hostiis; vota vovebunt, quando credentes in Nazareum & ipsi fuerint Nazarei; cumque vota persolverint cum Abel & respexerit ea Deus, invidebit frater major Cain, id est circumcisionis populus &c. Et paulo infra: Votum offers & solvit Domino qui est sanctus corpore & spiritu: Votum oblitus & Zacheus qui medium parvum substantie sua pauperibus promi-*

fit, &c. Hinc votorum firmitas & immota vel perpetua obligatio quod ad religionem pertineant; Hinc per antonomasiam *Religiosi* dicti voventes, & praesertim qui solemniter vovent, ut suo loco infra expressius dicetur cum de statu eorum qu. 186. ex professo agendum erit: Hinc Augustinus ad vouentes virginitatem lib. de sancta virginitate cap. 29. *Ite post Agnum: Sequimini eum tenendo perseveranter quod vovisisti: Agnum omnipotentem loquimur: Vobis prebit: Presumite, fidite, roboramini, permanete, qui vota perpetua continentia vovetis, &c. Ut & cap. 30. ad non voventes, ut ad votandum exhorte-*
tur;

vota vovebunt Domino, & solvent. Sed cole-re Deum est proprie religionis, sive latriæ. Ergo votum est actus latriæ, sive religionis.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. lxxxii. art. 1. ad 1.) omne opus virtutis ad religionem, seu latriam pertinet per modum imperii, secundum quod ad divinam reverentiam ordinatur; quod est proprius finis latriæ. Ordinare autem alios actus in suum finem, pertinet ad virtutem imperantem, non ad virtutes imperatas. Et ideo ipsa ordinatio actuum cuiuscumque virtutis in servitium Dei, est proprius actus latriæ.

Manifestum est autem ex prædictis (art. 1. & 2. hu. quest.) quod votum est quædam promissio Deo facta, & quod promissio nihil est aliud quam ordinatio quædam ejus quod promittitur, in eum cui promittitur. Unde votum est ordinatio quædam eorum quæ quis vovet, in divinum cultum, seu obsequium. Et sic patet quod vovere proprie est actus latriæ, seu religionis.

Ad primum ergo dicendum, quod illud quod cadit sub voto, quandoque quidem est actus alterius virtutis, sicut jejunare, & continentiam servare; quandoque vero est actus religionis, sicut sacrificium offerre, vel orare. Utrorumque tamen promissio Deo facta ad religionem pertinet, ratione jam dicta (in corp. art.) Unde patet quod votorum quoddam pertinet ad religionem ratione solius promissionis Deo factæ, quæ est essentia voti: (*) quoddam etiam ratione rei promisæ, quæ est voti materia.

Ad secundum dicendum, quod ille qui promittit, inquantum se obligat ad dandum,

jam quodammodo dat; sicut dicitur fieri aliquid, cum sit causa ejus, quia effectus virtute continentur in causa: & inde est quod non solum danti, sed etiam promittenti gratia aguntur.

Ad tertium dicendum, quod votum soli Deo fit; sed promissio etiam potest fieri homini: & ipsa promissio boni que fit homini, potest cadere sub voto, inquantum est quoddam opus virtuosum. Et per hunc modum intelligendum est votum quo quis vovet aliquid Sanctis, vel prælatis; ut ipsa promissio facta Sanctis, vel prælatis cadat sub voto materialiter, inquantum scilicet homo vovet Deo, se impleturum quod Sanctis, vel prælatis promittit.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis; quod votum est actus latriæ, sive religionis. Ut Isa. 19. Colent, &c. secundum quod extenditur in argum. contr. Quod autem colere Deum sit proprie actus latriæ, seu religionis, ut ibi subsuntur, patet consideranti quest. 81. articul. 1. Vide quest. 70. articul. 1. append. notationem universalem pro lectoribus, & pone in practica. Secundo vides: quomodo &c.

AR.

tur; Vos quid nondum vovistis, qui potestis capere capite: Perseveranter currite ut comprehendantis: Tollite bofias quisque suas & introite in atria Domini, non ex necessitate sed potestatem habentes vestra voluntatis: Quia scilicet in eorum est voluntate vovere, sed non postquam voverunt resilire: Unde in Psal. 75. ubi supra: Unusquisque quod vovere voluerit voveat: Illud attendas ut quod voveris reddas, Unusquisque Deo quod vovet, si respicit retrorsum, malum est: Nasio quæ castimonialis nubere voluit. Quid voluit? Quod & qualibet virgo: Quid voluit? Quod & mater ipsius: Aliquid male voluit? Male plane: Quia jam voveras Domino Deo suo: Et inferius: Virgo & castimonialis jam dicata Deo. Et iterum paulo post: Non sis pigri qui potestis, quibus aspiras Deus, apprehendere gradus meliores; quia non ideo ista loquimur ut non voveatis; sed ut voveatis & reddatis: Forte quia audisti, Reddite non vis vovere? Ergo vovere volebas & non reddebas: Imo utrumque fsc: Unum sit ex professione sua

aliud ex adjutorio Dei perficietur: Aspice cum quid te dicit: Ama ducentem & non te damnat retro respicientem &c. Et ausus est adulterinus virginitatis Augustini corruptor in impuris ad librum illum notis vota omnia vellicare ut servilia, ut ad vetus non novum Testamentum pertinentia, ut divinæ providentiae metam praefigient proindeque non contemnenda tantum sed illicita; nec erubuit qui augustinum explicandum tanta jactatione ostentaret, Lutheri sensu loqui tam impudenter sic dicentis: Forma pis vovendi debet esse; Vovo usque ad mortem liberare, ut mutare possum quando volo: Item: Votum castitatis & totius monasticae vite debet necessario secundum involvere libertatem rursus omittendi: Et rursus: Perpetuum voti castitatis genus perniciosum inventum &c. Unde merito parem cum Luthero censuram propter ista incurrit, & a sacra Parisiensi Facultate ante annos aliquot dominatus est.

(*) Ali. quandoque.

ARTICULUS VI. 475

Utrum magis sit laudabile, & meritorium facere aliquid ex voto quam sine voto.

Inf. quest. clxxxix. art. 2. cor. & III. P. quest. xxviii. art. 4. corp. & III. cons. cap. cxxxviii. & opus. xvii. cap. xii. & opusc. xviii. cap. xiii.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod magis sit laudabile, & meritorium facere aliquid sine voto quam cum voto. Dicit enim Prosper in II. de vita contemplativa (cap. xxiv. in princ.) *Sic abstineret; vel jejunare debemus; ut non nos necessitati jejunandi subdamus; ne jam non devoti, sed invisi rem voluntariam faciamus.* Sed ille qui vovet jejunium, subdit se necessitati jejunandi. Ergo melius esset, si jejunaret sine voto.

2. Præterea. Apostolus dicit II. Corinth. ix. 7. *Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus.* Sed quidam ea quæ vovent, ex tristitia faciunt: & hoc videtur procedere ex necessitate quam votum imponit, quia necessitas contristans est, ut dicitur V. Metaph. (tex. 6.) Ergo melius est aliquid facere sine voto quam cum voto.

3. Præterea. Votum necessarium est ad hoc quod firmetur voluntas hominis ad rem quam vovet, ut supra habitum est (art. 4. hu. quest.) Sed non potest firmari melius voluntas ad aliquid faciendum quam cum actu facit illud. Ergo non melius est facere aliquid cum voto quam sine voto.

Sed contra est quod super illud Psal lxxv. 12. *Vovete, & reddite,* dicit Glossa: „*Vovete, vere voluntati consulitur.*“ Sed consilium non est nisi de meliori bono. Ergo melius est facere aliquid opus ex voto quam sine voto: quia qui facit sine voto, implet tantum unum consilium, scilicet de faciendo; qui autem facit cum voto, implet duo consilia, scilicet de vovendo, & faciendo.

Respondeo dicendum, quod triplici ratione facere idem opus cum voto est melius, & magis meritorium quam facere sine voto. Primo quidem quia vovere, sicut dictum

est (art. præc.) est actus latrīz, quæ est præcipua inter virtutes morales. Nobilioris autem virtutis est opus melius, & magis meritorium. Unde actus inferioris virtutis est melior, & magis meritorius ex hoc quod imperatur a superiori virtute, cuius actus fit per imperium; sicut actus fidei, vel spei melior est, si imperatur a caritate. Et ideo opera aliarum virtutum moralium (puta jejunare, quod est actus abstinentie; & continere, quod est actus castitatis) sunt meliora, & magis meritoria, si fiant ex voto, quia sic jam pertinent ad divinum cultum, quasi quedam Dei sacrificia. Unde Augustinus dicit in Lib. de virg. (cap. viii. circ. princ.) *quod neque ipsa virginitas, quia virginitas est, sed quia Deo dedicata est, honoratur; quam foret, & servat continens pietatis.*

Secundo quia ille qui vovet aliquid, & facit, plus se Deo subjicit, quam ille qui solum facit: subjicit enim se Deo non solum quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem, quia de cetero non potest aliud facere; sicut plus daret homini qui daret ei arborem cum fructibus, quam qui daret ei fructus tantum, ut dicit Anselmus in Libro de similitud. (cap. lxxxiv. a princ.) Et inde est quod etiam promittentibus gratiae aguntur, ut dictum est (art. præc. ad 2.)

Tertio quia per votum immobiliter voluntas firmatur in bonum. Facere autem aliquid ex voluntate firmata in bonum, pertinet ad perfectionem virtutis, ut patet per Philosophum in II. Etihc. (cap. iv. circ. med.) Sicut etiam peccare mente obstinata, aggravat peccatum, & dicitur peccatum in Spiritum sanctum, ut supra dictum est (quest. xiv. art. 1.)

Ad primum ergo dicendum quod auctoritas illa est intelligenda de necessitate coactionis, quæ involuntarium causat, & devotionem excludit. Unde signanter dicit: *No jam non devoti, sed invisi rem voluntariam faciamus.* Necessest autem voti per immobilitatem fit voluntatis: unde & voluntatem confirmat, & devotionem auget. Et ideo ratio non sequitur.

Ad secundum dicendum, quod necessitas coactionis, (1) inquantum est contraria voluntati, tristitiam causat, secundum Philoponus.

(1) Ea prefertim quæ per violentiam inducitur, vel quæ necessitatem quandam veluti absolutam ab

extrinseco infert. Hinc vota per vim vel ab invitatis facta rescinduntur, sed firma decernuntur manere, si non

phum. Necessitas autem voti in his qui sunt bene dispositi, in quantum voluntatem confirmat, non causat tristitiam, sed gaudium. Unde Augustinus dicit in epist. ad Armeniarium, & Paulinam (cxxvi. al. xl. vers. fin.) *Non te vovisse paeniteat, immo gaude jam tibi sic non licere quod cum tuo detrimento licuisset*. Si tamen ipsum opus secundum se consideratum, triste & involuntarium redideretur post votum, dum tamen remaneat voluntas votum implendi, adhuc est magis meritiorum quam si fieret sine voto: quia impletio voti est actus religionis, quæ est potior virtus quam abstinentia, cuius actus est jejunare.

Ad tertium dicendum, quod ille qui facit aliquid sine voto, habet immobilem voluntatem respectu illius operis singularis quod facit, & tunc quando facit; non autem manet voluntas eius omnino firmata in futurum, sicut voventis, qui suam voluntatem obligavit ad aliquid faciendum, & antequam facret illud singulare opus, & fortasse ad plures faciendum.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & directam, & indirectam destruas errorem *Pseudo-Apostolorum*, ut refert Cardinalis Turrecremata: *de ecclesia lib. 4. capite trigessimo quinto dicentium*, quod perfectior vita est vivere sine voto, quam cum voto: & quod quæ sine voto fiunt opera, ad majus præmium sunt destinata: quam quæ ex voto necessitate fiunt. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, errores illos merito damnari a Concilio Toletano IV. ut adductum est supra articul. 4. appendic., Nam monachi, ut patet, vivunt cum voto & opera eorum, ut monachatum essentialiter sapiunt, fiunt ex voto. Item damnari ab Honorio Papa in extravagant. *Olim felicis recordationis*. Ubi, cum eorum secta reprobetur, clarum est, quod & errores illius

sectæ reprobantur. Item damnari ab experientia divinis muneribus innixa. Videmus enim quotidie etiam ad sensum, quod ea, quæ Deus per opera ab hominibus sine voto facta non concedit, hominibus ipsis per opera cum voto facta concedit. Quo utique facto etiam cœcutientes videre possunt, Deum ipsum damnare errorem prædictum, quod utique testimonium Dei omnium hominum testimonio incomparabiliter & verius, & validius est ad obstruendum os loquentium iniqua. Tertio vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S VII. 476

Utrum votum solemnizetur per susceptionem sacri ordinis, & per professionem ad certam regulam.

*Inf. art. 9. cor. & IV. dist. XXXVII. quest. 1.
art. 2. quest. 3. & quol. III. art. 18. corp.
& quol. VIII. art. 10. cor.*

AD septimum sic proceditur. Videlur quod votum non solemnizetur per susceptionem sacri ordinis, & per professionem ad certam regulam. Votum enim, ut dictum est (art. 4. hujus quæst.) est promissio Deo facta. Ea vero quæ exterius aguntur ad solemnitatem pertinentia, non videntur ordinari ad Deum, sed ad homines. Ergo per accidentem se habent ad votum. Non ergo solemnitas talis est propria conditio voti.

2. Præterea. Illud quod pertinet ad conditionem alicuius rei, videtur posse competere omnibus illis in quibus res illa invenitur. Sed multa possunt sub voto cadere quæ non pertinent neque ad sacram ordinem, neque pertinent ad aliquam certam regulam; sicut cum quis vovet peregrinationem, aut aliquid hujusmodi. Ergo solemnitas quæ sit in susceptione sacri ordinis, vel in professione certæ regulæ, non pertinet ad conditionem voti.

3. Præ-

non constet, quod coacta sint, vel metu facta qui cadere possit in virum fortem & constantem; ut cap. *Perlatum*. Extra de iis quæ vi metuive causa fiunt quod ex Alexandro 3. defumptum est, & paullo infra ibi cap. *Cum dilectus quod est Innocentii 3. patet*: Sed expressius cap. *Insinuante quod est ejusdem*, Extra, qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere possint: ubi de muliere quadam nobili quæ se nubere nolle protestans, in manibus cuiusdam de fratribus S. Augustini ex aliquorum consilio voatum

emisit castitatis ita ut cum omni substantia sua in sua domo remaneret, ac biennio in hoc statu permaneat, postea vero se invitam vovisse vel coactam prætendens matrimonio copulata est, sic decernit: *Nos attendentes quod in emissione nulla vel modica coactio adfuit, quem sequentis temporis patientia & perseverantia profugavit; mandamus ut eam ad servandam quod vorvit, monere procureatis, & (si opus fuerit) per ecclesiasticam censuram coercere.*

3. Præterea . Votum solemne idem videtur esse quod votum publicum . Sed multa alia vota possunt fieri in publico , quam votum quod emittitur in susceptione sacri ordinis , vel professione certæ regulæ : & hujusmodi etiam vota possunt fieri in occulto . Ergo non solum hujusmodi vota sunt solemnia .

Sed contra est quod solum hujusmodi vota impediunt matrimonium contrahendum , & dirimunt jam contractum : quod est effectus voti solemnis , ut infra dicetur in tertia hujus operis Parte : (quam non absolvit . Vid . Suppl . quæst . lxxi . art . 2 .)

Respondeo dicendum , quod unicuique rei Solemnitas adhibetur secundum illius rei conditionem ; sicut alia est solemnitas novæ militæ , scilicet in quoddam apparatu equorum , & armorum , & concursu militum ; & alia solemnitas nuptiarum , quæ consistit in apparatu sponsi , & sponsæ , & conventu propria- quorum .

Votum autem est promissio Deo facta . Unde solemnitas voti attenditur secundum ali- quid spirituale , quod ad Deum pertinet , id est secundum aliquam spiritualem benedictionem , vel consecrationem , quæ ex institutio- ne Apostolorum adhibetur in professione cer- tæ regulæ , secundo gradu post Sacri ordinis susceptionem , ut dicit Dionysius 11. cap . ec- clesiasticæ Hierar . Et hujus ratio est , quia solemnitates non confieverunt adhiberi , nisi quando aliquis totaliter mancipatur alicui rei . Non enim solemnitas nuptialis adhibetur nisi in celebratione matrimonii , quando uterque

Summ . S . T . b . Tom . VII .

conjugum sui corporis potestatem alteri tra- dit . Et similiter voti solemnitas adhibetur , quando aliquis per susceptionem sacri ordinis divino ministerio applicatur ; & in professio- ne certæ regula , quando per abrenuntiatio- nem sacculi , & propriæ voluntatis aliquis sta- tum perfectionis assumit .

Ad primum ergo dicendum , quod hujusmodi solemnitas pertinet non solum ad ho- mines , sed ad Deum , in quantum habet ali- quam spiritualem consecrationem , (1) seu benedictionem , cuius Deus est auctor , etsi homo sit minister , secundum illud Num . vi . 27. *Iurabunt nomen meum super filios Israel . & ego benedicam eis .* Et ideo votum sole- mnis habet fortiorum obligationem apud Deum quam votum simplex , & gravius peccat quæ illud transgreditur . Quod autem dicitur , quod votum simplex non minus obligat apud Deum quam solenne , intelligendum est quantum ad hoc quod utriusque transgressor peccat mor- taliter .

Ad secundum dicendum , quod particulari- bus actibus non consuevit solemnitas adhibe- ri , sed assumptioni novi status , ut dictum est (in corp . art .) Et ideo cum quis votet aliqua particularia opera , sicut aliquam pere- grinationem , vel aliquod speciale jejunium , tali voto non congruit solemnitas , sed solum voto quo aliquis totaliter se subjicit divino ministerio , seu famulatu : in quo tamen vo- to quasi universalis multa particularia opera comprehenduntur .

Ad tertium dicendum , quod vota ex hoc R quod

(1) Nihil ista loquitione frequentius & expressius apud Patres : Ut apud Hieronymum inter opera sup- positionis tom . 9. epist . 14. que de laude virginitatis inscribitur : *Peculiaris illi subfistere meritum edocemur , eius est specialis consecratio :* Et paulo post de vir- ginibus : *Ut sanctiores patioresque hostie per Sacre- dorum Dei altari offeruntur :* Et rursus mox : *Proprio virginitas consecrationis privilegio gaudes :* Unde Chresti virgines sponsas dicere ecclesiastica nobis per- missis autoris , dum in modum sponsarum eas con- secrat Domino &c. Apud eundem non suppositum sed verum epist . 8. de servanda virginitate que inscri- bitur Demetriadi : *Quantum virginis nostra sit meri- sum , bine posse estimari quod occupatus in explan- da ea parte delubri in qua thymiamatis altare de- scribitur , malis hoc parumper diverticulatur , ut de altari transiret ad altare ; atque hostiam vivam pla- centem Deo æterna pudicitia consecrarem :* Sic apud Ambrosum in Psal . 11. conc . 6. *Virginem sacram si- pio consecretur velamine , sponsam appellat Christus :* Et ad virginem lapsum cap . 9. *Sacrilegium plane , ubi vos Christo consecratum demens temeritate pollu- tur e sic & apud Leonem Papam ep . 88. Choropisco-*

pis prohibetur Presbyterorum , Diaconorum , aut virginum consecratio , ac Episcopis tantum reservatur : Sic sacrilegio manus apud Tertullianum lib . de velandis virginibus cap . 3. que dicatum Deo habitum detrahere potuerunt : Et quod caput est , sic apud Augustinum lib . de sancta virginitate cap . 8. *integritas carnis ipse creatori anima & carnis vocis , consecratur , serua- tur :* Abusivam nihilominus loquitionem andet praefatus Augustini adulterator appellare : Quid Patres Graeci ? Dionysius qui monachis consecrationis mysterium lib . de ecclesiast . hierar . cap . 6. vocat . Hoc enim testis importat apud Graecos , ut usurpat ibi : Ignatius qui ad Antiochenos ait : *Virgines agnoscant cui se consecraverunt (κατέπιστον)* Origenes quæ homil . 23. in Num . illius esse ait in defensione offerra sacrificium , qui perpetua se devoverent castitati : Athanaeus qui corpus ejus quæ statuit caute vivere , sanctificatum vocat , & templum Dei : Basilicus qui in Regulis suis disputatis Interrog . 14. *sacrilegum (πειρων)* dicit eum qui cum semel se Deo devoverit , seipsum suffuratur ; & interrogat . 15. *sanctifica- tionem corporis ut Anabema quoddam Deo consecrata subjungit (οὐ γάρ τις ἵππος θα) &c.*

quod fiunt in publico, possunt habere quamdam solemnitatem humanam, non autem solemnitatem spiritualem; & divinam, sicut habent vota praemissa, etiam si coram paucis fiunt. Unde aliud est votum esse publicum, & aliud esse solemnem.

A P P E N D I X.

EX art. habes *primo*: quomodo per rationem ostendas merito insinuatum fuisse a Papa Bonifacio VIII. quod votum solemnizatur per susceptionem sacri ordinis, & per professionem ad certam regulam religionis. Ut in libro sexto decretalium de voto, & voti redempzione, cap. *Quod votum.*, Præsentis duximus declarandum oraculo sanctioq[ue]is: illud solum votum debere dici solemnne, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam, vel tacitam factam alieni, cui de religionibus per sedem Apostolicam approbat. Hæc ibi. Nec te conturbit, quod dicit hoc votum duplex solum solemnæ dici, quantum ad post, &c. quoniam accipiebat solemnitatem universaliter, scilicet, ut importat solemnitatem divinam, & solemnitatem humanam, idest esse publicum, *in argum.* Et *responsi.* ad tertium. Ac si dixisset. Declaramus votum solemnne solemnitate divina, quod est duplex nunc subiungendum, dirimere matrimonium post contractum: & nullum alter dictum solemnne. Per hoc enim significavit Pontifex: quod quidam de populo Episcopi Bisericis, ad quem scribit, fuisse hujus opinionis faltem dubitative: quod votum, quodcu[m]que solemnne, quod vocabant, idest publice emissum, dirimeret matrimonium postea contractum. In ejus aperatum sighum mox post verba praemissa subdit. Reliqua vero vota, et si quandoque matrimonium impediunt contrahendum, & quantum, to manifestius sunt emissæ, tanto propter plurim scandalum durior penitentia transgressoribus debeatur: non tamen rescindere possunt matrimonia post contracta. Hæc ille. Ubi ex ly quanto manifestius sunt emissæ, pater, mentem Pontificis fuisse in sua illa prima declaratione talem, qualem diximus. Est ergo, ac si ad propositum nostrum in sanctione praemissa absolute dixisset. Votum solemnne est duplex, scilicet, aut per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem approbatæ religionis. Secundo vides: quomodo &c.

A R T. VII. & VIII.

ARTICULUS VIII. 477

Utrum illi qui sunt alterius potestati subjecti, jellii, impediatur a votando.

Inf. quest. clxxxix. art. 5. & IV. diss. xxxix. art. 4. & diss. xxxviii. quest. I. art. I. quest. 3. & opusc. xvii. cap. XII.

AD octavum sic proceditur. Videtur quod illi qui sunt alterius potestati subjecti, non impediatur a votando. Minus enim vinculum superatur a majori. Sed obligatio qua quis subjicitur homini, est minus vinculum quam votum, per quod aliquis obligatur Deo. Ergo illi qui sunt alienæ potestati subjecti, non impediuntur a votando.

2. Præterea. Filii sunt in protestate patris. Sed filii possunt profiteri in aliqua religione etiam sine voluntate parentum. Ergo non impediuntur aliquis a votando per hoc quod est subjectus potestati alterius.

3. Præterea. Majus est facere quam promittere. Sed religiosi, qui sunt sub potestate prælatorum, possunt aliqua facere sine licentia suorum prælatorum, puta dicere aliquos Psalmos, vel facere alias abstinentias. Ergo videtur quod multo magis possint huiusmodi Deo votando promittere.

4. Præterea. Quicumque facit quod de jure facere non potest, peccat. Sed subditi non peccant votando, quia hoc numquam inventur prohibitum. Ergo videtur quod de jure possint votare.

Sed contra est quod Num. xxx. 4. mandatur, quod si mulier in domo patris sui, & abduc in puerari estate aliquid voverit, non teneatur rea voti, nisi pater ejus consenserit: & idem dicit de muliere habente virum. Ergo pari ratione nec alias personæ alterius potestati subjectæ possunt se voto obligare.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 4. hujus quest.) votum est promissio quædam Deo facta. Nullus autem potest per promissionem se firmiter obligare ad id quod est in protestate alterius, sed solum ad id quod est omnino in sua protestate. Quicumque autem est subjectus alii, quantum ad id in quo est subjectus, non est suæ potestatis facere quod vult, sed dependet ex voluntate alterius.

Et ideo non potest se per votum firmiter obligare in his in quibus alteri subjicitur, sine consensu sibi superioris.

Ad primum ergo dicendum, quod sub promis-

miffione Deo facta non cadit nisi quod est virtuosum, ut supra dictum est (art. 2. hujus quest.) Est autem contra virtutem ut id quod est alterius, homo offerat Deo, ut supra dictum est (quest. xxxii. art. 7. & quest. lxxxvi. art. 7. & quest. lxxxvi. art. 3.) Et ideo non potest omnino salvare ratio voti, cum quis in potestate alterius constitutus vovet id quod est in potestate alterius, nisi sub conditione, si ille ad cuius potestatem pertinet, non contradicat.

Ad secundum dicendum, quod ex quo homo venit ad annos pubertatis, si sit liberæ conditionis, est suæ potestatis quantum ad ea quæ pertinent ad suam personam, puta quod obliget se religioni per votum, vel quod matrimonium contrahat; non autem est suæ potestatis quantum ad dispositionem domesticam, unde circa hoc non potest aliquid vovere quod sit ratum sine consensu patris. Servus autem, quia est in potestate domini etiam quantum ad personales operationes, non potest se voto obligare ad religionem, per quam ab obsequiis domini sui abstrahetur.

Ad tertium dicendum, quod religiosus subditus est prælato quantum ad suas operationes secundum professionem regulæ. Et ideo etiamsi aliquis ad horam aliquid facere possit, quando ad alia non occupatur a prælato: quia tamen nullum tempus est exceptum in quo prælatus non possit eum circa aliquid occupare, nullum votum religiosi est firmum, nisi sit de consensu prælati; sicut nec votum pueræ existentis in domo, nisi sit de consensu patris; nec uxoris, nisi sit de consensu viri.

Ad quartum dicendum, quod licet votum eorum qui sunt alterius potestati subditi, non sit firmum sine consensu eorum quibus subjiciuntur; non tamen peccant vovendo, quia in eorum voto intelligitur debita conditio, scilicet si suis superioribus placuerit, vel non renitantur.

(1) Supple Causa ex Concilio Triburieni cap. 24. ubi dicitur quod pueræ si ante duodecim annos eratis sponte sua sacrum fobi votum affumperis, profecti sunt statim parentes ejus vel tutores id factum irrumsum facere si voluerint &c. Sequens autem appendix quoad annum probationis, partim ex cap. Confalduis quod est Alexandri 2. Causa 17. qm. 2. colligitur, ubi Regula S. Benedicti ante unius anni probationem nullum admittere Monachum indicatur, partim etiam ex rescripto Innocentii 4. tum ad fratres Predicatorum, tum etiam ad Minorum; quod S. Thomas

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intellegas, merito insinuatum fuisse a Scripturis; quod illi, qui sunt alterius potestati subjecti, impediuntur a vovendo; ut Numer. 30. secundum quod extenditur in arg. contr. Pro qua re amplius intelligenda vide quest. 32. art. 7. & 8. & applica ad hoc propositum. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS IX. 378

Utrum pueri possint voto se obligare ad religionis ingressum.

Inf. quest. clxxxix. art. 5. cor. & IV. dist. xxvii. qu. 11. art. 3. cor. & dist. xxxviii. quest. 1. art. 1. quest. 3. & opus. xvii. cap. xii. & cap. xiii. ad 10.

AD nonum sic proceditur. Videtur quod puéri non possint voto se obligare ad religionis ingressum. Cum enim ad votum requiratur animi deliberatio, non competit vovere nisi illis qui habent usum rationis. Sed hoc deficit in pueris, sicut & in amētibus, vel furiosis. Sicut ergo amētes, & furiosi non possunt se ad aliquid voto adstringere; ita etiā nec pueri, ut videtur, possunt se voto obligare religioni.

2. Præterea. Illud quod rite potest ab aliquo fieri, non potest ab alio irritari. Sed votum religionis a puerō, vel puella factum ante annos pubertatis, potest a parentibus revocari, vel a tute, ut habetur xx. (1) quest. 11. Ergo videtur quod puer, vel puella ante quatuordecim annos non possint rite vovere.

3. Præterea. Religionem intrantibus annū probationis conceditur secundum regulam B.

R 2 Be-

Quodl. 31. art. 11. seu qu. 5. art. 1. ad 1. refert in hunc modum: *Vobis de fratribus nostrorum consilio in virtute obedientia sub pena excommunicationis inhibemus ne ante annum probationis elapsum, qui est maius in subditum fragilitatis humanae regulariter constitutus, quemquam ad professionem vestri ordinis seu ad renunciationem facultati recipere praefundatis. Plenius autem lib. 6. Decretalium tit. de Regularibus ut cap. Non solum videre est: Ubi additur: Quod si forte contra hanc nostram prohibitionem quendam recipere presumptis, decernimus eum*

Benedicti (cap. lxviii .) & secundum statutum Innocentii IV . (id hab. Alex. II . epist. xxvi . tom. 9 . Concil. & hab. cap. Consaldu s xvii . quæst. ii .) ad hoc quod probatio obligationem voti præcedat . Ergo illicitum videtur esse quod pueri voto obligentur ad religionem ante probationis annum .

Sed contra . Id quod non est rite factum , non est validum , etiamsi a nullo revocetur . Sed votum puerorum etiam ante annos pubertatis emissum , validum est , si intra annum a parentibus non revocatur , ut habetur xx . quæst. ii . (can. P u e l l a .) Ergo licite , & rite possunt pueri voto obligari ad religionem , etiam ante annos pubertatis .

Respondeo dicendum , quod , sicut ex supra dictis patet (art. 7. hujus quæst.) duplex est votum , scilicet simplex , & solemnne . Et quia solemnitas voti in quadam spirituali benedictione , & consecratione consistit , ut dictum est (ibid.) quæ sit per ministerium Ecclesiæ , ideo solemnizatio voti sub dispensatione Ecclesiæ cadit . Votum autem simplex efficaciam habet ex deliberatione animi , qua quis se obligare intendit .

Quod autem talis obligatio robur non habeat , duplicitè potest contingere : uno quidem modo propter defectum rationis , sicut patet in furiosis , & in amentibus , qui se voto non possunt obligare ad aliquid , dum sunt in furia , vel amentia : alio modo quia illi qui voter , est alterius potestati subiectus , ut supra dictum est (art. præc.)

Et ista duo concurrunt in pueris ante annos pubertatis , quia & patiuntur rationis defectum ut in pluribus , & sunt naturaliter sub cura parentum , vel tutorum , qui sunt eis loco parentum : & ideo eorum vota ex duplice causa robur non habent . Contingit tamen propter naturæ dispositionem , quæ legibus humanis non subditur , in aliquibus , licet paucis , accelerari rationis usum , qui ob hoc dicuntur doli capaces , nec tamen propter hoc in aliquo eximuntur a cura parentum , quæ subiacet legi humanae respiciendi ad id quod frequentius accidit .

. Est ergo dicendum , quod si puer , vel puella ante pubertatis annos nondum habeat usum rationis , nullo modo potest ad aliquid se voto obligare . Si vero ante pubertatis annos attingit usum rationis , potest quidem (quantum in ipso est) se obligare ; sed votum ejus potest irritari per parentes , quorum curæ remanet adhuc subjectus . Quantumcumque tamen sit doli capax , ante annos pubertatis non potest obligari voto solemnni religionis , propter Ecclesiæ statutum . quæ respicit id quod in pluribus accidit . Post annos autem pubertatis possunt jam se voto religionis obligare vel simplici , vel solemnii , absque voluntate parentum (1) .

Ad primum ergo dicendum , quod ratio illa procedit de pueris qui nondum attigerunt usum rationis , quorum vota sunt invalida , ut dictum est (in corp. art.)

Ad secundum dicendum , quod vota eorum qui sunt in potestate aliorum , habent conditionem implicitam , scilicet si non revocentur a superiore , ex qua licita redduntur , & valida , si conditio existat , ut dictum est (art. præc.)

Ad tertium dicendum , quod ratio illa procedit de voto solemnii , quod fit per professionem .

A P P E N D I C E .

Ex art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & recte intelligas , merito insinuatum fuisse a scripturis , & Concilio : quod pueri non possunt se obligare voto ad religionis ingressum . Insinuantur vero a simili , Num. 30 . secundum quod extenditur in a. 8. argu. cons. Applica tu illud ad materiam de geligionis ingrassi : & aperite intentum videbis . A Concilio autem Triburien. 20. q. 2. c. P u e l l a : secundum quod summatur breviter in argu. cons. Secundo videtis : quomodo &c.

* A R *

qui taliter receptus fuerit nullatenus vestro esse ordinis alligatum , vobisque a receptione quorumlibet ad professionem ejusdem ordinis fore ipso facto suspensos &c. quod potro argum. Sed contra subjungitur ex Causa 20. qu. 2. est appendix Desreti præcedentis , quod sic immediate addit ; At si annum & diem id (parentes predicti vel tutores) dissimulando consenserint , alterius nec ipsi nec ipsa (pueria) muta-

re hoc poserunt .

(1) Imo nec simpliciter modo post annos pubertatis , qui a 12. in feminis vel a 14. in masculis ordinarie computantur ; sed post sextumdecimum tantum ex Concilio Tridentino Sess. 2^a de Regularibus cap. 15. ubi prende professio ante sextum decimum facta , & nulla esse decernitur , & nullam obligationem inducere .

A R T I C U L U S X . 479

Utrum possit in voto dispensari.

IV. dist. xxxviii. quest. i. art. 4. quest. i.
cor. & ad 2. & quest. 2.

AD decimum sic proceditur. Videtur quod in voto dispensari non possit. Minus enim est commutari votum quam in eo dispensari. Sed votum non potest commutari: dicitur enim Levit. xxvii. 9. *Animal quod immolari potest Domino, si quis voverit, sanctum erit, & mutare non poteris, nec melius malo, nec pejus bono* (1). Ergo multo minus potest dispensari in voto.

2. Præterea. In his quæ sunt de lege naturæ, & in præceptis divinis non potest per hominem dispensari, precipue in præceptis primæ tabulæ, quæ ordinantur directe ad dilectionem Dei, quæ est ultimus præceptorum finis. Sed implere votum est de lege naturæ, & est etiam præceptum legis divinæ, ut ex supra dictis patet (art. 3. hujus quest.) & pertinet ad præcepta primæ tabulæ, cum sit actus latræ (2). Ergo in voto dispensari non potest.

3. Præterea. Obligatio voti fundatur super fidelitatem quam homo debet Deo, ut dictum est (art. 3. hujus quest.). Sed in hac auctoritate potest dispensare. Ergo nec in voto.

Sed contra. Majoris firmitatis esse videtur quod procedit ex communi multorum voluntate, quam quod procedit ex singulari voluntate alicujus personæ. Sed in lege, quæ habet robur ex communi voluntate, (3) potest per hominem dispensari. Ergo videtur quod etiam in voto per hominem dispensari possit.

Respondeo dicendum, quod dispensatio voti intelligenda est ad modum dispensationis quæ sit in observantia alicujus legis: quia, ut supra dictum est (i. 2. quest. xc. art. 2.) lex ponitur respiciendo ad id quod est ut in pluribus bonum. Sed quia contingit hujusmodi in aliquo casu non esse bonum, oportuit per aliquem determinari, in illo particulari casu legem non esse servandam. Ea hoc proprie est dispensare in lege, nam dispensatio videtur importare quamdam commensuratam distributionem, vel applicacionem communis alicujus ad ea quæ sub ipso continentur; per quem modum dicitur aliquis dispensare cibum familiarium.

Similiter autem ille qui vovet, quodammodo sibi statuit legem, obligans se ad aliquid quod est secundum se, & ut in pluribus bonum. Potest tamen contingere quod in aliquo casu sit vel simpliciter malum, vel inutile, vel majoris boni impedivum; quod est contra rationem ejus quod cadit sub voto, ut ex prædictis patet (art. 2. hujus quest.). Et ideo necesse est quod determinetur in tali casu votum non esse servandum.

Et si quidem absolute determinetur aliquod votum non esse servandum, dicitur esse dispensatio voti; si autem pro hoc quod servandum erat, aliquid aliud imponatur, dicitur commutatio voti. Unde minus est votum commutare quam in voto dispensare; utrumque tamen in potestate Ecclesiæ consistit.

Ad primum ergo dicendum, quod animal quod immolari poterat, ex hoc ipso quod vovebatur, sanctum reputabatur, quasi divino cultui mancipatum: & hæc erat ratio, quare non poterat commutari; (4) sicut nec modo posset aliquis rem quam vovit, jam consecratam (puta calicem, vel domum) commutare in melius, vel in pejus. Animal autem

(1) Id est nec melius in malum, nec etiam pejus in bonum; et si hoc posterius videretur magis consentaneum rationi, si qua fieri mutatio deberet.

(2) Sive supremæ servitutis quæ soli Deo exhibetur, sicut explicatum est supra qu. 84. cum de adoratione latræ ageretur, juxta solemniorem græce votis λατρεία notionem in eum sentum a Theologis usurpatam.

(3) Non quod omnis lex eo modo intelligatur ex communione multorum voluntate vim accipere; cum a Rectore uno vel a Principe ferri aliqua possint quas tenetur servare multitudo sub ejus principatu vel regimine vivens; ut ostensum est suo loco i^o. 2. qu. 69. cum de lege humana sermo fuit; sed quod etiam leges illæ quæ in libera Republica ex voluntate multitudinis ferri possint, nos minus per hu-

manam autoritatem possint, occurrente necessitate, dispensari.

(4) Quamvis ibi addatur post prædicta immediate vers. 10. *Quod si mutaveris, & ipsorum quod mutatum est & illud pro quo mutatum est, cu sacrificium erit Domino:* Quasi mutari quidem aliquando contingat, sed licite non possit, net in eo etiam casu sic mutetur, ut ad prophanos usus id convertere liberum sit, sicut animalia illa quæ mutari debebant, quia nunquam poterant immolari, juxta sequentem appendicem quam sic ibidem exprimit lex vers. 18. *Animal immunitum quod immolari Domino non potest, si quis voverit, adducetur ad Sacerdotem qui iudicans an bonum an malum sit, statuerit preium &c.* Ut & vers. 27. *Quod si immundum est animal, redimes qui obenit &c.*

autem quod non poterat sanctificari , quia non erat immolatitium , redimi poterat , & debebat , sicut ibidem lex dicit . Et ita etiam nunc commutari possunt vota , si consercatio non interveniat .

Ad secundum dicendum , quod sicut ex iure naturali , & præcepto divino tenetur homo implere votum ; ita etiam tenetur ex eisdem obediens superiorum legi , vel mandato . Et tamen cum dispensatur in aliqua lege humana , non fit ut legi humanæ non obediatur , quod est contra legem naturæ , & mandatum divinum ; sed fit ut hoc quod erat lex , non fit lex in hoc casu . Ita etiam auctoritate superioris dispensantis fit ut hoc quod continebatur sub voto , non continetur , in quantum determinatur in hoc casu hoc non esse congruam materiam voti . Et ideo cum prælatus Ecclesiae dispensat in voto , non dispensat in præcepto juris naturalis , vel divini ; sed determinat id quod cœdebat sub obligatione deliberationis humanæ , quæ non potuit omnia circumspicere .

Ad tertium dicendum , quod ad fidelitatem Deo debitam non pertinet quod homo faciat id quod (*) ad vovendum est malum , vel inutile , vel majoris boni impeditivum , ad quod tendit voti dispensatio : & ideo dispensatio voti non est contra fidelitatem Deo debitam .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas & in sensu recto intellegas , merito insinuatum fuisse a scripturis , & Papa : quod in voto potest dari commutatio , & dispensatio . Ut de commutatione , *Leviticus* , 27 . Quasi per totum . Ad cuius exemplum dixit Sanctus Doctor in resp. ad prium : *Ita etiam nunc commutari possunt vota* . De dispensatione vero a Papa *Alexandro III.* , ab ejus , qui præsedit , pender arbitrio : ut „ consideret diligentius qualitatem personæ , & causam commutationis , an scilicet ex infirmitate , &c. „ Et secundum hoc debet exinde dispensare . Hæc ille , de voto , & voti redempcio , cap. De peregrinatione . *Istem* „ *idem ibidem* , cap. *Venientis* . „ Nos ipsum

„ a voto , quod in ætate tenera , facilitate „ potius , quam ex arbitrio discretionis pro- „ misit , absolvimus . „ Hæc ibi . Ubi di- „ cit glossa super ly *facilitate* , quod votum ex „ facilitate emissum obligat : & , ut instantias „ omnes fieri possibiles in contrarium dissolvant „ subiungit : quod hic de quo , scilicet Papa , loquitur postea factus major ratum habuit , scilicet vorum in ætate puerili emissum . (Valent hæc & de textu , & de glossa . cap. *Venientis* . Valent , inquam , ad art. 9.) Ecce ergo : quod Papa votum legitimum absoluit . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S XI . 480

Utrum in voto solemni continentia possit fieri dispensatio .

Inf. quest. clxxxvi. art. 8. ad 3.

AD undecimum sic proceditur . Videtur quod in voto solemni continentia possit fieri dispensatio . Una enī ratio dispensandi in voto est , si sit impeditivum melioris boni , sicut dictum est (art. præc.) Sed votum continentia , etiamsi sit solemne , potest esse impeditivum melioris boni : nam bonum commune est divinius quam bonum unius (r) . Potest autem per continentiam aliquius impediti bonum totius multitudinis ; puta si quando per contractum matrimonii aliquarum personarum quæ continentiam vorverunt , posset pax patris procurari . Ergo videtur quod etiam in solemni voto continentia possit dispensari .

2. Præterea . Latria est nobilior virtus quam castitas . Sed si quis voverit aliquem actum latriæ , puta offerre Deo sacrificium , potest in illo voto dispensari . Ergo multo magis potest dispensari in voto continentia , quod est de actu castitatis .

3. Præterea . Sicut votum abstinentia observatum potest vergere in periculum personæ , ita etiam observatio voti continentia . Sed in voto abstinentia , si vergat in corporale periculum voventis , potest fieri dispensatio

(*) *Ita communiter . Codex Alcan. habet in textu ad vitandum , sed in margine ad vovendum .*

(1) Ex Ethicorum lib. 1. cap. 1. ubi sic expressus : *Et si unu homini & civitati bonum idem sit , bonum tamen civitatis & acquirere & conservare*

magis quoddam. videtur ac divinius : Et quidem potest esse consensus unusquisque si uni soli bonum procure , sed pulchrius est ac divinius plane si toti geni &c.

fatio (1). Ergo etiam pari ratione in voto continentia potest dispensari.

4. Præterea. Sicut sub professione religio-nis, ex qua votum solamnizatur, continetur votum continentia, ita etiam votum pauper-tatis, & obedientia potest dispensari, sicut patet in illis qui post professionem ad Epil-co-patum assumentur. Ergo. videtur quod in solemnni voto continentia possit dispensari.

Sed contra est quod dicitur Eccli. xxvi. 20. *Omnis ponderatio non est digna animæ con-tinentis.*

Præterea. Extra, de statu monach. in fi-

ne illius Decretalis, *Cum ad monasterium*, dicitur: *Abdicatio proprietatis, sicut etiam cœfodia cœstitutis, adeo annexa est regulæ mo-nachali*, us contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere (2).

Respondeo dicendum, quod in solemnni vo-to continentia tria possunt considerari: primo quidem materia voti, scilicet ipsa continen-tia; secundo perpetuitas voti, scilicet cum aliquis voto se adstringit ad perpetuam ob-servantiam continentia; tertio ipsa solemnni-tas voti.

Dicunt ergo quidam, quod votum sole-mne est indispensabile ratione ipsius continen-tia,

(1) Quantumcunque solenne supponatur, vel in religiosa professione contineri; sicut intentum hujus articuli postulat; & potissimum quoad illos qui propter ejusmodi professionem scilicet carnis absque cul-pe mortali communiter non possunt, cum de aliis nulla sit difficultas.

(2) Quam belle Cajetanus hoc loco commentatur quod si banc Decretalem auctor a Celestino 3. inter-prestatam advertisset, cum Constantiam Rogerii Siciliæ Regis filiam que in Monasterio Panormitanô monialis fuerat, dispensavit ut Henico Imperatori quin-quagenaria nuberes, non suscepisses sibi onus bujus opinionis defendenda: Itane vero? Atqui si Commen-tator adversisset portentum esse ut Celestinus præde-cessor interpres dici possit Innocentii successoris; fabulum esse quod Constantia monialis fuerit que in monasterio tantum propter spem regni affermata secu-lulariter fuit; spectrum esse quod quinquagenaria suspergit que nec annum quadragesimum quartum ar-rigerat cum defuncta est, & jam potius anno trigesimo nupserat; oscitantis aberramentum esse ut quispiam pro 30. &c. sic pro trigesimo quinquagesi-mum obtruserit; & figmentum esse quod ad nubendum dispensata sit que dispensatione non indigebat; & quod a Celestino ut Henrico nuberes dispensata, contra quem Celestinus Tancredi pates substat; non suscepisses sibi onus tam indigni commenti afferuendi ad angelicam illam S. Thomæ doctrinam destruendam; sed fabulosa & fictitia narrationem rejecisset, quam Baronius in Annalibus tom. 12. ad annum 1386. num. 25. ac deinceps veluti non majorum auctorita-te sed rumore seculi recentiorum concilamat, ea-dam plane facilitate rejici vuit que effusitur levitate. An differentiationem illam porro, si qua fuisset vere data, Innocentius ipse tertius qui toties ad Constan-tiam illam scriptis, & S. Thomas quoque iissem temporibus vicinus, ignorassent? Addit Ramirum Ca-jetanus, quem per Innominatum Pontificem esse com-pulsum, ut excusa professione monachali, Aragonie regnum occuparet, ex Paludano refert: Atqui nee Mariana ipse lib. 10. de rebus Hispaniae cap. 15. id afferere audet, sed subdubitans tantum, dispensatione ut creditur pontificis (inquit) Ubinam vero extat? Et quia ratio dispensandi propter publicum bonum, cum ibidem subungat Mariana res arago-num inde potius corruisse *Garcia imbecillitate*, Ra-

miri senectute? Addunt alii Casimirum a Benedicto 9. ad Polonorum petitionem dispensatum, ut e Mo-nacho Cluniacensi Rex illorum fieret: Sed Poloni Scriptores dissentient in ejus facti narratione cuius nullum aliud extat monumentum; ut apud Baronium Annalibus tom. 11. ad annum 1041. videre est: De Wladislao longe posterioris Casimiri filio extat quem e monasterio Divionensi ob similem occasionem Cle-mens sextus eduxit; sed in extrema necessitate, quasi per vim professum, ut in libro *Gallia christiana* in-scripto patet. Addunt quoque alii Nicolajum Justi-nianum quem ad restituendam Justinianam familiam in bello contra Turcas extinctam Alexander tertius dispensavit; ut ad 8. Januarii ex posteriorum uno Surius refert: Sed Alexander jam obierat, cum dis-pensatum Nicolaum profunxit; & quod ut fabulo-sum explosum est, subiungit in eadem narratione Constantiam (quam & Wilhelmi falso filiam facit) ab eodem etiam Alexandro 3.. dispensatam. Cur ergo hæc exempla tam impotenter urget lib. 12. mo-talium Institutionum Azofus, & similia vel incerta vel falsa, ut præsentí doctrinæ contradicat? Cur mi-nus ex his credibilius Cajet. Cur Petrus Martyr Ur-ceanus Constitutionum nostrarum Instituti Dominica-ni commentator opinionem contrariam quam S. Tho-mas in Sententiis docuerat, huic præferri vult quam in Summa tuerit tam constanter? quia post S. Thomam (inquit) Pontifices aliqui dispensarunt, quo-rum exempla nulla profert, nec indicatis prioribus que Cajetanus attulerat. Quam confutius graves alii ac insignes Thomistæ, ut Sylvester & Soto, senten-tiam præsentem præulerint? Ut & tutius Lopez apud Sylvium illi etiam subscriptentem; *Licer dicas Navarrus quod major pars non dubitas Papam di-spensare posse super solenne voto Religionis facto, ex gravissima necessitate, quicquid sit de hoc, salva Ecclæsiæ Catholicæ censura, qua de hoc batellus nibil definivit, teneo cum S. Thomæ & sequacibus ejus, quia illius rationes videntur fortiores.* Quia de re in Selectis plenius Deo dante. Quod autem voti fracti-ruis non habegatur quæ tempore obsequium in perpe-tuam religionis observantiam commutari, ut ad 1. ex Decretali subiungitur, sic habet Alexandri tertia De-cretalis *Ecclesia de voto & de voti redemptione cap. Scriptura.*

tiz, quæ non recipit condignam recompensationem, ut patet ex auctoritate inducta. Cujus rationem quidam assignant, quia per continentiam homo triumphat de doméstico inimico, vel quia per continentiam homo perfecte conformatur Christo secundum puritatem animæ, & corporis.

Sed hoc non videtur efficaciter dici: quia bona animæ, utpote contemplatio, & oratio sunt multo meliora bonis corporis, & magis nos Deo conformant; & tamen potest dispensari in voto orationis, vel contemplationis. Unde non videtur esse ratio quare non possit dispensari in voto continentiaz, si respiciatur absolute ad ipsam continentiaz dignitatem; præsertim cum Apostolus I. ad Corinth. viii. 34. ad continentiam inducat propter contemplationem, dicens, quod *matri innupta cogitat que Dei sunt*. Finis autem potior est his quæ sunt ad finem.

Et ideo alii rationem hujus assignant ex perpetuitate, & universalitate hujus voti. Dicunt enim, quod vatum continentiaz non potest prætermitti, nisi per id quod est omnino contrariunt; quod numquam licet in aliquo voto.

Sed hoc est manifeste falsum. Quia sicut uti carnali copula est continentiaz contrarium ita comedere carnes, vel bibere vinum, est contrarium abstinentiaz a talibus: & tamen in hujusmodi votis potest dispensari.

Et ideo alii videtur quod etiam in voto solemnisi continentiaz possit dispensari propter aliquam communem utilitatem, seu necessitatem, ut patet in exemplo præmisso (in arg.) de pacificatione terrarum ex aliquo matrimonio contrahendo.

Sed quia Decretalis inducta expresse dicit quod *nec sumamus Pontifex potest contra custodiā castitatis monacho licentiam dare*; ideo aliter videtur dicendum, quod sicut supra dictum est (art. præc. arg. i. & ad i.) & habetur Levit. ult. illud quod semper sanctificatum est Domino, non potest in alios usus commutari. Non autem potest facere aliquis Ecclesiaz prælatus ut id quod est sanctificatum, sanctificationem amittat, etiam in rebus inanimatis; puta quod calix consecratus desinat esse consecratus, si maneat integer. Unde multo minus potest hoc facere aliquis prælatus ut homo Deo consecratus, quamdiu vivit, consecratus esse desistat. Solemnitas aurem voti consistit in quadam consecratione, seu benedictione vovertis, ut dictum est (art. 7. p. quæst.) Et ideo non

potest fieri per aliquem prælatum Ecclesiaz quod ille qui votum solemne emisit, defuisse ab eo ad quod est consecratus; puta quod ille qui est sacerdos, non sit sacerdos; licet possit prælatus ob aliquam causam executionem ordinis inhibere. Et simili ratione Papa non potest facere quod ille qui est professus religiōnem, non sit religiosus; licet quidam Juris ignoranter contrarium dicant.

Est ergo considerandum, utrum continentia sit essentialiter annexa ei ad quod votum solemnizatur: quia si non est essentialiter annexa, potest manere solemnitas consecrationis sine debito continentiaz: quod non potest contingere, si sit essentialiter annexum ei ad quod votum solemnizatur. Non est autem essentialiter annexum debitum continentiaz Ordini sacro, sed ex statuto Ecclesiaz: Unde videtur quod per Ecclesiam possit dispensari in voto continentiaz solemnizato per susceptionem sacerdoti ordinis. Est autem debitum continentiaz essentialie statui religiōnis, per quem homo abrenuntiat seculo, totaliter Dei servitio mancipatus: quod non potest simul stare cum matrimonio, in quo' incumbit necessitas procurandæ uxoris, & prolis, & familiæ; & rerum quæ ad hoc requiruntur. Unde Apostolus dicit I. ad Corinth. viii. 33. quod *qui est cum uxore, solicitus est que sunt mundi, quomodo placet uxori, & divisus est*. Unde nomen Monachi ab unitate sumitur, per oppositum ad divisionem prædictam. Et ideo in voto solemnizato per professionem religiōnis non potest per Ecclesiam dispensari: & rationem assignat Decretalis, quia *castitas est annexa regule monachii*.

Ad primum ergo dicendum, quod periculis rerum humanarum est obviandum per res humanas, non autem per hoc quod res divinae convertantur in usum humanum. Professi autem religionem mortui sunt mundo, & vivunt Deo: unde non sunt revocandi ad vitam humanam occasione cuiuscumque eventus.

Ad secundum dicendum, quod in voto temporalis continentiaz dispensari potest, sicut & in voto temporalis orationis, vel temporalis abstinentiaz. Sed quod in voto continentiaz per professionem solemnizato non possit dispensari, hoc non est, inquantum est actus castitatis, sed inquantum incipit ad latram pertinere per professionem religiōnis.

Ad tertium dicendum, quod cibis directe ordinatur ad conservationem ipersonæ: & ideo abstinentia cibi directe potest vergere

A R T I C U L U S XII . 481

Utrum ad commutationem, vel dispensationem voti requiratur praefati auctoritas.

*Sup. art. 1. ad 3. & IV. dist. XXXVIII.
quest. 1. art. 1. quest. 1. ad 4. & art. 4.
quest. 1. cor. & ad 2. & quest. 4. per tot.*

AD duodecimum sic proceditur . Videtur quod ad commutationem, vel dispensationem voti non requiratur praefati auctoritas . Aliquis enim potest intrare religionem absque auctoritate alicujus superioris praefati . Sed per introitum religionis absolvitur homo a votis in seculo factis , etiam a voto terrae sanctae . Ergo voti commutatio, vel dispensatio potest esse absque auctoritate superioris praefati .

2. Præterea . Dispensatio voti in hoc consistere videtur quod determinatur in quo casu votum non sit observandum . Sed si prælatus male determinet, non videtur esse votus absolutus a voto : quia nullus prælatus potest dispensare contra præceptum divinum de implendo voto , ut dictum est (art. 10. hu. quest. ad 2. & art. præc.) Similiter etiam si aliquis propria auctoritate recte determinet, in quo casu votum non sit implementum, non videtur voto teneri : quia votum non obligat in casu in quo habet pejorem eventum , ut dictum est (art. 2. hu. quest.) Ergo dispensatio voti non requirit auctoritatem alicujus præfati .

3. Præterea . Si dispensare in voto pertinet ad potestatem prælatorum , pari ratione pertinet ad omnes . Sed non pertinet ad omnes dispensare in quolibet voto . Ego non pertinet ad potestatem prælatorum dispensatio voti .

Sed contra . Sicut lex obligat ad aliquid faciendum , ita & votum . Sed ad dispensandum in præcepto legis requiritur superioris auctoritas , ut supra dictum est (1. 2. quest. xcvi. art. 4.) Ergo pari ratione etiam in dispensatione voti ,

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. 1. & 2. hu. quest.) votum est promissio Deo facta de aliquo quod sit Deo acceptum . Quid sit autem in promissione acceptum ei cui promittitur , ex ejus pender arbitrio . Prælatus autem in Ecclesia gerit vicem Dei . Et ideo in commutatione , vel dispensatione votorum requiritur

Sf præla-

prælati auctoritas, qui in persona Dei determinat, quid sit Deo acceptum, secundum il-
lud II. Cor. 11. 10. Nam & ego quod dona-
vi, si quid donavi, propter vos in persona
Christi: & signanter dicit, propter vos, quia
omnis dispensatio perita a prælato debet fie-
ri ad honorem Christi, in cuius persona dis-
penfat, vel ad utilitatem Ecclesiaz, quæ est
eius corpus.

Ad primum ergo dicendum, quod omnia
alia vota sunt quorumdam particularium ope-
rum; sed per religionem homo totam vitam
suam Dei obsequio deputat. Particulare au-
tem in universalis includitur: & ideo Decre-
talis dicit (cap. Scripturæ , de voto &c.)
quod *reus voti frati non habetur qui tempora-
le obsequium in perpetuam religionis observan-
tiam commutat*. Nec tamen religionem in-
grediens tenetur implere vota vel jejuniorum,
vel orationum, vel aliorum hujusmodi quæ
existens in saeculo fecit: quia religionem in-
grediens moritur priori vita: & etiam singu-
lares observantiaz religioni non competit;
& religionis onus satis hominem onerat, ut
alia superaddere non oporteat.

Ad secundum dicendum, quod quidam di-
xerunt, quod ideo prælati possunt in votis
pro libito dispensare, quia in quolibet voto
includitur conditionaliter voluntas prælati su-
perioris, sicut supra dictum est (art. 8. hu-
quæst.) quod in votis subditorum (puta
servi, vel filii) intelligitur conditio, si pla-
cuerit patri, vel domino, vel si non renuntiantur.
Et sic subditus absque omni remorsu con-
scientiaz posset votum prætermittere, quan-
docunque sibi a prælato diceretur.

Sed predicta positio falso innititur: quia
cum potestas prælati spiritualis, qui non est
dominus, sed dispensator, in ædificationem
sit data, & non in destructionem, ut patet
II. ad Cor. x. sicut prælatus non potest ini-
perare ea quæ secundum se Deo displicant,
scilicet peccata; ita non potest prohibere ea
quæ secundum se Deo placent, scilicet virtuo-
tis opera. Et ideo absolute potest homo vo-
vere ea. Ad prælatum tamen pertinet diju-
dicare, quid sit magis virtuosum, & Deo
magis acceptum. Et ideo in manifestis dis-
pensatio prælati non excusaret a culpa; puta

si prælatus dispensaret cum aliquo super vo-
to de ingressu religionis, nulla apparenti
causa obstante. Si autem esset causa appa-
rens, per quam saltem in dubium verteretur,
posset stare judicio prælati dispensantis, vel
commutantis: non tamen judicio proprio,
quia ipse non gerit vicem Dei; nisi forte in
casu in quo id quod vovit, esset manifeste
illictum; & non posset opportune ad supe-
riore recurrere.

Ad tertium dicendum, quod quia summus
Pontifex gerit plenarie vicem Christi in tota
Ecclesia, ipse habet plenitudinem potestatis
dispensandi in omnibus dispensabilibus votis.
Aliis autem inferioribus prælatis committi-
tur dispensatio in votis quæ communiter fu-
nt, & indigent frequenti dispensatione, ut
habeant de facili homines ad quem recurrent;
sicut sunt vota peregrinationum, & jejunio-
rum, & aliorum hujusmodi. Vota vero ma-
joræ, puta continentiaz, & peregrinationis
terraz sanctæ, reservantur summo Pontifi-
ci (1).

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo: quomodo per ra-
tionem & directam, & indirectam ostendias;
merito a summis Pontificibus, & Con-
cilii suis insinuatum; quod in commutatio-
ne, vel dispensatione votorum requiritur au-
toritas prælatorum. Ut extra, de voto, &
voti redemptione, capitulis plurimis. Et in 6.
lib. Decret. eod. tit. per totum. Vide sup. 4.
10. app. per hoc enim factum quod ad pre-
latos pro dispensatione votorum recurrebant
populi, & Episcopi ad summos Pontifices,
pro dispensatione majorum: & per hoc,
quod ipsi Prælati dispensabant, vel commu-
tabant, habetur aperte tum quasi ex com-
muni populorum animi conceptione, ex
prælatorum actuali confessione; quod vota
dispensanda, vel commutanda requiritur
authoritas prælatorum, & ad majora majo-
rum. Secundo vides quomodo &c.

Q U E-

(1) Ut videre est Extra de voto & de voti redem-
ptione cap. De peregrinationis votis, quantum ad
communia vota quæ commutari per Episcopum vel
quemlibet Presidentem inferiorem possunt; ex rescri-
pto Alexандri 3. ad Episcopum Exonensem: Quoad
majora vero vota quæ non nisi per Papam possunt

commutari & nominatim quoad peregrinationem ter-
raz sanctæ, seu (quod idem est orientalis) cap.
Magne devotionis, ex Rescripto Ianocentii 3 ad
Episcopum Trecensem, & cap. Et multa expressius
ex ejusdem Rescripto ad Archiepiscopum Cantuarien-
sem &c.

Q U A E S T I O . LXXXIX.

*De iuramento.**In decem articulos divisa.*

DEinde considerandum est de actibus exterioribus latrīz, quibus aliquid divinum ab hominibus assumitur, quod est vel sacramentum aliquod, vel ipsum nomen divinum. Sed de sacramenti assumptione locus erit tractandi in tertia hujus operis parte; de assumptione autem nominis divini nunc agendum est. Assumitur autem divinum nomen ab homine tripliciter: uno modo per modum juramenti ad propria verba confirmando; alio modo per modum adjurationis ad alios inducendum; tertio modo per modum invocationis ad orandum, vel laudandum. Primo ergo de juramento agendum est: circa quod quantumtur decem.

Primo, quid sit juramentum.

Secundo, utrum sit licitum.

Tertio, qui sint comites juramenti.

Quarto, cuius virtutis sit actus.

Quinto, utrum sit appetendum, & frequentandum, tamquam utile & bonum.

Sexto, utrum liceat jurare per creaturam.

Septimo, utrum juramentum sit obligatorium.

Octavo, quæ sit major obligatio, utrum juramenti, vel voti.

Nono, utrum in juramento possit dispendari.

Decimo, quibus, & quando liceat jurare.

A R T I C U L U S I. 482

*Utrum jurare sit testem Deum invocare.**Inf. quest. xcvi. art. 2. cor. & III.
diff. xxxix. art. 1.*

AD primum sic proceditur. Videtur quod jurare non sit testem Deum invocare. Quicumque enim inducit auctoritatem sacre Scripturae, inducit Deum in testimonium, cuius verba proponuntur in sacra Scriptura (1). Si ergo jurare est testem Deum invocare, quicumque inducit auctoritatem sacrae Scripturae, juraret. Hoc autem est falsum. Ergo & primum.

2. Præterea. Ex hoc quod aliquis inducit aliquem in testem, nihil ei reddit. Sed illo qui per Deum jurat, aliquid Deo reddit: dicitur enim Matth. v. 33. *Reddes Domino iuramenta tua: & Augustinus dicit (serm. xxviii. de verb. Apost. cap. vi. ante med.) quod jurare est *ius veritatis* Deo reddere (2).* Ergo jurare non est Deum testem invocare.

3. Præterea. Aliud est officium judicis, & aliud testis, ut ex supradictis patet (quest. lxvii. & lxx.) Sed quandoque jurando implorat homo divinum judicium, secundum illud Psal. vii. 5. *Si reddidi retribuentibus mibi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* Ergo jurare non est testem Deum invocare.

Sed contra est quod Augustinus dicit in quodam serm. de periurio (3) (loc. sup. cit.) *Quid est jurare per Deum, nisi, Testis est Deus?*

Respondeo dicendum, quod, sicut Apostolus dicit ad Heb. vi. juramentum ad confirmationem ordinatur (4). Confirmatio autem in scibiliibus per rationem fit; quæ procedit ex aliquibus naturaliter notis, quæ sunt infallibiliter vera. Sed particularia facta contingentia hominum non possunt per rationem necessariam confirmari: & ideo ea quæ de his dicuntur, solent confirmari per testes. Sed humanum testimonium non est sufficiens

Ss 2 ad

(1) Hinc 2. ad Tim. 3. vers. 16. *divinitus inspirata* dicitur: ut & 2. Petri primo vers. 21. *Spiritu sancto inspirati sancti Dei homines qui eam trahiderunt.*

(2) Vel sic plenius. *Quid est jurare nisi jus redire Deo quando per Deum juras?* Et paullo post: *Quod autem jus debemus Deo nostro nisi caritatis*

& *veritatis non falsitatis &c.*

(3) Etsi modo non inscribitur de periurio, sed in illud Jacobi *Nolite jurare.*

(4) Sic enim ibi vers. 16. *Omnis controversie finis ad confirmationem est juramentum:* Quasi dicat: *Ex hoc tollitur omnis dubitatio, ut commentatur Chrysost. in eum locum hom. 11.*

ad hujesmodi confirmandum , propter duo : primo quidem propter defectum veritatis humanae , quia plurimi in mendacium labuntur , secundum illud Psal . xvi . 10 . *Os eorum locutum est* (*) *mendacium* : (1) secundo propter defectum cognitionis , quia homines non possunt cognoscere neque futura , neque corarium occulta , vel etiam absentia ; de quibus tamen homines loquuntur : & expedit rebus humanis ut certitudo aliqua de his habeatur . Et ideo necessarium fuit recurrere ad divinum testimonium : quia Deus neque mentiri potest , neque eum aliquid latet .

Assumere autem Deum in testem dicitur jurare : quia quasi pro jure introductum est ut quod sub invocatione divini testimonii dicatur , pro vero habeatur .

Divinum autem testimonium quandoque inducitur ad afferendum praesentia , vel praeterita ; & hoc dicitur *juramentum afferitorum* : quandoque autem inducitur divinum testimonium ad confirmandum aliquid futurum : & hoc dicitur *juramentum promissorum* . Ad ea vero quae sunt necessaria , & per rationem investiganda , non inducitur *juramentum* : derisibilis enim videretur , si quis in disputatione alicujus scientie vellet propositum per *juramentum* probare .

Ad primum ergo dicendum , quod aliud est testimonio Dei uti jam dato ; quod sit , cum aliquis autoritatem sacrae Scripturæ inducit : & aliud est testimonium Dei imploare ut exhibendum ; quod sit in *juramento* .

Ad secundum dicendum , quod dicitur aliquis reddere *juramenta Deo* ex hoc quod implet illud quod jurat : vel quia in hoc ipso quod invocat Deum in testem , recognoscit eum habere omnium cognitionem , & infallibilem veritatem .

Ad tertium dicendum , quod alicujus testimonium invocatur ad hoc quod testis invocatus veritatem manifestet circa ea quae dicuntur . Deus autem manifestat , an verum sit quod dicitur , dupliciter : uno modo simpliciter revelando veritatem , vel per inter-

nam inspirationem , vel etiam per facti denudationem , dum scilicet producit in publicum ea quae erant occulta : (2) alio modo per poenam mentientis ; & tunc simul est iudex , & testis , dum puniendo mendacem manifestat mendacium . Et ideo duplex est modus jurandi . Unus quidem per simplicem Dei contestationem ; sicut cum aliquis dicit , *Est mihi Deus regis* vel *Coram Deo loquor* : vel , *Per Deum* , quod idem est , ut dicit Augustinus (Lib . I . de serm . Dom . in monte cap . xvi . a princ . & loc . cit .) (3) Alius modus jurandi est per execrationem , dum scilicet aliquis se , vel aliquid ad se pertinens ad poenam obligat , nisi sit verum quod dicitur .

A P P E N D I X .

EX art . habes *primo* : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , & August . quod jurare est invocare Deum in testem . Ab August . ipsis quidem , ut in *arg . cont . A* scripturis vero , ut in ad Rom . 1 . *Tessis est mihi Deus* . His namque verbis Apostolus jurat secundum SS . August . & Thom . *Secundo* habes : quomodo &c .

A R T I C U L U S II . 43;

Utrum sit licitum jurare .

Inf . art . 3 . cor . & III . dist . xxxix . quest . 1 .
art . 2 . quest . 2 . & Rom . 1 . lect . 5 . &
Heb . vi . lect . 4 .

AD secundum sic proceditur . Videtur quod non sit licitum jurare . Nihil enim quod prohibetur in lego divina , est licitum . Sed *juramentum* prohibetur Matth . v . 34 . *Ego dico vobis , non jurare omnino* &c . & Jac . v . 12 . dicitur : *Ante omnia , fratres mei , nolite jurare . Ergo juramentum est illicitum .*

3 . Prz-

(*) *Vulgata* *superbiam* ,

(1) Non *mendacium* sed *superbiam* habet in eo loco saepe textus ; ut vers . 11 tam in vetustissimis manuscriptis quam in impressis uniformiter videtur est , & Hieronymus ipse ita legit ; sicut & græce ὑπερβαρα quod *superbiam* significat : Sed Psal . 5 . vers 6 . *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* : An unum per transiennam irrepit pro alio ? Potuit illud ex Esaïa 59 . vers . 3 . huc proferri : *Labia vestra loquuntur mendacium* : Vel illud Hier . 8 . vers . 10 .

Cuncti faciant mendacium : Et Hierem . 9 . vers . 5 . *Docuerunt linguam suam , loqui mendacium* : Ut & Mich . 6 . ver . 12 . *Divites oys replati sunt iniquitate ; habitantes in ea loquebantur mendacium* ; vel similia .

(2) Hinc Davidi ex parte Dei dictum a . Reg . 12 . vers . 12 . *Tu fecisti absconde* : *Ego faciam in conspectu omnis Israel & in conspectu Solis* .

(3) Supra serm . de verbis Apostoli : *Quid est , Seis Deus , inquit , Tessis est Deus ; nisi per Deum ? &c .*

2. Præterea . Id quod est a malo , (1) videtur esse illicitum : quia , ut dicitur Matth . viii . 18 . non potest arbor mala fructus bonos facere . Sed juramentum est a malo : dicitur enim Matth . v . 37 . Sis autem sermo vester , Est , est , Non , non . Quod autem his abundantius est , a malo est . Ergo juramentum videotur esse illicitum .

3. Præterea . Exquirere signum divinæ providentiaz est tentare Deum : quod est omnino illicitum , secundum illud Deuter . vi . 16 . (2) Non tentabis Dominum Deum tuum . Sed ille qui jurat , videtur exquirere signum divinæ providentiaz dum petit divinum testimonium , quod est per aliquem evidentem esse etum . Ergo videtur quod juramentum sit omnino illicitum .

Sed contra est quod dicitur Deuter . vi . 13 . Dominum Deum tuum timebis , & per nomen ejus jurabis . (3)

Respondeo dicendum , quod nihil prohibet , aliquid esse secundum se bonum , quod tamen cedit in malum ejus qui non utitur eo convenienter ; sicut sumere Eucharistiam est bonum ; & tamen qui indignè sumit , judicium sibi manducas , & bibit , ut dicitur I . ad Corinth . xi . 29 .

Sic ergo in proposito dicendum est , quod juramentum secundum se est licitum , & honestum . Quod patet ex origine , & ex fine : ex origine quidem , quia juramentum est introductum ex fide , qua hominis credunt Deum habere infallibilem veritatem , & universalem

omnium cognitionem , & provisionem ; ex fine autem , quia juramentum inducit ad justificandum homines , & ad finiendum controversias , ut dicitur ad Heb . vi .

Sed juramentum cedit in malum alicui ex eo quod male utitur eo , id est sine necessitate , & cautela debita . Videtur enim parvam reverentiam habere ad Deum , qui eum ex levi causa testem inducit ; quod non præsumeret etiam de aliquo viro honesto . Imminet etiam periculum perjurii , quia de facilis homo in verbo delinquit , secundum illud Jacobi IIII . 2 . Si quis in verbo non offendit , sic perfectus est vir . Unde & Eccli . XXIIII . 9 . dicitur : Jurationi non assuecat os tuum : multi enim casus in illa .

Ad primum ergo dicendum , quod Hieronymus super Matth . v . (sup . illud , Ego autem dico vobis , non jurare) dicit : Considera , quod Salvator non per Deum jurare prohibuerit , sed per celum , & terram . Hanc enim per eleminta jurandi pessimam consuetudinem habere Iudei noscuntur . Sed ista responsio non sufficit : quia Jacobus addidit , Neque aliud quodcumque juramentum . Et ideo dicendum est , quod , sicut Augustinus dicit in Lib . de mendacio (cap . v . cir . med .) Apostolus in epistolis suis jurans , ostendit quomodo accipientem esset quod dictum est : Dico vobis , non jurare omnino : ne scilicet jurando ad facilitatem jurandi perveniantur , & ex facilitate jurandi ad consuetudinem , & a consuetudine in perjurium decidatur . Et ideo non invenitur jurasse nisi scri-

(1) Vel principio , vel motivo ; sicut intelligitur juramentum a malo esse , quia jurandi principium scilicet vel motivum videtur esse malum .

(2) Ex quo usurpat Christus Matth . 4 . cum demonem repellit se tentantem ; sed quoniam sensu , explicabitur infra quest . 97 . art . 2 . ex professo .

(3) Quod non ita preceptum esse accipendum est quasi jurare jussit ; sed in alterius alicuius Dei nomine jurare prohibuit , sicut in Deut . qu . 12 . explicat Augustinus : Ubi & addit : Melius autem sic si secundum Evangelium non juraveris ; non quia mala est vera iuratio , sed ne in perjurium incidatur faciliter jurandi : Alioqui quod nec mala sit sed interdum licita iuratio , expresse docet epist . 89 . versus finem , ubi sic ait : Multo tuis nuncquam iuremus , ut sit in ore nostro , Est , est , non , non , sicut Dominus monet ; non quia peccatum est verum jurare , sed quis gravissimum peccatum est falsum jurare , quo citius cadit qui consuevit jurare . Similia etiam epist . 154 . paullo post principium , & contra Faustum lib . 19 . cap . 23 . ubi expresse dicit quod sicut non jurare sic & verum jurare nullum peccatum est ; & serm . 28 . sive alias 30 . de verbis apostoli cap . 4 .

Si peccatum esset iuratio , nec in veteri lege diceretur (Levit 19 .) Reddes Domino iusjurandum tuum : Non enim peccatum præcipere sur nobis Et paulo post cap . 5 . Ut noveritis verum jurare non esse peccatum , invenimus & Apoſtolum Paulum iurasse (1 . ad Cor . 15 .) &c . Hinc a summis Pontificibus & Conciliis approbatum & in quibusdam negotiis indicatum iuramentum ; ut in Decretis Cauta 22 . qu . 1 . cap . Omne ex Concilio Toletano 8 . & in Decretalibus titule de jure iurando cap . Nimis ex Concilio Lateranensi sub Innocentio 3 . Præter alia multa in eodem titulo tum ex illo eodem Innocentio , tum ex aliis Pontificibus annotata : Et propterea in Concilio Constantiensi Sess . 8 . inter articulos Joannis Wiclief quorum alii notorie dicuntur heretici , alii errorati , alii scandalosi & blasphemati , alii piarum auritura offendivi , alii temerari & fuditiosi , quadragefimus tertius vel antepenultimus hic recentetur , Juramenta illicita sunt que fiunt ad roborandum humanos contractus & commercia civilia : Quamvis non omne iuramentrum , ut ipsa verba satis indicant , imponeretur .

scribens, ubi consideratio cautior non habet lingnam precipitem.

Ad secundam dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Lib. I. de serm. Dom. in monte (cap. xvii. ante med.) si jurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid juades, que usque infirmitas malum est. Itaque non dixit, Quod amplius est, malum est, sed a malo est. Tu enim non malum facis, qui bene utsris juratione, ut alteri persuadcas quod utiliter persuades; sed a malo est illius cuius infirmitate jurare cogeris.

Ad tertium dicendum, quod ille qui jurat, non tentat Deum, quia non implorat divinum auxilium absque utilitate, & necessitate: & præterea non exponit se alicui periculo, si Deus testimonium adhibere noluerit in præsenti: adhibebit autem pro certo testimonium in futuro, quando illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium ut dicitur I. ad Corinth. iv. 5. Et illud testimonium nulli juranti deficiet vel pro eo, vel contra eum.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem tum directam, tum indirectam destruas errorem *Bognolensum* dicentium: juramentum ita esse interdictum Christianis, ut nusquam liceat eis jurare; vel sic. *Illi* *mortalis* *criminis* *contagione* *pollui*, & *pœna* *teneri*, *quos* *contigerit* *juramenti* *religione* *constringi*. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illum errorum merito damnari ab Apost. Rom. i. *Tertius* est *mibi Deus*. Et Galat. i. *Ecce coram Deo: quia non mensior*: Nam *ly teſtis est mibi Deus*, *ly coram Deo*, sunt juramenta, art. i. ad 3. Item damnari a Papa Joanne XXII. in Extrav. *Glorificam Ecclesiam*; ut habetur in Direct. Inquisit. 2. p. q. Nec obstat: quod Papa non damnnet illam sub nomine *Bognolensum*: quoniam error hic (sicut & plures tum supradicti, tum infra) habuit diversos patronos. Item damnari a dictis per Veritates aureas super legem veterem, Gen. 24. concl. i. Vide & hic supra articulorum num. 385. Item ab Deuter. 6. secundum quod dicitur in arg. cont. Tertio vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 484

Utrum convenienter ponantur tres comites juramenti, videlicet justitia, judicium, & veritas.

Inf. art. 7. cor. & quest. xcvi i. art. 1. ad 1. & III. dist. xxxix. quest. iii. & quol. v. art. 7.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod inconvenienter ponantur tres comites juramenti, videlicet justitia, judicium, & veritas. Ea enim quorum unum includitur in altero, non sunt connumeranda tamquam diversa. Sed horum trium unum includitur in altero: quia veritas est pars justitiae secundum Tullium (Lib. II. de invent. aliquant. ante fi.) Judicium autem est actus justitiae, ut supra habitum est (quest. ix. art. 1.) Ergo inconvenienter ponuntur tres comites juramenti.

2. Præterea. Multa alia requiruntur ad juramentum, scilicet devotio, & fides, per quam credamus Deum omnia scire, & mentiri non posse. Ergo videtur quod insufficienter tres comites juramenti enumerantur.

3. Præterea. Hæc tria in quolibet opere humano requirenda sunt: nihil enim debet fieri contra justitiam, aut veritatem, aut fine judicio, secundum illud I. ad Timoth. v. 21. (*) *Nihil facias sine prejudio*, id est sine præcedenti judicio. Ergo hæc tria non magis debent associari juramento quam aliis humanis actibus.

Sed contra est quod dicitur Hierem. iv. 2. *Jurabis, Vivis Dominus, in veritate, in judicio, & in justitia: quod exponens Hieronymus dicit (& hab. cap. ii. xxii. quest. ii.) "Animadvertisendum est, quod jus iurandi hos habet comites, scilicet veritatem, judicium, & justitiam."*

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc.) juramentum non est bonum nisi ei qui bene utitur juramento. Ad bonum autem usum juramenti duo requiruntur. Primo quidem quod aliquis non leviter, sed ex necessaria causa, & discrete juret: & quantum ad hoc requiritur judicium, scilicet discretionis ex partis jurantis. Secundo quantum ad id quod per juramentum confirmatur, ut scilicet neque sit falsum, neque

(*) *Vulgata*; ut hæc custodias sint prejudio nihil faciens, in alteram partem declinando.

que sit aliquid illicitum : & quantum ad hoc requiritur veritas , per quam aliquis juramento confirmat quod verum est ; & iustitia , per quam confirmat quod licitum est .

Judicio autem caret juramentum incautum ; veritate autem juramentum mendax ; iustitia autem juramentum iniquum , sive illicitum .

Ad primum ergo dicendum , quod judicium non sumitur hic pro executione iustitiae , (1) sed pro iudicio discretionis , ut dictum est (in corp.) Neque etiam veritas hic accipitur , secundum quod est pars iustitiae , sed secundum quod est quedam conditio locutionis .

Ad secundum dicendum , quod devotio , & fides , & omnia hujusmodi quae exiguntur ad debitum modum jurandi , intelliguntur in iudicio : alia enim duo pertinent ad rem de qua juratur , ut dictum est (in corp. art.) Quamvis posset dici , quod iustitia pertinet ad causam pro qua juratur .

Ad tertium dicendum , quod in juramento est periculum magnum , tum propter Dei magnitudinem , cuius testimonium invocatur , tum etiam propter labilitatem lingue humanae , cuius verba juramento confirmantur . Et ideo hujusmodi magis requiruntur ad juramento (2) quam ad alias humanos actus .

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo : quomodo per rationem destruas errorem *Priscillianorum* dicentium , juramentum ita esse licitum , ut etiam perjurare liceat . Ideo horum (teste August. in lib. de heresis) fuit haec sententia , scilicet : *Jura , perjura ; sectetur prodere noli* . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , prædictum errorem merito damnari a *Jerem.* 4. secundum quod extenditur in arg. contr. Item a dictis supra art. num. 381. 385. Item a Veritatibus aureis super

legem veterem , Gen. 26. concl. 2. & Levit. 5. concl. 2. Tertio vides , quomodo &c.

A R T I C U L U S IV . 485

Utrum jurare sit actus religionis , sive latræ .

AD quartum sic procedit . Videtur quod juramentum non sit actus religionis , sive latræ . Actus enim latræ sunt circa aliqua sacra , & divina . Sed juramenta adhibentur circa controversias humanas , ut Apostolus dicit ad Heb. vi . Ergo jurare non est actus religionis , seu latræ .

2. Præterea . Ad religionem pertinet cultum Deo afferre , ut Tullius dicit (Lib. II. de invent. aliquant. ante fi.) Sed ille qui jurat , nihil Deo offert , sed Deum inducit in testem . Ergo jurare non est actus religionis , seu latræ .

3. Præterea . Finis religionis , seu latræ est reverentiam Deo exhibere . Hoc autem non est finis juramenti , sed potius aliquod verbum confirmare . Ergo jurare non est actus religionis .

Sed contra est quod dicitur Deut. vi. 13. *Dominum Deum tuum timebis , & ipsi soli servies , ac per nomen illius jurabis* . Loquitur autem ibi de servitute latræ . (3) Ergo jurare est actus latræ .

Respondeo dicendum , quod , sicut ex dictis patet (art. 1. hu. quæst.) ille qui jurat , invocat divinum testimonium ad confirmandum ea quæ dicit . Nihil autem confirmatur nisi per aliquid quod certius est , & potius . Et ideo in hoc ipso quod homo per Deum jurat , proficitur Deum potiorem , ut pote cuius veritas est indefectibilis , & cognitio universalis ; & sic Deo aliquo modo reverentiam exhibet . Unde & Apostolus dicit

(1) Sive pro actu iustitiae , ut supra ; nempe pro illo actu quo iustitiam exequi Judex ipse dicitur quando iuste iudicat : cum sit alia *exequatio iustitiae* quæ perficitur a ministris & illis ab ipsomet judice committitur : Hinc *exequitor iustitiae* vulgo carnales &c.

(2) Quæ proinde si defuerint non erit juramentum sed periurium , ait ibidem Hieronymus ; ex quo etiam in Decretis refertur causa 22. qu. 2. cap. *Ani-madversendum* : Non autem semper sicut falsa sed præpostera juratio : Est enim tantum periurium propriæ quando veritas deest , sicut accipi solet ; sed periurium alio sensu , quando licet juretur verum , non tamen iuste nec prudenter .

(3) Ut ex græco λατρίας patet quod usurpatur

ibi . Tametsi porro eo etiam vocabulo servitus qualisque significari possit , & sic apud prophanos usurpetur ; ex usu tamen sacro pro ea tantum servitute ponitur quæ supremo desertur domino , vel ad coledum Deum pertinet , sicut lib. 1. de civitate Dei cap. 1. notat Augustinus & nos etiam expressius alibi suo loco , consentanea ad ipsammet nominis rationem quæ vel a vehementi tremore derivatur (nempe τρεμη , quod est tremere cum adjuncto ανα quod ad significationem augendam usu græcorum adhibetur) vel a municipali servitute denominatur cui addicte erant subhaftati vel emptiti servi qui dominorum testi erant ; sicut & nos a Deo empti pretio magno & ejus toti sumus ac eum ut potentem salvare vel perdere , tremere vehementer deberimus .

cit ad Heb. vi. 16. quod homines per majorem se jurant : & Hieronymus dicit super Matth. v. super illud, *Ego autem dico, non jurare*) quod qui jurat, aut veneratur, aut diligit eum per quem jurat. Philosophus etiam dicit in I. Metaph. (cap. iii. a med.) quod *juramentum est honorabilissimum*. Exhibere autem reverentiam Deo pertinet ad religionem, sive latriam.

Unde manifestum est quod juramentum est actus religionis, sive latræ.

Ad primum ergo dicendum, quod in juramento duo considerantur: scilicet testimonium quod inducitur; & hoc est divinum: & id super quod inducitur testimonium, vel quod facit necessitatem testimonium inducendi; & hoc est humanum. Pertinet ergo juramentum ad religionem ratione primi, non autem ratione secundi.

Ad secundum dicendum, quod in hoc ipso quod aliquis assumit Deum in testem per modum juramenti, profitetur eum majorem, quod pertinet ad Dei reverentiam, & honorem & sic aliquid offert Deo, scilicet reverentiam, & honorem.

Ad tertium dicendum, quod omnia quæ facimus, debemus in Dei reverentiam facere: & ideo nihil prohibet, si in hoc ipso quod intendimus hominem certificare, Deo reverentiam exhibeamus. Sic enim debemus aliquid in Dei reverentiam facere ut ex hoc utilitas proximi proveniat: quia etiam Deus operatur ad suam gloriam, & nostram utilitatem.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis fuisse insinuatum, quod juramentum est actus religionis, sive latræ, ut Deut. 6. secundum quod extenditur in arg. cont. Et c. 10. ubi repetitur idem pro latria. Et Hiero. 5. Ubi lamentatur sic: *Jurant in his qui non sunt Dii*. Per hoc enim detestari intendit idololatriam hanc jurandi: & consequenter per oppositum ostendit, quod jurare in Deo vero est latria, seu latræ actus. Secundo vides: quomodo &c.

(1) Scilicet super illud Matth. v. vers. 34. *Dico vobis non jurare omnino, neque per celum neque per terram &c.*

(2) Juxta illud quod ex cap. 6. ad Hebr. jam notatum est.

(3) Sive paulo aliter & plenius: *Quis precepit*

A R T I C U L U S V. 486

Utrum juramentum sit appetendum & frequentandum, tamquam utile, & bonum.

Sup. quest. lxxxix. art. 3. cor. & 1. 2. quest. cvii. art. 2. cor. & ad 2. & III. dist. xxix. quest. 1. art. 2. quest. 1. & Psal. xiv. fin. & Rom. 1. loc. 5.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod juramentum sit appetendum, & frequentandum, tamquam utile & bonum. Sicut enim votum est actus latræ, ita & juramentum. Sed facere aliquid ex voto est laudabilius, & magis meritorium: quia votum est actus latræ, ut supra dictum est (quest. lxxxix. art. 5.) Ergo pari ratione facere vel dicere aliquid cum juramento, est laudabilius; & sic juramentum est appetendum tamquam per se bonum.

2. Præterea. Hieronymus dicit super Matth. (loc. cit. art. præc.) (1) quod qui jurat, aut veneratur, aut diligit eum per quem jurat. Sed venerari, aut diligere Deum, est appetendum tamquam per se bonum. Ergo & juramentum.

3. Præterea. Juramentum ordinatur ad confirmationem, seu certificationem. (2) Sed quod homo confirmet suum dictum, bonum est. Ergo juramentum est appetendum tamquam bonum.

Sed contra est quod dicitur Eccli. xxiiii. 12. *Vir multum jurans reprobatur iniquitate: & Augustinus dicit in Lib. de mendacio (cap. xv. a med.) (3) quod preceptum Domini de probitione juramenti ad hoc positum est, ut quantum in te est, non affectes, non quasi pro bono cum aliqua delectatione appetas iurandum.*

Respondeo dicendum, quod id quod non queritur nisi ad subveniendum infirmitati, vel defectui, non numeratur inter ea quæ sunt per se appetenda, sed inter ea quæ sunt necessaria; sicut patet de medicina, quæ queritur ad subveniendum infirmitati. Juramentum autem queritur ad subveniendum alicuius defe-

violati reum Paulum præseruit in epistolis ad spiritualem vitam salutemque popolorum editis & conscriptis nefas est disere, intelligendum est illud quod positum est, omnino non jurare, ad hoc positum ut quæcumque in te est, non affectes, non ames &c.

defectui, quo scilicet unus homo alteri discredit. Et ideo juramentum non est habendum inter ea quæ sunt per se appetenda, sed inter ea quæ sunt huic vita necessaria, (1) quibus indebet utitur quicumque eis utitur ultra terminos necessitatis.

Unde Augustinus dicit in Lib. 1. de serm. Dom. in monte (2) *Qui intelligit non in bonis idest per se appetendis, sed in necessariis jurationem habendum, refrinet se, quantum potest, ut non ea utatur, nisi necessitas cogat.*

Ad primum ergo dicendum, quod alia ratio est de voto, & juramento. Nam per votum aliquid in Dei reverentiam ordinamus unde ex hoc ipso fit religionis actus. Sed in juramento & converso reverentia divini nominis assumitur ad promissi confirmationem. Et ideo illud quod juramento confirmatur, non propter hoc ~~fit~~ religionis actus: quia secundum finem morales actus speciem sortiuntur.

Ad secundum dicendum, quod ille qui jurat, utitur quidem veneratione, aut dilectione ejus per quem jurat; non autem ordinat juramentum ad venerandum, aut diligendum eum per quem jurat, sed ad aliquid aliud quod est necessarium presenti vite.

Ad tertium dicendum, quod sicut medicina est utilis ad sanandum, & tamen quanto est virtuosior, tanto magis nocumentum inducit, si non debite sumatur; ita etiam juramentum utile quidem est ad confirmationem; tamen quanto est magis venerandum tanto est magis pericolosum, nisi debite inducatur: quia, ut dicitur Eccli. XXII. 13. *si frustraverit, idest deceperit fratrem, delictum ipsius supra ipsum erit: & si dissimulaverit, quasi per simulationem jurando falsum, delinquit dupliciter, quia scilicet simulata equitas est duplex iniquitas:* (3) & *si in vacuum juraverit, idest sine debita causa, & necessitate, non justificabitur.*

Summ. S.Th. Tom. VII.

(1) Propter infirmitatem supradictam non creditum nisi juretur.

(2) Scilicet lib. 1. cap. 30. in Editionibus antiquis vel 17. in modernis, ubi plenius post exemplum jurantis Apostoli premissum intert: *Ita ergo intelligitur præcepisse Dominum ne juretur, ne quisquam sicut bonum appetat iurandum, & affidiat jureti ad persiculum per consuetudinem delabatur: Quapropter qui intelligit non in bonis sed in necessariis jurationem habendum, refrinet se quantum potest, ut non ea utatur nisi necessitate, cum videat pigros esse homines ad credendum quod eis uti-*

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis, & August. insinuatum esse, quod juramentum non est per se appetendum tanquam utile, & bonum. Ut Eccl. 23. & August. secundum quod extenditur in argumen. cont. Item scriptura ib. *Jurationi non assuecat os tuum.* Pro qua re, recolas August. dictum recitatum in corp. fin. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VI. 487

Utrum licet per creaturas jurare.

III. dist. XXXIX. art. 1. & in expos. lit. & Heb. vi. lect. 4.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod non licet per creaturas jurare. Dicitur enim Matth. v. 34. *Ego dico vobis, non jurare omnia neque per cælum, neque per terram, neque per Hierosolymam; neque per eam pat tuum:* quod exponens Hieronymus dicit (4), *Confidera quod hic Salvator non per Deum jurare prohibuit, sed per cælum, & terram &c.*

2. Præterea. Poena non debetur nisi culpas Sed juranti per creaturas adhibetur poena: dicitur enim XXII. (5) quæst. I. (cap. IX.) *Clericum per creaturam jurancem acerrime objurgandum; si persistenter in vicio, excommunicandum placuit.* Ergo illicitum est per creaturas jurare.

3. Præterea. Juramentum est actus latriæ, sicut dictum est (art. 4. bu. quæst.) Sed cultus latriæ non debetur alicui creaturæ, ut patet Rom. 1. Ergo non licet jurare per aliquam creaturam.

Sed contra est quod Joseph juravit per sanctum

Tutum

le est credere, nisi juratione firmetur.

(3) Super Psal. 63. in illa verba, *Scrutari sunt iniquitatem;* quia (inquit) & *iniquitas est & simulatio &c.*

(4) Refertur in Decretis cap. Considera loco mox indicando.

(5) Supple causa, & Concilio Carthaginensi 4. cap. 61. ut cap. Clericum videre est iisdem verbis quæ reponimus, non sicut prius excommunicandum placuit, quamvis in textu originali nec placuit nec decernimus exprimatur.

lutem Pharaonis, ut legitur Gen. xlxi. Ex consuetudine etiam juratur per Evangelium, & per reliquias, & per Sanctos (1).

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. i. hu. quest. ad 3.) duplex est juramentum. Unum quidem quod fit per simplicem contestationem, in quantum scilicet testimonium Dei invocatur: & hoc juramentum innititur divinæ veritati, sicut & fides. Fides autem est per se quidem & principaliter de Deo, qui est ipsa veritas; secundario autem de creaturis, in quibus veritas Dei relictet, ut supra dictum est (quest. i. art. i.) Et similiter juramentum principaliter refertur ad ipsum Deum, cuius testimonium invocatur; secundario autem assumuntur ad juramentum aliquæ creaturae non secundum se, sed inquantum in eis divina veritas manifestatur; sicut juramus per Evangelium, idest per Deum, cuius veritas in Evangelio manifestatur; & per Sanctos, qui hanc veritatem crediderunt, & observaverunt.

Alius autem modus jurandi est per execrationem: & in hoc juramento inducitur creatura aliqua, ut in qua divinum judicium exerceatur: & sic solet homo jurare per caput suum, aut per filium suum, aut per aliquam aliam rem, quam dilit, sicut & Apostolus juravit II. ad Cor. 1. 23. dicens:

Ego testem Deum invoco in animam meam.
Quod autem Joseph per salutem Pharaonis juravit, utroque modo intelligi potest; vel per modum execrationis, quasi salutem Pharaonis obligaverit Deo; vel per modum contestationis, quasi contestando veritatem divinæ justitiae, ad cuius executionem principes terræ constituuntur. (2)

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus prohibuit jurare per creaturas, ita quod eis exhibeat reverentia divina. Unde Hieronymus ibidem subdit, quod *Judici per Angelos*

A R.

(1) Sic in Decretis dist. 63. cap. 33. *Tunc Dominus Joanni Papæ ego Rex Otto promittere & jurare facio per Patrem & Filium & Spiritum sanctum & per lignum hoc vivificæ Crucis & per has reliquias Sanctorum quod si permittente Domino Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam & te Reflorem ipsius exaltabo secundum posse meum &c.* Et cap. *Habemus Causa* 22. qu. 1. ex perjurii prohibitione sic insertur: *Ideo admonendi sunt omnes ut diligenter eaveant perjurium non solum in altari & in Sanctorum reliquiis, sed & in communis loqua;* Quod sub nomine quidem Hieronymi refertur, sed apud illum non occurrit; habetur autem lib. 1. capitularium cap. 63. ubi additur & in Evangelio &c.

los, & cetera hujusmodi jurantes, creaturem venerabantur Dei honore. Et eadem ratione punitur secundum Canones (loc. cit. in arg. 2.) clericus per creaturam jurans: quod ad blasphemiam infidelitatis pertinet. Unde in sequenti cap. dicitur: *Si quis per capillam Dei, vel caput juraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit, si in ecclesiastico ordine est, deponatur.*

Et per hoc patet responsio ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod cultus latræ adhibetur ei cuius testimonium jurando invocatur: & ideo præcipitur Exod. xxii. 13. *Per nomen exterritorum deorum non jurabis;* non autem exhibetur cultus latræ creaturis quæ in juramento assumuntur secundum modos prædictos.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito fuisse insinuatum a scripturis quod licitum est per creaturem jurare. Ut Gen. 42. & consuetudine pia Catholicorum: secundum quod extenditur in argum. contr. Pro quo notandum, quod alias diximus, illud, quod pro regula intelligendi sano modo scripturas, & consequenter voluntatem Dei nobis reliquit August. Vide igitur Veritates aureas super legem veterem, Gen. 42. conclus. 1. Et satisfactus eris. Secundo vides: quomodo &c.

(2) Miratur porro Augustinus & mirabundus quod qu. 139. in Genesim quomodo Joseph vir tam sapiens & non solum hominum inter quos vivebat testimoniis, sed ipsa etiam Scriptura teste laudatus, ita jurat per salutem Pharaonis non existentes fratres suos nisi frater eorum minor venerit: *An fidelis & bene viro vili fuerat salus Pharaonis?* Aut si non curabat salutem Pharaonis, nunquid & perjurium procuruslibet salute vitare non debuit? *An non est perjurium?* Tenuit enim unum eorum &c. Nisi & juramentum comminatorium non absolutum dici potest: Unde nec perjurium fuit quod comminationem illam non impletor; sicut nec falsitas est quando Deus minatur quod non facit.

A R T I C U L U S VII . 488

Utrum juramentum habeat vim obligandi.

III. dist. xxxix. art. 3. quæst. 1. & 2. &

IV. dist. xxxix. art. 1. ad 4. & quol.

III. art. 14. & quol. v. art. 17.

& quol. XII. art. 22.

Reddes Domino juramenta tua.

Respondeo dicendum, quod obligatio refertur ad aliquid quod est faciendum, vel dimittendum. Unde non videtur respicere juramentum assertorium (quod est de præsenti vel præterito) neque etiam juramentum de his quæ sunt per alias causas fienda, sicut si quis juramento assereret, quod cras pluvia esset futura; sed solum in his quæ sunt fienda per illum qui jurat.

Sicut autem juramentum assertorium, quod est de præterito, vel de præsenti, debet habere veritatem; ita etiam & juramentum de his quæ sunt fienda a nobis in futurum. Et ideo utrumque juramentum habet quamdam obligationem; diversimode tamen: quia in juramento quod est de præterito, vel præsenti, obligatio est non respectu rei quæ jam fuit, vel est, sed respectu ipsius actus jurandi; ut scilicet juret id quod jam verum est, vel fuit: sed in juramento quod præstatur de his quæ sunt fienda a nobis, obligatio cadit e contra super rem quam aliquis juramento firmavit: tenetur enim aliquis ut faciat verum esse id quod juravit; alioquin debet veritas juramento.

Si autem est talis res quæ in ejus potestate non fuit; deest juramento discretionis iudicium: nisi forte quod erat ei possibile quando juravit, reddatur ei impossibile per aliquem eventum: pura cum aliquis jurat se pecuniam solutum, quæ ei postmodum vi, vel furto subtrahitur: tunc enim videtur excusatus esse a faciendo quod juravit: licet teneatur facere quod in se est, sicut etiam supra circa obligationem voti diximus (quæst. præc. art. 3. ad 2.) Si vero sit quidem possibile fieri, sed fieri non debeat, vel quia est per se malum, vel quia est boni impedimentum, tunc juramento deest justitia: & ideo juramentum non est servandum in eo casu quo est peccatum, vel boni impedimentum: (*) secundum enim Augustinum (2)

T t 2 utrum-

(1) Sic enim ibi Cœlestinus 3. In ea questione quæ quinto loco ponitur an a sacramenti vinculo absolvantur qui illud invisi pro vita & rebus servandis fecerunt, nihil aliud arbitramur quam quod antecessores nostri Romani Pontifices arbitrati fuissent noscuntur, qui tales a juramenti nexibus absolverunt: Et cap. 3. vero Alexander 3. ad Archiepiscopum Senensem post quam præmisit quod non est tutum quemlibet contra juramentum suum venire nisi tale sit quod servatum vergat in interitum salutis æternæ, nec alicui vult dare materiam veniendi contra pro-

prium juramentum ne perjurii author videatur, subiungit: Verum aliquando in Romana Ecclesia a pluribus Prædecessoribus nostris factum esse recolitur quod Clerici qui coacti ministerium Ecclesie abjurarunt, de juramento absolusionis beneficium meruerunt, ad coercendam iniuriam eorum qui compulerant &c.

(*) Ita editi omnes, quos vidimus, libri. Cod. Alcan. aliique; secundum enim utrumque horum vergit in detrimentum.

(2) Ut ex lib. de bono conjugali cap. 4. colligitur, & ex cap. Si ad occatum in Decretis Causa

utrumque eorum vergit in deteriorem exitum.

Sic ergo dicendum est, quod quicunque jurat aliquid se facturum, obligatur ad faciendum, ad hoc quod veritas impleatur; si tamen alii duo comites adsint, scilicet judicium; & justitia.

Ad primum ergo dicendum, quod aliud est de simplici verbo, aliud de juramento, in quo divinum testimonium imploratur. Sufficit enim ad veritatem verbi, quod aliquis dicat id quod proponit se facturum: quia hoc jam verum est in sua causa, scilicet in proposito facientis. Sed juramentum adhiberi non debet nisi in re de qua aliquis firmiter certus est. Et ideo si juramentum adhibetur, propter reverentiam divini testimonii quod invocatur, obligatur homo ut faciat esse verum id quod juravit, secundum suam possibiliterem, nisi in deteriorem exitum vergat, ut dictum est (in cor. art.)

Ad secundum dicendum, quod juramentum potest vergere in deteriorem exitum duplificiter. Uno modo quia ab ipso principio habet pejorem exitum, vel quia est secundum se malum (sicut cum aliquis jurat se perpetraturum adulterium) sive quia est majo-

ris boni impeditivum, puta cum aliquis jurat se non intraturum religionem, vel quod non fiet clericus, aut quod non accipiet prælationem in casu in quo expedit eum accipere, vel si quid aliud est hujusmodi. Hujusmodi enim juramentum a principio est illicitum; differenter tamen: quia si quis iuret se facturum aliquid peccatum, & peccavit jurando, & peccat juramentum servando: si quis autem jurat se non facturum aliquid melius bonum, quod tamen facere non tenetur, peccat quidem jurando, in quantum ponit obicem Spiritui sancto, qui est boni propositi inspirator; non tamen peccat juramentum servando, sed multo melius facit, si non servet. Alio modo vergit in deteriorem exitum propter aliquid quod de novo emerget, quod fuit impræmeditatum; sicut patet in juramento Herodis, qui juravit pueræ saltantæ se daturum quod petisset; hoc enim juramentum poterat esse a principio licitum, intellecta debita conditione, scilicet si peteret quod dare deceret: sed impletio juramenti fuit illicita. Unde Ambrosius dicit in I. de officiis (cap. I. vers. fin.) *Est contra officium nonnumquam promissum solvere, sacramentum custodire; (*) sicut Herodes, qui*

ne-

22. qu. 4. quod ex eodem loco desumptum est; ubi dicitur mirum esse si fides appellanda est quæ ad faciendum peccatum adhibetur; sed qualisunque sit, pejus fieri quod sit contra illam, nisi cum propterea deferitur, ut ad veram ac legitimam fidem redeatur; puta cum datam fidem adultero rescindit adultera, ut ad mariti fidem violatam redeat, sicut ibidem & in originali textu & cap. *Mulier* subjungitur. Additur quoque quasi Severo Milevitano Episcopo sic scribens, ut cap. *Inser. cetera* videre est, *Juramentum non ob hoc fuisse institutum ut esset vinculum iniquitatis; nec sacramentum credo ad hoc debere fieri ut iustitia juratio suorum bonorum sit iustitia jurantibus exploatio & accipiens eterna damnatio:* Quod contra quendam inculcatur qui matri & fratribus necessaria se non esse ministraturum juraverat: Sed nulla talis epistola in Auguftino reperitur: Habentur autem apud Bedam expresse in serm. de decollatione S. Joannis Baptiste verba quæ in textu indicat S. Thomas; & in Decretis ubi supra cap. *Si aliquid forte nos incautus ex illo referuntur occasione juramenti Herodis ex quo Joannis decollatio sequitur est: Si aliquid nos forte (inquit) jurasse contigerit, quod obseruatum pejorem vergat in exitum, libere illud consilio salubriore mutandum noverimus, ac magis instantie necessitate pejerandum nobis quam pro viando perjurio in aliud crimen gravius esse diverendum:* Et hæc etiam ipsa ex Decreto Soteris Pape paulo postea subjungunt cap. *Si aliquid forte incautus nos &c. Adde quod & cap. Si publicis ex Concilio Toletano 8. cap. 2. corruptius referuntur sed sic referri debet: Si publicis sacramentorum gestis*

*(quod Deus avertat) a quibuslibet illicita vel non boni extitisse conditio alligata, que aut jugulare animam patris, aut agere compellere stuprum fratris; virginis, nunquid non tolerabilius esset stulte promissionis resicere vota quam per inusitatum promissorum custodium, exhorrendam criminem implere mensuram? &c. Ut ex originali textu emanamus toin. 2. Conciliorum parte 2. & Ivo referit nos parte 12. cap. 9. nisi quod loco *sacratissime virginis* ad illius marginem annotatur *sacrate tantum* quæ sic propter virginitatis professionem appellatur: Est quoque jugulare animam patris idem quod vitam patris; & conditio (five potius conditio) sacramentis publicis alligata, conditum five pactum obstricatum juramento: Pro quo & in Decreti textu perabsurde a quibuslibet illicita vel non extitisse conditio allegata, & ad marginem non minori absurditate, alias extitisse conditio allegatur. O correctores, corruptores! Præter id quod jam supra aliter ex Recenscripto Alexandri 3. ad Archiepiscopum Sevnonensem annotatum est ad marginem, quod non est turum quemlibet contra juramentum suum venire, nisi sale sit quod vergat in interitum salutis eternæ: Ut & cap. Quanto, ubi a Rege Aragonie præstitum juramentum de conservanda patris moneta quod illicitum propter monetæ depravationem præsumebat, rescindi jubet, cum juramentum non ut vinculum iniquitatis fuerit institutum.*

() Nicolajus: sicut Herodes necem Joannis &c. Edit. Rom. aliqua rectus: Est contra officium non numquam promissum solvere sacramentum, sicut Herodes, qui necem Joannis præstavit &c.*

necem Joannis prestatit, ne promissum negaret.

Ad tertium dicendum, quod in juramento quod quis coactus facit, duplex est obligatio. Una quidem qua obligatur homini, cui aliquid promittit: & talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille qui vim intulit, hoc meretur ut ei promissum non servetur. Alia autem est obligatio qua quis Deo obligatur, ut impleat quod per nomen ejus promisit & talis obligatio non tollitur in foro conscientiae, quia magis debet damnum temporale sustinere quam juramentum violare. Poteſt tamen repetere in iudicio quod solvit, vel prælato denuntiare, non obſtantē quod contrarium juravit, quia tale juramentum vergeret in deteriorem exitum, effet enim contra iuſtiſiam publicam. Romani autem Pontifices ab hujusmodi juramentis homines absolverunt, non quasi decernentes hujusmodi juramenta non esse obligatoria, sed quasi hujusmodi obligations ex iusta cauſa relataentes.

Ad quartum dicendum, quod quando non est eadem jurantis intentio, & ejus cui iurat, si hoc proveniat ex dolo jurantis debet juramentum servari secundum sanum intellectum ejus cui juramentum præstatur. Unde Iſidorus dicit (Lib. II. de ſum. bono cap. xxxi. 2 med.) *Quacumque arte verborum quis iures, Deus tamen, qui conſcientie refiſis eſt, ita hoc accipie, ſicut ille cui iurat, intelligit.* Et quod hoc intelligatur de doloſo juramento, patet per id quod subditur: *Dupliciter reus fit qui & nomen Dei in vanum effunxit, & proximum dolo capit.* Si autem jurans dolum non adhibeat, obligatur secundum intentionem jurantis. Unde Gregorius dicit XXVI. Moral. (cap. vii. cir. med.) *Humane aures talia verba noſtra iudicant, qualia foris ſonant; divina vero iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur.*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in ſenu recto intellegas, merito eſſe insinuatum a Scripturis: quod juramentum habet vim obligandi: Ut Muth. 5. ſecundum quod adducit arg. contr. Item Gen. 24 ſin autem mulier noluerit ſequi ſe: non teneberis juramento. Juravimus ergo iherus, &c. Ergo juxta declaratum ab Abraham tenebatur juramento. Item Iosue 2. Innoxii erimus a juramento, ſi ingredientibus nobis terram, non, &c. Quod, ſi nos prodere volueris; erimus mundi ab hoc juramento. Ergo,

juxta oppositum, tenebantur juramento, & ibi capit. 9. *Juravimus eis in nomine Domini Dei Israel: & idem non possumus eos contingere.* En obligatos ſe juramento confreabantur etiam Gabaonitis dato in caſu ignorantiae (de quo ibi.) Id, quod mirifice monstrat propositum, ſcilicet, quod juramentum habet vim obligandi: & tanto magis: quanto ab ipſo Deo approbatum fuit hoc dictum, quod ſcilicet tenebantur juramento Gabaonitis (ut patet in capit. ſequenti. Secundo vides quomodo &c.

A R T I C U L U S VIII. 489

Utrum major sit obligatio juramenti quam voti.

AD Octavum ſic proceditur. Videtur quod major sit obligatio juramenti, quam voti. Votum enim eſt simplex promiſſio: Sed juramentum ſupra promiſſionem adhibet divinum testimonium. Ergo major eſt obligatio juramenti, quam voti.

2. Præterea. Debilius ſolet per fortius confirmari. Sed votum interdum confirmatur juramento. Ergo juramentum eſt fortius quam votum.

3. Præterea. Obligatio voti cauſatur ex animi deliberatione, ut ſupra dictum eſt (quæſt. lxxxviii. art. 1.) obligatio autem juramenti cauſatur ex divina veritate, cuius testimonium invocatur. Cum ergo veritas Dei excedat deliberationem humanam, videatur quod obligatio juramenti eſt fortior quam obligatio voti.

Sed contra. Per votum obligatur aliquis Deo; per juramentum autem obligatur aliquis interdum homini. Magis autem obligatur homo Deo quam homini. Ergo major eſt obligatio voti quam juramenti.

Respondeo dicendum, quod utraque obligatio, ſcilicet voti, & juramenti, cauſatur ex aliquo divino; aliter tamen, & aliter: nam obligatio voti cauſatur ex fidelitate quam Deo debemus, ut ſcilicet ei promiſſum ſolvamus; obligatio autem juramenti cauſatur ex reverentia quam debemus ei; ex qua tenemur quod verificemus id quod per nomen ejus promiſſum. Omnis autem infidelitas irreverentiam contineat; ſed non convertitur: videatur enim infidelitas ſubiecti ad dominum eſte maxima irreverentia.

Et ideo votum ex ratione ſua magis eſt obligatorium quam juramentum.

Ad primum ergo dicendum, quod votum eſt

est promissio, non quæcumque, sed Deo facta; cui infidelem esse gravissimum est.

Ad secundum dicendum, quod juramentum non adhibetur voto quasi aliquid firmius, sed ut per duas res immobiles major firmitas habeatur.

Ad tertium dicendum, quod deliberatio animi dat firmitatem voto, quantum ex parte voventis est; habet tamen maiorem firmitatis causam ex parte Dei, cui votum offertur.

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo: quomodo per rationem destruas, tanquam ex abundantiori, errorem *Lutheri* dicentis vota non valeare, nisi ad operum jactantiam, & præsumptionem. Intendebat autem per hoc inter alias dicere, quod votum non habet vim obligandi. Quod & facinore suo demonstravit, dum, abjecto voto castitatis, excucullatus moniale duxit uxorem. *Lege Prætolum*. Per hoc igitur, quod juxta præsentem articulum plus obligat votum, quam juramentum, patet ex abundantiori doctrina: quod error ille detestandus admodum est. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, errorem illum merito damnari a dictis supra quest.

88. art. 3. append. & qu. bac 89. art. 7. append. Item a Veritatibus aureis super legem veterem, *Numer. 15. conclus. 1.* Item ab Elucidat. *Addition. articul. nu. 112.* Item ab *Ila. 40. Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo.* Ac si dicat in proposito: Votum, quod fit Deo, quasi in immensum plus obligat, quam juramentum, quod fit hominibus, etiam si fieret cunctis. Ratio est: quia omnes gentes coram eo, idest, in comparatione ad Deum, sunt nihil penitus. *Tertio videtis: quomodo &c.*

A R T I C U L U S IX. 490

Utrum quis possit in juramento dispensare.

AD nonum sic proceditur. Videtur quod nullus possit dispensare in juramento. Sicut enim veritas requiritur ad juramentum

A R T . VIII. & IX.

assertorium, quod est de præterito, vel præsenti; ita etiam ad juramentum promissorum, quod est de futuro. Sed nullus potest cum aliquo dispensare quod de præsentibus, vel præteritis juret contra veritatem. Ergo etiam nullus potest dispensare, quod non faciat aliquis esse verum id quod cum juramento in futurum promisit.

2. Præterea. Juramentum promissorum inducitur ad utilitatem ejus cui fit promissio. Sed ille, ut videtur, non potest relaxare, quia est contra reverentiam divinam. Ergo multo minus per aliquem alium potest super hoc dispensari.

3. Præterea. In voto quilibet Episcopus potest dispensare, exceptis quibusdam votis quæ soli Papæ reservantur, ut supra habitum est (quest. præc. art. 12. ad 3.) Ergo par ratione in juramento, si esset dispensabile, quilibet Episcopus posset dispensare: quod tamen videtur esse contra jura (cap. *Auctoritatem*, & seq. xv. quest. vi. & cap. *Si vero*, de jurejurando.) Non ergo videtur quod in juramento possit dispensari.

Sed contra est quod votum est majoris obligationis quam juramentum, ut supra dictum est (art. præc.) Sed in voto potest dispensari. Ergo & in juramento.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 10. quest. præc.) necessitas dispensationis tam in lege, quam in voto est propter hoc quod id quod in se vel universaliter consideratum, est utile, & honestum, secundum aliquem particularem eventum potest esse in honestum, & nocivum; quod non potest cadere nec sub lege, nec sub voto. Quod autem aliquid sit in honestum, vel nocivum, repugnat his quæ debent attendi in juramento: nam si sit in honestum, repugnat iustitiae; si sit nocivum, repugnat judicio.

Et ideo par ratione etiam in juramento dispensari potest.

Ad primum ergo dicendum, quod dispensatio quæ fit in juramento, non se extendit ad hoc quod aliquid contra juramentum fiat: hoc enim est impossibile, cum observatio juramenti cadat sub præcepto divino, quod est indispensabile (1) . Sed ad hoc se exten dit

(1) Qualecumque sit secundum se consideratum, ut ex professio 1. 2. quest. 100. art. 8. discussum est: Dicitur autem indispensabile per ordinem ad potestatem humanam tantum si solummodo positivum est; sed si omnino naturale quasi fundamentale jus con-

tinens, ut sunt præcepta decalogi, ne dispensari quidem a Deo ipso potest: Ejusmodi autem est juramentum, quia falsitas qualisunque in decalogo intelligitur prohiberi.

dit dispensatio juramenti , ut id quod sub juramento cadebar , sub juramento non cadat , quasi non existens debita materia juramenti , sicut & de voto supra diximus (quæst. præc. art. ad 2.) Materia autem juramenti assertorii , quod est de præterito , vel præsenti , in quamdam necessitatem jam transiit , & immutabilis facta est : & ideo dispensatio non referretur ad materiam , sed referretur ad ipsum actum juramenti : unde talis dispensatio direcťe esset contra præceptum divinum . Sed materia juramenti promissoriæ est aliquid futurum , quod variari potest ; ita scilicet quod in aliquo eventu potest esse illicitum , vel nocivum , & per consequens non esse debita materia juramenti : & ideo dispensari potest in juramento promissorio , quia talis dispensatio respicit materiam juramenti , & non contrariatur præcepto divino de juramenti observatione .

Ad secundum dicendum , quod homo potest alteri promittere aliquid sub juramento duplicitate . Uno modo , quando promittit aliquid pertinens ad utilitatem ipsius ; puta si sub juramento promittat se servitum ei , vel pecuniam daturam : & a tali promissione potest absolvere ille cui promissio facta est : intelligitur enim jam ei soluisse promissum quando facit de eo secundum ejus voluntatem (1) . Alio modo promittit aliquis alteri quod pertinet ad honorem Dei , vel utilitatem aliorum ; puta si aliquis sub juramento promittat alicui , se intraturum religionem , vel aliquid opus pietatis facturum : & tunc ille cui promittitur , non potest absolvere promittentem : quia promissio non est facta ei principaliter , sed Deo ; nisi forte sit interposita conditio , ratione cujus possit , scilicet si illi videbitur cui promittitur , vel aliquid aliud tale .

Ad tertium dicendum , quod quandoque illud quod cedit sub juramento promissorio , est manifeste repugnas justitiae : vel quia est peccatum , sicut cum aliquis jurat se factum homicidium ; vel quia est majoris boni

impeditivum , sicut cum aliquis jurat se non intraturum religionem : & tale juramentum dispensatione non indiget (2) . Sed in primo calu tenetur aliquis tale juramentum non servare ; in secundo autem casu licitum est & servare , & non servare , ut supra dictum est (art. 7. hu. quæst. ad 2.) Quandoque vero aliquid sub juramento promittitur de quo dubium est , utrum sit licitum vel illicitum , proficuum vel nocivum aut simpliciter , aut in aliquo casu : & in hoc potest quilibet Episcopus dispensare . Quandoque vero sub jumento promittitur aliquid quod est manifeste licitum , & utile : & in tali juramento non videtur habere locum dispensatio , vel commutatio , nisi aliquid melius occurrat ad communem utilitatem faciendum quod maxime videtur pertinere ad potestatem Papæ , qui habet curam universalis Ecclesiæ , vel etiam absolute relaxatio , quod etiam ad Papam pertinet in omnibus generaliter quæ ad dispensationem rerum ecclesiasticarum pertinent , super quas habet plenitudinem potestatis , sicut & ad unumquemque pertinet irritare juramentum quod a sibi subditis factum est , circa ea quæ ejus potestati subduntur ; sicut pater potest irritare juramentum puellæ , & vir uxoris , ut dicitur Num. xxx. sicut & supra de voto dictum est (3) (quæst. præc. art. 8. & 9.)

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito esse insinuatum a summis Pontificibus , quod aliquis potest dispensare in juramento , ut extra de jurejurando , cap. pervenit ad nos , & cap. si vero , & cap. Verum in ea . & cap. ult. Ubi Greg. ix. dicit . *Absolutos se neverint a debito fidelitatis dominii , & totius ubsequii , quicunque lapsis manifeste in heresim aliquo pacto quacunque firmate vallato , tenebantur adstricili . Hæc ibi . Item 15. q. 6. cap. alius , & cap. juratos . Ubi*

gitimo pondere defraudata : Diligens indagator posuisset facile intueri quod non tam erat absolutio necessaria quam interpretatio requirenda ; quia nempe si illicitum fuit , obserendum non fuit &c.

(3) Ubi sic vers. 4. *Mulier si quidpiam voverit & se constringerit jureamento que est in domo patris sui & in etate adhuc puellaris , si cognoverit pater & ruerit , quicquid pollicita est & juravit , complebit : in autem statim contradixerit pater & voces ejus & juramento irrisa erunt &c.*

(1) Sic reponendum puto , ut sit planior sensus ; non sicut prius utilitatem : Quomodo enim præsumitur facere secundum ejus utilitatem cui promiserat , si & relaxatur ei quod promiserat ? Sed hoc ipso secundum voluntatem illius facit , quia non solvit illud quod ab alio sponte relaxatum est .

(2) Hoc vero est quod loco superiori notato ait Alexand. 3. Regi Aragonie scribens qui se a juramento postulabat absolviri quo monetam a patre suo cusum se conservare juraverat , cum tamen esset le-

Ubi & Greg. VII. Romanæ synodo præsidens, cap. Nos sanctorum, dixit. Nos sanctorum prædecessorum statua tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate, a sacramento conficti sunt, Apostolica auctoritate a juramento absolvimus: Et ne sibi fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemus: quo usque ipsi ad satisfactionem veniant. Hæc ibi. Secundo vides quomodo &c.

ARTICULUS X. 490

Utrum juramentum impediatur per aliquam conditionem personæ, vel temporis.

III. quest. xxxix. in expos. lit.

AD decimum sic proceditur. Videtur quod juramentum non impediatur per aliquam conditionem personæ, vel temporis. Juramentum enim ad confirmationem inducitur, ut patet per Apostolum ad Hebr. vi. Sed cuilibet convenit confirmare dictum suum, & quolibet tempore. Ergo videtur quod juramentum non impediatur per aliquam conditionem personæ, vel temporis.

2. Præterea. Majus est jurare per Deum quam per Evangelia: unde Chrysostomus (1) dicit (hom. xcliv. in op. imperf. a med.) *Si aliqua causa fuerit, modicum videtur facere qui jurat per Deum; sed qui iurat per Evangelia, majus aliquid fecisse videatur. Quibus dicendum est: Stulti, Scriptura propter Deum factæ sunt, non Deus propter Scripturas. Sed cuiuslibet conditionis personæ, & quolibet tempore in communi locutione consueverunt jurare per Deum. Ergo multo magis licitum est eis jurare per Evangelia.*

3. Præterea. Idem non causatur ex contrariis causis: quia contrariae causæ sunt contrariorum (2). Sed aliqui excluduntur a juramento propter defectum personæ, sicut pue-

ri ante quatuordecim annos, & etiam illi qui semel fuerunt perjurii. Non ergo videtur quod aliqui prohibeantur jurare vel propter dignitatem, sicut clerici, aut etiam propter temporis solemnitatem.

4. Præterea. Nullus homo vivens in hoc mundo est tantæ dignitatis, sicut Angelus: dicitur enim Matth. xi. 11. (3) quod qui minor est in regno cœlorum, major est illo, scilicet Joanne Bapista adhuc in mundo vi. vente. Sed Angelo convenit jurare: dicitur enim Apoc. x. 6. quod Angelus juravit per viventem in secula seculorum. Ergo nullus homo propter dignitatem debet excusari a juramento.

Sed contra est quod habetur 11. quest. v. (cap. iv.) Presbyter vice juramenti per sanctam consecrationem interrogetur & xxii. quest. v. (cap. xxii.) dicitur: Nullus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico quidquam super sancta Evangelia jurare presumes.

Respondeo dicendum, quod in juramento duo sunt consideranda. Unum quidem ex parte Dei, cuius testimonium inducitur: & quantum ad hoc deberur juramento maxima reverentia. Et propter hoc a juramento excluduntur pueri ante annos pubertatis, qui non coguntur ad jurandum, quia nondum habent perfectum usum rationis, quo possint cum reverentia debita juramentum præstare: & iterum periuri, qui ad juramentum non admittuntur, quia ex retroactis præsumuntur quod debitam reverentiam juramento non exhibebunt. Et propter hoc etiam ut juramento debita reverentia exhibeat, dicitur xxii. quest. v. (cap. xvi.) Honestum est ut qui in sanctis audet jurare, hoc jejunum faciat cum omni honestate, & timore Dei.

Aliud autem est considerandum ex parte hominis, cuius dictum juramento confirmatur. Non enim indiget dictum hominis confirmatione, nisi quia de eo dubitatur. Hoe autem

(1) Vel sub ejus nomine author operis imperfetti homil. 44. in Matthæum, explicans illud. *Ve nobis duces ceci qui dicitis quod qui iurat per semplum nihil est &c.*

(2) Seu contraria effectiva (ex græco τὰ ἀνταντά) ut ca. 8. lib. 1. Polit. videre est, ubi quispiam oscitanter obtrusit, contraria effectus.

(3) Ubi sic Hieronymus: *De Salvatore* hoc intelligi multi volunt, quod qui minor est tempore, major sit dignitatem: *Nos autem simpliciter intelligamus quod omnis sanctus qui jam cum Deo est, major sit illo qui adhuc in prælio consistit: Quidam novissimum Angelum in celis Domino ministrantem meliorem volunt accipere quilibet primo ho-*

mine qui versetur in terris. Augustinus etiam contra adversarium legis & Prophetarum lib. 2. cap. 5. ex quo refertur in cat. *Hec verba (inquit) duobus modis possunt intelligi: Aut enim regnum cœlorum appellavit hoc quod nondum accepimus; & quia ibi sunt Angeli, quilibet in eis minor major est quilibet justo portante corpus quod corrumperit: Aut si regnum cœlorum intelligi voluit Ecclesiam, cuius filii sunt ab institutione generis humani usque nunc omnes justi, Dominus scipsum significavit; qui ascendit tempore minor erat Joanne, major autem divinitatis eternitate & dominica potestate: Quid & indicat Hilarius.*

autem derogat dignitati personæ ut dubitetur de veritate eorum quæ dicit : & ideo *personis magna dignitatis non convenit jurare*. Propter quod dicitur *ii. quest. v. cap. Si quis presbyter, quod sacerdotes ex levi causa jurare non debent* : tamen pro aliqua necessitate, vel magna utilitate licitum est eis jurare, & præcipue pro spiritualibus negotiis ; pro quibus etiam juramenta competit præstare in solemnibus diebus, quibus est spiritualibus rebus vacandum. Non autem tunc sunt juramenta præstanta pro rebus temporalibus, nisi forte ex magna necessitate (1).

Ad primum ergo dicendum, quod quidam sunt qui dictum suum confirmare non possunt propter defectum eorum ; & quidam sunt quorum dictum adeo debet esse certum quod confirmatione non egeat.

Ad secundum dicendum, quod juramentum secundum se consideratum tanto fortius est, & magis obligat, quanto maius est id per quod juratur, ut Augustinus dicit ad Publicolam (epist. xlvi. al. clv. aliquant. a princ.) & secundum hoc maius est jurare per Deum quam per Evangelia. Sed potest esse e converso propter modum jurandi ; ut pote si juramentum, quod fit per Evangelia, fiat cum quadam deliberatione, & solemnitate ; juramentum autem quod fit per Deum, fiat leviter, & absque deliberatione.

Ad tertium dicendum, quod nihil prohibet aliquid tolli ex contrariis causis per modum superabundantie, & defectus : & hoc modo aliqui impediuntur a juramento, quia sunt majoris auctoritatis quam quod eos jurare deceat ; aliqui vero, quia sunt minoris auctoritatis quam quod eorum juramento stetur (2).

Ad quartum dicendum, quod juramentum Angeli inducitur, non propter defectum ipsius, quasi non sit ejus simplici dicto credendum, sed ad ostendendum id quod dicitur, ex infallibili Dei dispositione procedere; sicut etiam & Deus aliquando in Scripturis

Summ. S. Th. Tom. VII.

jurans inducitur, ad ostendendum immobilitatem ejus quod dicitur, sicut Apostolus dicit ad Hebr. vi.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem tum directam, hæc ponitur in corporeum indirectam, hæc est solutio argumentorum, ostendas, merito esse per Canones insinuatum : quod juramentum impeditur per aliquam conditionem personæ, & temporis. Ut 2. q. 5. & 22. q. 5. secundum quod jacet in argum. contr. Ubi & multa alia capitula circa hoc consule, & etiam, extra. de jurejurando. Secundo vides : quomodo &c.

Q U È S T I O N E XC.

De assumptione divini nominis per modum adjurationis,

In tres articulos divisa.

Prostea considerandum est de assumptione divini nominis per modum adjurationis : & circa hoc queruntur tria.

Primo, utrum liceat adjurare homines.

Secundo, utrum liceat adjurare dæmones.

Tertio, utrum liceat adjurare irrationalis creaturas.

V u

A R.

(1) Ut cap. *Decretis Causa 22. qu. 5. ex Concilio apud S. Medardum habito videre est*, ubi dicitur : *Decreuit Sancta Synodus us a Septuagesima usque ad Octavam Pasche, & ab Adventu Domini usque in Octavam Epiphania, nec non & in jejuniis quatuor temporum & in Litaniis majoribus & in diebus dominicis & in diebus Rogationum nisi de concordia & pacificatione nullus super sacra Evangelia jurare præsumat.*

(2) Puta *pervuli qui sine rationabili etate sunt*;

scilicet ante annos quatuordecim ut cap. *Pervuli* (contra Gunebodignos qui cogunt eos ad jurandum) prædicta causa & quæstione decernitur ex lib. 1. Capitularium cap. 63. ubi *Gunebodigni (forte Gunebodingi) pro Gunthodingis vel Gundebada lege viventibus ponuntur, sicut explicant Notæ, non satis tamen pleno sensu* : Sed & qui semel perjurati fuerint, ut eodem cap. subiungitur, *nec accedere ad sacramentum permittuntur, nec in sua vel alterius causa juratores admitti.*

A R T I C U L U S I . 492

*Utrum licet adjurare hominem.**Sup. quest. lxxxiii. art. 17. ad 1.*

AD primum sic proceditur. Videtur quod non licet hominem adjurare. Dicit enim Origenes super Matth. (1) *Æstimo, quoniam non oportet ut vir qui vult secundum Evangelium vivere, adjures alterum. Si enim jurare non licet, quantum ad evangelicum Christi mandatum, notum est quia nec adjurare alterum licet.* Et propterea manifestum est quod Princeps sacerdotum Jesum illicite adjuravit per Deum vivum.

2. Præterea. Quicumque adjurat aliquem, quodammodo ipsum compellit. Sed non licet alium invitum cogere. Ergo videtur quod nec licet aliquem adjurare.

3. Præterea. Adjurare est aliquem ad jurandum inducere. Sed inducere aliquem ad iurandum est superiorum, qui interioribus juramenta imponunt. Ergo inferiores superiores suos non possunt adjurare.

Sed contra est quod etiam Deum per aliqua sacra obsecramus, eum obtestantes (2). Apostolus etiam fideles obsecrat per misericordiam Dei, ut patet Rom. xii. quod videtur ad quamdam adjurationem pertinere. Ergo licitum est alios adjurare.

Respondeo dicendum, quod ille qui jurat juramento promissorio per reverentiam divini nominis, quod ad confirmationem suæ promissionis inducit, seipsum obligat ad faciendum quod promittit; quod est seipsum immobiliter ordinare ad aliquid agendum. Si-
cut autem homo seipsum ordinare potest ad aliquid agendum, ita etiam & alios, supe-

riores quidem deprecando, inferiores autem imperando, ut ex supra dictis patet (quest. lxxxiii. art. 1.) Cum ergo utraque ordinatio per aliquod divinum confirmatur, est adjuratio. In hoc tamen differunt, quod homo est suorum actuum dominus, non autem est dominus eorum quæ sunt ab alio agenda: & ideo sibi ipsi potest necessitatem imponere per divini nominis invocationem; non autem hanc necessitatem potest aliis imponere, nisi subditis, quos potest ex debito præstiti juramenti compellere.

Si ergo aliquis per invocationem divini nominis, vel cuiuscumque rei sacræ, alicui non sibi subdito adjurando necessitatem agendi aliquid imponere intendat, sicut imponit sibi ipsi jurando, talis adjuratio illicita est, quia usurpat potestatem in alium, quam non habet; tamen propter aliquam necessitatem superiores inferiores suos tali genere adjurations constringere possunt.

Si vero intendat solummodo per reverentiam divini nominis, vel alicujus rei sacræ, aliquid ab alio obtinere absque necessitatis impositione; talis adjuratio licita est respectu quorumlibet.

Ad primum ergo dicendum, quod Origenes loquitur de adjuratione qua aliquis alicui necessitatem imponere intendit, (3) sicut imponit sibi ipsi jurando. Sic enim Princeps sacerdotum præsumpsit Dominum Jesum Christum adjurare.

Ad secundum dicendum, quod illa ratio procedit de adjuratione quæ necessitatem imponit.

Ad tertium dicendum, quod adjurare non est aliquem ad jurandum inducere, sed per quamdam similitudinem juramenti a se inducere, alium ad aliquid agendum provocare.

Aliter

(1) Tractatu 55. super illud Matth. 26. vers. 61. *Adjuro te per Deum vivum;* ubi paulo aliis vel alia serie appendicem ultimam sic exprimit: *Præterea manifestum est quoniam Princeps sacerdotum illicite Jesum adjuravit, quamvis videatur per Deum vivum adjurasse.*

(2) Sic in Oratione ante Missam quæ Ambrosio tribuitur, paulo statim post initium, *Rogo te per sanguinem tuum, magnum salutis nostra pretium &c.* Et inferius: *Per omnipotentiam tuam te rogo Deus mens: Et versus finem: Rogo te per ipsum sacrosanctum mysterium corporis & sanguinis tui &c.* Huc etiam referri potest quod clamamus in Litaniis *Per mysterium sancta incarnationis tua libera nos & similiiter de aliis quæ ibi subhinguntur;* non ut sit sensus quod nos per mysterium illud vel similia Deus liberet, sed quod eum per mysterium illud

adjuramus vel per alia ejusmodi ut nos dignetur liberare.

(3) Opponit enim Evangelii usum usui legis in qua siebant quedam adjurations ad veritatis confessionem necessitate vel vi extorquendam; ut patet in exemplo quod afferit ex Num. 5: ubi suspectam viro mulierem Sacerdos adhibita Zelotypæ aqua ut a suspicione se liberet adjurat. Alioquin quod in Evangelio lideat adjurare, patet exemplo Pauli Thesalonicensis adjurantis ep. 1. circa finem ut eam legi corani omnibus current: *Ubi prolixè Chrysostomus in eos invehitur qui per Dominum adjurati nihil eorum præstant quæ petuntur, sed ita spernunt fieri pueros contemnentes, cum cæsi flagris nos adjurant; si vero per maritum vel per uxorem vel per filios adjurentur, omnia præstant.*

Aliter tamen adjuratione utimur ad hominem , & aliter ad Deum : nam adjurando hominem , ejus voluntatem per reverentiam rei sacræ immutare intendimus : quod quidem non intendimus circa Deum , cuius voluntas est immutabilis . Sed quod a Deo per æternam ejus voluntatem aliquid obtineamus , non est ex meritis nostris , sed ex ejus bonitate .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo ; quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intelligas , merito fuisse insinuatum a Scripturis , quod licitum est adjurare hominem ; ut Rom. 12. secundum quod in arg. cont. dicitur . Et a fortiori , in litaniis , per amarissimam passionem tuam , &c. *Liberas nos Domine* ; ut etiam tangitur ibidem dicendo *ly Deum per aliqua sacra obiestantes* . Si enim licet adjurare Deum , modo tamen sano expresso in resp. ad tertium , multo magis licet adjurare hominem . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 493

Utrum liceat dæmones adjurare.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod non licet dæmones adjurare . Dicit enim Origenes super Matth. (tract. lv. ante med.) Non est secundum potestatem dæmonum a Salvatore adjurare demonia : *Judaicum enim est hoc* . Non autem debemus Judæorum ritus imitari , sed potius uti potestate a Christo data . Ergo non est licitum dæmones adjurare .

2. Præterea . Multi necromanticis incantationibus demones invocant per aliquid divinum ; quod est adjurare . Si ergo licitum est dæmones adjurare licitum est necromant-

ticis incantationibus uti : quod patet esse falsum . Ergo & primum .

3. Præterea . Quicumque adjurat aliquem ; ex hoc ipso aliquam societatem cum ipso facit . Sed non licet cum dæmonibus societatem facere , secundum illud I. Cor. x. 20. *Nolo vos socios fieri dæmoniorum* . Ergo non licet dæmones adjurare .

Sed contra est quod dicitur Marc. ult. 17. *In nomine meo dæmonia ejicient* (1) . Sed inducere alium ad aliquid agendum propter nomen divinum , hoc est adjurare . Ergo licitum est dæmones adjurare .

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (art. præc.) duplex est adjurandi modus : unus quidem per modum deprecationis , vel inductionis ob reverentiam alicujus facri ; alijs autem per modum compulsionis . Primo autem modo non licet dæmones adjurare : quia ille modus adjurandi videtur ad quamdam benevolentiam , vel amicitiam pertinere qua non licet ad dæmones uti .

Secundo autem adjurationis modo , qui est per compulsionem , licet nobis ad aliquid uti , & ad aliquid non licet . Dæmones enim in cursu hujus vitæ nobis adversarii constituantur . Non autem eorum actus nostræ dispositioni subduntur , sed dispositioni divinæ , & sanctorum Angelorum : quia , ut Augustinus dicit in III. de Trin. (cap. iv. ante med.) *spiritus servitor regitur per spiritum justum* . Possumus ergo dæmones adjurando per virtutem divini nominis , tamquam inimicos repellere , ne nobis noceant spiritualiter , vel corporaliter , secundum potestatem divinam datum a Christo , secundum illud Luc. x. 19. (2) *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes , & scorpiones , & supra omnem virutem inimici ; & nihil vobis nocebit* .

Non tamen licitum est eos adjurare ad aliquid ab eis addiscendum , vel etiam ad aliquid per eos obtainendum : quia hoc pertinet ad aliquam societatem cum ipsis habendam : nisi forte ex speciali instinctu , vel revelatione divina , aliqui Sancti ad aliquos effectus dæmonum operatione utantur ; sicut legitur de beato Jacobo , quod per dæmones

V u 2 seicit

(1) Sicut & Marci 9. vers. 37. *Vidimus quandam in nomine tuo ejicientem demonia qui non sequitur nos* : Et Matth. 7. vers. 22. *Nonne in nomine tuo demonia ejicimus* ? Et Luc. 9. vers. 49. *Vidimus quandam &c. ut supra* : Et cap. 10. vers. 17. *Etsi demonia subiecuntur nobis in nomine tuo* : Et Act. 16. vers. 18. *spiritui pythoni quandam pueram possidenti præcipit Paulus in nomine Jesu Christi*

st ut exeat ab ea &c. Sed & Actorum 19. vers. 13. expressius Judæi quidam Exorciste , licet in Christum non credentes , tentant invocare nomen Domini Jesu super eos qui spiritibus malis agitantur , dicentes *Adiuro vos per Iesum &c.*

(2) Quod Chrysostomus in Catena Græcorum Patrum super Lucam de dæmonibus non de bestiis dicit notat ; et si etiam de bestiis explicat Beda .

fecit Hermogenem ad se adduci. (1)

Ad primum ergo dicendum, quod Origenes loquitur de adjuratione quæ non fit potestate per modum compulsionis, sed magis per modum cuiusdam benevolæ depreciationis.

Ad secundum dicendum, quod nec romantici utuntur adjurationibus, & invocationibus dæmonum ad aliquid ab eis addicendum, vel adipiscendum: & hoc est illicitum, ut dictum est (in cor.) Unde Chrysostomus dicit Mar. 1. exponens illud verbum Domini, quod spiritui immundo dixit, *Obmutesc*, & *exi ab homine*: (conc. 11. de Lazaro, inter princ. & med.) „Salutiferum hic nobis dogma datur, ne credamus dæmonibus, quantumcumque denuntient veritatem.“

Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit de adjurazione qua imploratur auxilium dæmonum ad aliquid agendum, vel cognoscendum: hoc enim videtur ad quamdam societatem pertinere. Sed quod aliquis adjurando dæmones repellat, hoc est ab eorum societate recedere.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito fuisse a scripturis, & ab ecclesia insinuatum: quod licitum est adjurare dæmones. A scripturis quidem: ut *in arg. conc.* extenditur. Ab ecclesia vero: ut patet in exorcismis contra dæmones corpora hominum quorundam vexantes. Ad quod officium etiam ministros particulares ipsa ecclesia destinavit; quos ordinando exorcistas nominavit. Per ista igitur facta sua nobis demonstrat intentum. Secundo vides: quomodo &c.

Utrum liceat irrationalē creaturā adjurare.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod non liceat adjurare irrationalē creaturā. Adjuratio enim fit per locutionem. Sed frustra sermo dirigitur ad eum qui non intelligit, qualis est irrationalis creatura. Ergo vanum est, & illicitum irrationalē creaturā adjurare.

2. Præterea. Ad eum videtur competere adjuratio ad quem pertinet juratio. Sed iuratio non pertinet ad creaturā irrationalē. Ergo videtur quod ad eam non liceat adjurare uti.

3. Præterea. Duplex est adjurationis modus, ut ex supra dictis patet (art. 1. & 2. præc.) Unus quidem per modum depreciationis; quo non possumus uti ad irrationalē creaturā, quæ non est domina sui actus. Alia autem adjuratio est per modum compulsionis; quæ etiam, ut videtur, ad eam uti non possumus: quia non est nostrum creaturis irrationalibus imperare, sed solum illius de quo dicitur Matth. VIII. 27. *quia venti, & mare obedient ei*. Ergo nullo modo, ut videtur, licet uti adjurazione ad irrationalē creaturas.

Sed contra est quod Simon, & Judas leguntur adjurasse dracones, & eis præcepisse ut in desertum locum discederent. (2)

Respondeo dicendum, quod creaturæ irrationalē ab alio aguntur ad proprias operaciones. Eadem autem actio est ejus quod agitur & movetur, & ejus quod agit & movebit; si-cut motus sagittæ etiam est quædam operatio sagittantis. Et ideo operatio irrationalis creaturæ non solum ipsi attribuitur, sed principiter Deo, cuius dispositione omnia moventur.

(1) Ex veteri Legenda quam Jacobus de Voragine refert, ubi dicitur quod cum socium Hermogenem Philetum Apostolus Jacobus convertisset ac Hermogenes eo facto indignans dæmonibus iussisse ut Jacobum pariter cum Phileto ad se ligatos adducerent, ipse potius imperante Jacobo ligatus est ab illis & ad ipsum adductus; ex quo & ejus conversio ad fidem sequuta est. Quod autem Origenes loquatur eo sensu quem hic subjungit S. Thomas ad 1. ex ibidem adjunctis patet: *Queret aliquis (inquit) si convenit dæmones adjurare: Usque qui respicit ad multis qui talia facere ausi sunt, dicet non sine ratione hoc fieri: Qui autem Jesum demonis usus aspicit imperantem et potestatem discipulis in dæmonia damnum, dicet quod non est secundum potestatem dñm*

a Salvatore adjurare dæmonia: Sed quod ex Chrysostomo in Matt. 1. subiungitur, & sic citatur in Cat. nec apud illum usquam occurrit, ex Victore Antiocheno indicat Glossa nova.

(2) Sic enim rursus in veteri Legenda ex qua in Manuscripto Rituale Prædicatorum ad annum 1254. exarato, quod hic apud nos in Conventu S. Jacobi assertatur, matutinales lectiones pro prædictorum Apostolorum officio mutuantur sunt: Nempe quod cum ad eludendam quam prædicabant evangelicam veritatem, & inclinantem iam ad illam Principem suum ab illius professione avertendum, serpentes crevissent, ad sua eos loca redire Apostoli iusserint, ut & statim factum est.

tur. Pertinet etiam ad diabolum qui permissione divina utitur aliquibus irrationalibus creaturis ad nocendum hominibus.

Sic ergo adjuratio, qua quis utitur ad irrationalem creaturam, potest intelligi dupliciter. Uno modo ut adjuratio referatur ad ipsam irrationalem creaturam secundum se: & sic vanum esset irrationalem creaturam adjurare.

Alio modo ut referatur ad eum, a quo irrationalis creatura agitur, & movetur: & sic dupliciter adjuratur irrationalis creatura. Uno quidem modo per modum deprecationis ad Deum directæ; quod pertinet ad eos qui divina invocatione miracula faciunt. Alio modo per modum compulsionis; quæ refertur ad diabolum, qui in nocumentum nostrum utitur irrationalibus creaturis. Et talis est modus adjurandi in Ecclesiæ exorcismis, (1) per quos dæmonum potestas excluditur ab irrationalibus creaturis. Adjurare autem dæmones ab eis auxilium implorando, non licet.

Et per hoc patet responsio ad objecta.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligentias, merito insinuatum a sanctis, & ecclesia catholica: quod licitum est adjurare creaturam irrationalem. A sanctis quidem: ut de Simone, & Juda dicitur *in arg. cont.* Et de B. *Sylvestro* concludente draconem in fovea, & adjurante eum in nomine Domini, &c. ut in vita ejus legitur. Ab ecclesia vero: ut patet: quomodo exorcizatur aqua benedicenda. Dicitur enim: *exorcizo te creatura aquæ: ut fias, &c. ad expellendum, &c.* Patet autem, quod isto facto adjuratur creatura irrationalis hæc, idest aqua: similiter dic de sale. Adjuratio namque est ordinatio creaturæ alicujus ad aliquid faciendum per aliquid sacram confirmata: ut habetur *ex art. 1. corp. princip.* Quia igitur per talia verba aqua, & sal ad aliquid agendum, ab Ecclesia ordinatur per aliquid sacram, puta per invocationem nomisatis Dei: ideo iure dicitur, quod

tunc ecclesia adjurat creaturam irrationalem. Secundo vides, &c.

Q U Ä S T I O X C I .

De assumptione divini nominis ad invocandum per orationem, vel laudem,

In duos articulos divisa.

DEinde considerandum est de assumptione divini nominis ad invocandum per orationem, vel laudem. Et de oratione quidem jam dictum est (quæst. lxxxiii. (Unde nunc de laude restat dicendum.

Circa quam quæruntur duo.

Primo, utrum Deus sit ore laudandus.

Secundo, utrum in laudibus Dei sint cantus adhibendi.

A R T I C U L U S I . 499

Utrum Deus sit ore laudandus.

III. *dijt. ix. quæst. 1. art. 3. quæst. 3. cor.*
& ad 2. & IV. xv. quæst. iv. art. 1.
quæst. 1. cor. & Ps. lli. con. 1. & 2. &
Epb. v. leff. 7.

AD primum sic proceditur. Videtur quod Deus non sit ore laudandus. Dicit enim Philosophus in I. Eth. (cap. ult.) *Oprimorum non est laus, sed majus aliquid, & melius.* Sed Deus est super omnia optima. Ergo Deo non debetur laus, sed aliquid majus laude: unde & Eccli. xlir. 33. dicitur, quod Deus *major est omni laude.*

2. Præterea. Laus Dei ad cultum ipsius pertinet, est enim religionis actus. Sed Deus mente colitur magis quam ore: unde Dominus Matth. xv. contra quosdam inducit illud Isa. 13. (2) *Populus hic labiis me (*) honorat, cor autem eorum longe est a me.* Ergo laus Dei magis consistit in corde quam in ore.

3. Præterea. Homines ad hoc ore laudantur, ut ad meliora provocentur: sicut enim mali ex suis laudibus superbiunt, ita boni ex suis.

(1) Ex greco ἔξορισμος quod adjurationem significat, & a Latinis retentum est ac usurpatum paucum; ut ex variis locis Augustini ac epistola 1. Cælestini Papæ cap. 12. notabitur 3. parte qu. 71. art. 2. & 3. tum in textu tum ad marginem quoad baptismi exorcismos; præter Optatum contra Parmenianum lib. 4. & Cyprianum lib. 4. epist. 7. qui diabolum exorcismis torqueri dicunt.

(2) Paullo aliis tamen verbis in Esaiæ textu juxta vulgatam Editionem vers. 13. sic expressum: *Appropinquat populus iste ore suo & labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me, 70. vero in labiis ipsorum honorans me (οὐ τοῖς χεῖσιν αὐτὸν τιμῶν με) sed cor eorum procul absit (τοῦτο απεγένετο) a me.*

(*) Vulgata glorificat.

syis laudibus ad meliora provocantur : unde dicitur Proverb. xxvi. 21. *Quonodo probatur in confiatorio argentum, sic probatur homo ore laudantium.* Sed Deus per verba hominum non provocatur ad meliora, tum quia immutabilis est, tum quia summe bonus est, & non habet quo crescat. Ergo Deus non est laudandus ore.

Sed contra est quod in Psal. lxii. 6. dicitur : *Labiis exultationis laudabis meum.* (1)

Respondeo dicendum, quod verbis alia ratione utimur ad Deum, & alia ratione ad hominem. Ad hominem enim utimur verbis, ut conceptum nostri cordis, (*) quem non potest cognoscere nisi verbis nostris, ei exprimamus. Et ideo laude oris ad hominem utimur, ut vel ei, vel aliis innotescat quod bonam opinionem de laudato habemus; ut per hoc & ipsum qui laudatur, ad meliora provocemus, & alios apud quos laudatur, in bonam opinionem, & reverentiam, & imitationem ipsius inducamus. Sed ad Deum verbis utimur, non quidem ut ei qui est inspecto cordium, nostros conceptus manifestemus, sed ut nosipso, & alios audientes ad ejus reverentiam inducamus.

Et ideo necessaria est laus oris, non quidem propter Deum, sed propter ipsum laudantem: cuius affectus excitatur in Deum ex laude ipsius, secundum illud Psal. xli. 23. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illuc iter, quo ostendam illi salutare Dei.* Et in quantum homo per divinam laudem affectu ascendit in Deum, intantum per hoc retrahitur ab his quae sunt contra Deum, secundum illud Isa. xlvi. 9. *Laude mea infrenabo te, ne interreas.* Prodest etiam laus oris ad hoc quod aliorum affectus provocetur in Deum; unde dicitur in Psal. xxxiii. 1. *Semper laus ejus in ore meo: & postea subditur: Ausiant man-*

sueti, & letentur: Magnificate Dominum mecum.

Ad primum ergo dicendum, quod de Deo duplicitate possumus loqui. Uno modo quantum ad ejus essentiam: & sic, cum sit incomprehensibilis, & ineffabilis, major est omni laude. Debetur autem ei secundum hanc comparationem reverentia, & latrize honor: unde & in Psal. ix. secundum translationem Hieronymi (2) dicitur: *Tibi sicut laus, Deus, quantum ad primum; & tibi reddetur votum, quantum ad secundum.* Alio modo secundum effectus ipsius, qui in nostram utilitatem ordinantur: & secundum hoc debetur laus Deo: unde dicitur Isa. lxii. 7. *Misererationum Domini recordabor: laudem Domini fuser omnibus que reddidit nobis Dominus: & Dionygius dicit i. cap. de div. Nomin. (a med. lect. ii.) Omnes sanctum Th:ologorum hymnum, idest divinam laudem, invenies ad beatos Thearchie, idest Divinitatis, processus manifestative, & laudative Dei nominationes dividentem.*

Ad secundum dicendum, quod laus oris inutilis est laudanti, si sit sine laude cordis. Tunc enim loquitur Deo laudem, dum magnalia operum ejus recognitat cum affectu. Valet tamen exterior laus oris ad excitandum interiori affectum laudantis, & ad provocandum alios ad Dei laudem sicut dilectum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod Deum non laudamus propter utilitatem suam, sed propter utilitatem nostram, ut dictum est (in corp. art.)

A P.

(1) Ubi 70. expressius *Labiis exultationis laudabunt nomen tuum;* nimurum τὸ ἔρωτα quod significat nomen pro τῷ σώματι ponentes quod perinde est ac os; sic etiam χειρ legit Augustinus: *Quamvis Exemplaria quedam habent græce, τῷ χειρὶ ἀπάντησον τῷ σώματι idest labia exultationis laudabitis os meum;* sed cum pro χειρί seu l̄θι quasi plurius oftiter plurale χειρί sive labia posuerit, neque commoda satis esset hæc loquuntur. *Labiis exultationis laudabitis (seu laudabunt) os meum,* similiter notandum sibi finxit, *laudabunt nomen tuum:* Hinc in Theodoreti textu qui sicut supra σώματα legit, reponendum est χειρα pro χειρī, ac retinendum σώμα seu os quod hebraice quoque sic habetur.

(*) Ita communiter. Codices Alcan. & Camer. quem non potest cognoscere, verbis nostris ei exprimamus.

manus.

(2) Ut & rursus in hebreico textu jueta Xantis Pagnini versionem, *Tibi sicut laus &c.* Quod paraphras Chaldaica sic plenius exprimit: *Coram te reputatur sicut silentium laus Anglorum &c.* Vel simpliciter ex Nebiensi textu, *Coram te reputatur sicut silentium laus Deus &c.* Quia si sensus quod maiestas divina que laudatur, laudari digne nunquam possit: Ad quod allusit ipse S. Thomas in Prosa quam edidit de sanctissimo Sacramento cum sic incipit: *Lauda Sion Saltuorem, lauda Dicem & Pastorrem in hymnis & canticis: Quoniam potes, tantum audire, quis maior omni laude, nec laudare sufficiet: Vel quod in idem redit, quasi utique silentio melius honoretur cum admiratione maiestatis quam laude quantocunque conatu vocis &c.*

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem tum directam, tum indirectam, & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito fuisse a scripturis, & sanctorum gestis infinitum ; quod Deus est ore laudandus. A scripturis quidem : ut extenditur in arg. cont. A gestis autem sanctorum : ut in vita B. Mariæ Magdalenz. Legitur enim ibi, quod in deserto ad triginta annos omnium mortaliū solatio destituta vivens, & Deo ferventissime serviens, ipsa quotidie septem horarum tempore ad audiendas divinas laudes in aera ab Angelis elevabatur. Patet autem : quod eas corporaliter audire non potuisset : nisi ore corporali, vel quasi corporali, laudes ipse suissent deprompte : tali, scilicet modo, quo in assumptis corporibus Angeli, vel etiam anima separata corporalia exercerent. De simili ad articulum hunc materia, & ratione, vide q. 83. ar. 12. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 496

Urum in divinis laudibus sint cantus assumendi.

Loci art. 1. inductis.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod cantus non sint assumendi in laudem divinam. Dicit enim Apostolus ad Colos. III. 16. *Docentes, & commonentes vosmetipso in psalmis, & hymnis, & canicis spiritualibus.* Sed nihil debemus assumere in divinum cultum præter ea quæ nobis auctoritate Scripturæ traduntur. Ergo videtur quod non debemus uti in divinis laudibus canticis corporalibus, sed solum spiritualibus.

2. Præterea. Hieronymus super illud ad Ephes. v. *Cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino,* (& hab. cap. *Cantantes,* dist. xcii.) dicit : „ Audiant hæc adolescentes tuli, audiant hi quibus in Ecclesia est

, psallendi officium : Deo non voce, sed corde cantandum : nec in tragediorum modum guttur, & fauces medicamine linientia sunt, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica. “ Non ergo in laudes Dei sunt cantus assumendi.

3. Præterea. Laudare Deum convenit parvis, & magnis, secundum illud Apoc. xix. 5. *Laudem dicite Deo nostro omnes sancti ejus, & qui timetis Deum, pusilli, & magni.* Sed maiores, qui sunt in Ecclesia, non decet cantare : dicit enim Gregorius (in Regist. Lib. IV. epist. xliv. a princ.) (1) & habetur in Decretis dist. xcii. cap. In *santa Romana Ecclesia :* *Præsenti decreto consti-* tu*re ut in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant.* Ergo cantus non conveniunt divinis laudibus.

4. Præterea. In veteri lege laudabatur Deus in musicis instrumentis, & humanis cantibus, secundum illud Psal. xxxi. 2. *Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi : cantate ei can-* ticum novum. Sed instrumenta musica, sicut citharas, & psalteria, non assumit Ecclesia in divinas laudes, ne videatur judaizare. Ergo pari ratione nec cantus in divinas laudes sunt assumendi.

5. Præterea. Principalior est laus mentis quam laus oris. Sed laus mentis impeditur per cantus : tum quia cantantium intentio abstrahitur a consideratione eorum quæ cantant, dum circa cantum student : tum etiam quia ea quæ cantantur, minus ab aliis intelligi possunt, quam si sine cantu proferrentur. Ergo cantus non sunt in divinis laudibus assumendi.

Sed contra est quod beatus Ambrosius in Ecclesia Mediolanensi cantus instituit, ut Augustinus refert Lib. IX. Confess. (cap. vii.) (2)

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) laus vocalis ad hoc necessaria est ut affectus hominis provocetur in Deum. Et ideo quæcumque ad hoc utilia esse possunt, in divinas laudes congruerent assumuntur. Manifestum est autem quod se-
cun-

(1) Etsi non simplex epistola sed relatio Synodalis qua Gregorius Papa eoram sanctissimo B. Petri corpore cum Epistolis omnibus ac Romana Ecclesia Presbyteris residenti, astantibus Diaconibus & cuncto Clero dixit : *In sancta Romana Ecclesia cui dicitur dispensatio preesse me voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta &c.* Ut paulo infra refetur in ipso textu, sed plenius & expressius ad mar-

ginem.

(2) Juxta morem Orientalem (inquit) ne plebs propter illum ab Ariana Imperatrice persequente vexatum in Ecclesia excubans radio vel mærore contabesoret : Quod subinde retentum tamen & per ceteras orbis partes deinceps imitatum, ut cap. 7. vide re est.

cundum diversas melodias sonorum, animi horum diversimode disponuntur, ut patet per Philosophum in VIII. Politic. (cap. v. & vii.) & per Boetium in prologo musicæ (1) seu Lib. I. cap. i. a med.)

Et ideo salubriter fuit institutum ut in divinas laudes cantus assumerentur, ut animi infirmorum magis provocarentur ad devotionem. Unde Augustinus dicit in X. Confess. (cap. xxxiiii. a med.) *Adducor catandi consuetudinem approbare in Ecclesia, us per oblique autem infirmior animus in affectionem Ecclesias affligerat: & de seipso dicit in IX. Confess. (cap. vi. in fin.) Flevi in hymnis, & canticis suis, suoresonantis Ecclesie sua vocibus conmoneus acriter.*

Ad primum ergo dicendum, quod cantica spiritualia possunt dici non solum ea quæ interius canuntur in spiritu, sed etiam ea quæ exterius ore cantantur, in quantum per hujusmodi cantica spiritualis devotione provocatur.

Ad secundum dicendum, quod Hieronymus non simpliciter vituperat cantum, sed reprehendit eos qui in Ecclesia cantant more theatro, non propter devotionem extandum, sed propter ostentationem, vel delectationem provocandum. Unde Augustinus dicit in X. Confess. (cap. xxxiiii. cir.) *Cum mibi accidit ut me amplius cantus, quam res que canitur, moveat, pænalter me peccare confiteor; & tunc mallem non audire cantansem.*

Ad tertium dicendum, quod nobilior modus est provocandi homines ad devotionem per doctrinam, & prædicationem quam per cantum. Et ideo diaconi, & prælati, quibus competit per prædicationem, & doctrinam animos hominum provocare in Deum, non debent cantibus insistere, ne per hoc a maioribus retrahantur. Unde ibidem Gregorius di-

cit: *Confuetudo est valde reprobabilis ut in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inservians, (2) quos ad predicationis officium, & eleemosynarum studium vacare coguebat.*

Ad quartum dicendum, quod, sicut Philosophus dicit in VIII. Polit. (cap. vi. cir. med.) neque fistulas ad disciplinam est adducendum, (3) neque aliquod aliud artificiale organum, pura citharam, & si quid sole alterum est; sed quemcumque faciunt auditores bonos. Hujusmodi enim musica instrumenta magis animum movent ad delectationem, quam per ea formetur interius bona dispositio. In veteri autem testamento usus erat talium instrumentorum: tum quia populus erat magis durus, & carnalis, unde erat per hujusmodi instrumenta provocandus, sicut & per promissiones terrenas: tum etiam quia hujusmodi instrumenta corporalia aliquid figurabant.

Ad quintum dicendum, quod per cantum quo quis studiose ad delectandum utitur, abstrahitnr animus a consideratione eorum quæ cantantur. Sed si aliquis cantet propter devotionem, attentius considerat quæ dicuntur: tum quia diutius moratur super eodem: tum quia, ut Augustinus dicit in X. Confess. (cap. xxxiiii. a princ.) *omnes affectus spiritus nostri pro suavi diversitate habent proprias modos in voce, atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur.* Et eadem etiam est ratio de audientibus, in quibus etsi (*) aliqui non intelligent quæ cantantur, intelligunt tanten propter quid cantantur scilicet ad laudem Dei: & hoc sufficit ad devotionem excitandam.

A P.

(1) Sic enim Philosophus cap. 5. versus finem, vel habiliter (inquit) ut ad harmoniam Lydiam; vel remisse, ut ad Doricam; vel cum diffractione vehementi que animos extra se rapit, ut ad Phrygiam: Unde tum ibi tum deinceps cap. 6. & 7. Musicam propter mores formandos addiscendam inculeat; ut in qua morum Initatio quadam insit: Et Boetius: *Musica (inquit) non modo speculacioni verum etiam moralitati conjuncta est: Nihil est enim tam proprium humanitatis quam remitti dulcibus modis, astringique contrariis. Hinc morum, quoque maxime (seu maxima) mutationes fiunt &c.*

(2) Nec tantum, sed ut saeri altaris ministerio deputati cantores elegantur, sicut præmittit.

(3) Ut minus bene vetus Interpres reddit quod

alioqui bene juxta proprietatem græce phrasis dicitur, *& τοὺς ἄκτιον* & latinius reddi debuit non syllabis herendo sed sensu, *non enim adducenda in disciplinam sunt fistulae;* vel sicut Interpretes aliqui recentiores redundant, *non sunt in disciplina recipienda;* cap. 6. circa medium: Quin & circa medium quoque cap. 5. ex Deorum exemplo qui citharam non pulsant, ut inquit Poetæ, insert quod eos qui talia faciunt viles vel sordidos (βαραίους) appellamus: Non sic tamen in usu sacro pro temporis congruens, sicut David; quamvis in Psal. 3'. conc. 1. sic dicit Augustinus: *Nonne id egit institutio vigiliarum in nomine Christi ut ex hoc loco cithara pertinerentur?*

(*) Ali. aliquando.

A P P E N D I X.

EX artic. habes *primo*: quomodo per ratione
nem, tum directam, tum indirectam
destruas errorem (hunc attribuit Beatus Au-
gustinus. 2. *retractat. cap. 11.* cuidam Hilario
ex secta *Arrianorum*), dicentem ; quod can-
tus non est admittendus in ecclesia ; & quod in cantibus ecclesiasticis frusta conteritur tem-
pus. In tantumque errores hos a se ample-
xos amplificavit malo suo *Joannes Wicleff* ;
ut dixerit ; cantantes in ecclesia vocando esse
sacerdotes Baal . Et tamen , quamvis *Paulus Samosatenus* Psalmos Davidicos cantari vetue-
rit , his alias ipse ex magno arrogantiæ , su-
perbiæque spiritu sufficit in suimet laudem :
quos mulierculas in media ecclesia cantare
instituit. Ut inde noverit quisque prudens :
non cantum , ut cantum præcise , sed cantum ,
ut Domini Dei laudes continentem , ab ipso
suiffe injuriis lacescitum , & a suis terminis ,
quippe qui tanto bono se indigium nesciens
judicavit , ejectum . *Secundo habes* ; quomodo
per rationem ostendas , hos merito damnari
a Sanctorum Patrum orthodoxorum actis ; ut
in arguuntur. contr. & corp. patet. Item a Ps.
32. „ Cantate ei canticum novum , bene psal-
lite ei in vociferatione , & 26. Circuivi ,
& immolavi in tabernaculo ejus hostiam
vociferationis . Cantabo , & psalmum di-
cam Domino . Item a Thelesphoro Papa
IV. post Petrum . Nocte sancta nativitatis
Domini Salvatoris missas celebrent Presby-
teri , & hymnum Angelicum in illis solem-
niter decantent . *Hec ille, & recitantur* ,
De consecrat. dist. 1. cap. Nocte . Item a
Concilio Toletano 3. De hymnis canendis ,
& Salvatoris , & Apostolorum habemus
exemplum . Nam & ipse Dominus hy-
num dixisse perhibetur , Matthæo Evange-

„ lista testante ; hymno dicto exierunt in
montem Oliveti , &c. Ille hymnus , quem
nato in carne Christo Angeli cecinerunt ,
Gloria in excelsis Deo , &c. *Hec Concilium* ,
& recitantur , De consecratione dist. 1.
cap. De hymnis . Item a Leone IX. *ibid.*
cap. Hi duo solummodo hymni ab Angelis
in novo testamento inveniuntur decantati :
Alleluja ; Gloria in excelsis Deo . *Hec il-*
le. Quid vero sit hymnus , declarat B. Au-
gust. *Super Psalm. 72. in exposit. sit.* Hym-
ni sunt laudes Dei cum cantico . Si sit laus ,
& non est Dei ; non est hymnus . Oportet ,
ut sit hymnus , ut habeat haec tria , &
laudem , & Dei , & canticum . *Hec Augu-*
stinus. Item a Concilio Agathensi , cap. 30.
Studendum est ; ubique post antiphonas ,
collectiones per ordinem ab Episcopis , vel
presbyteris dici ; & hymnos matutinos , vel
vespertinos decantari omnibus diebus . *Hec*
illud. Item a Christo Domino Matth. 27.
JESUS clamavit voce magna , dicens : Heli.
Heli , Lammasabathani , Et Luc. 23. Cla-
mans voce magna JESUS ait : Patet in
manus tuas commendo spiritum meum . „
De sacerdotibus autem Baal clamantibus 3.
Reg. 18. Pudet respondere ad ignarum , malig-
numque *Wicleff* ; quoniam ab Helia ibi de-
ridentur , non quia præcise clamabant ; sed ,
quia ideo clamabant , quoniam putabantur
Deum suum Baal altiores voces audire magis
quam bassas . Unde hanc eorum phantasiam
phantematicam innuebat se deridere Helias his
verbis . „ Clamate voce majore . Deus enim
vester cum alio loquitur , aut in diversorio
est , aut in itinere , aut certe dormit , ut
exciteretur . „ Quis autem sapiens non vi-
deat , catholicos alia ratione moveri ad can-
tandum in vociferatione ; & plus , quam di-
versima ab ipsis profanis Baal idololatriis .
Tertio vides : quomodo &c.

SUMMÆ THEOLOGICÆ S. THOMÆ AQUINATIS.

F I N I S VII. T O M I

